

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

25904 c. Grottaferrata 1.1

= R. cat. fol. 73 147

= R. Cat. 877.

CODICES CRYPTENSES

SEU

ABBATIAE CRYPTAE FERRATAE

IN TUSCULANO

DIGESTI ET ILLUSTRATI

CURA ET STUDIO

D. ANTONII ROCCHI

HIEROMONACHI BASILIANI BIBLIOTHECAE CUSTODIS

BIBLIOTHECA BODLEIANA

TUSCULANI

TYPIS ABBATIAE CRYPTAE FERRATAE

1883.

2E 904.C.Cod... v.1.1.

R. cat. fol. 73

MONITUM

Quo M. Tullius Cicero extremo Romanae Reipublicæ tempore, in agro Tusculano rus sibi magno sumptu ædificaverat, et libris tum multis pecunia coëmptis, et per Atticum e Græcia advectis, tum pluribus a se ipso conscriptis Academiæ, Lycæique sui ædes instruxerat, nova Domus, novus librorum thesaurus sive Bibliotheca, nova ætate, scilicet sæculo XI Christiano ineunte, exorta est. Auctor et conditor utriusque præcipuus extitit NILUS ROSSANENSIS Juniorque, ne cum Nilo Sinaitico confunderetur, appellatus, bonis artibus literisque imbutus et sanctimonia vitæ clarissimus. Qui primum e Calabris terris propter Agarenorum incursus in Campanas egressus, deinde effugiens in Latium nostrum advenit, ac postremo an. reparatæ Salutis MIV in Tusculi partes sese contulit. Ibi a Gregorio Comite, principe civitatis, bene exceptus, colendisque terris donatus, Monasterium discipulis condere aggressus est in ea ipsa regione, quæ olim Tusculanum, tum postea, sed, uti creditur, jam ante Nilum, Crypta Ferrata nomine dicebatur.

Ex Nili igitur et ejus monachorum adventu Cryptoferratensis Bibliothecæ primordia facta sunt, quandoquidem novi hospites libris græcis sane multis instructi, huc primum ipsos congesserunt. Hi porro plures sæculo superiore mox elapso a possessoribus suis exarati erant, nonnulli etiam quadringentos pene ante annos conscripti vel monasticæ hæreditatis quodam jure, vel dono collati, aliquot etiam ab Oriente et a Constantinopolitana urbe deducti in eorum manus devenerant. In iis autem membranis divinæ Scripturæ multæ, sacræ hymnologiæ sylloge copiosissima, plura quoque Ecclesiæ SS. Patrum et Historicorum opera, nonnulla etiam prophana scripta, poetarum, philosophorum et historicorum continebantur, iis omnibus plena doctrinis a quibus asceticæ vitæ ratio minus abhorreret. Interea græcorum voluminum congeries succrevit in dies, tum novo monachorum studio et industria, cum exterorum hominum munificentia, qui vel grati animi vel religionis sensu moti, uti sæpe sæpius res suas, ita etiam libros huic monasterio tradebant; optimo divinæ providentiæ consilio, ut in sacris æreariis docta volumina servarentur, quæ secus turbarum bellorumque veluti gurgite rapta, nunc literatorum hominum cœtus frustra defleret.

Postremo ad augendam Bibliothecam Cryptoferratensem plurimum etiam contulit, quod sæc. XVII labente, cum monasterium hoc nostrum in suburbano civitatis Romanae positum, Italicæ Basiliensium congregationis et studiorum veluti insigne caput haberetur, huius præcipui Moderatores ex aliis Cœnobiis codices præstantiores in nostrum cumularunt, ita ut ea ætate Codicum græcorum numero et pretio plurimis Italiæ Bibliothecis Cryptoferratensis præstaret, vel potius una e præstantissimarum numero esset. Atque adhuc ita se haberet, si librorum copia nimis non esset imminuta. Nam cumnonnulli Codices subrepti in privatas Bibliothecas invecti sunt, tum vero sane plurimi superioribus sæculis in Vaticanam devenerunt; ita tamen uti nunc Monasterium reliquias Codicum potius, sane nobiles, quam confertam bibliothecam adservare dicendum sit.

Igitur omni ætate Bibliotheca Cryptoferratensis honore frui visa est apud plurimos, eruditos quoque doctosque viros, qui vel admirationis impulsu, vel etiam studiorum causa illam conveniunt. Ex hoc numero extitere, ne in brevi Monito plura nomina congerantur, Traversarius Camaldulensis, Mabillonius, Papebrochius, Zaccagnius, Ciampinius, Montefalconius, Assemanius, Mauromatius atque etiam aliquot S. R. E. Cardinales tum veteres, uti Sirletus, Quirinus, Albanus, tum recentiores, uti Maius et Pitra, operum præclarissimorum auctores, qui de hac literaria suppellectili multum sibi adiuverunt, nonnihil etiam in sua scripta contulere. Denique ad laudem Bibliothecae nostrae aliquid etiam ex eo accessisse videtur, quod Abbatiam Cryptoferratensem in nobiliora Italicæ Nationis *Monumenta* accenseri placuit, nimirum etiam propter Codicum græcorum liturgicorum praecipue copiam, cui, nisi quæ habeatur in maximis Italiae Bibliothecis, alia præterea nulla facile sit comparanda.

Quamvis enim hi a prisca aetate numero imminuti sint, paucitatem profecto tamen PALIMPSESTIS compensant. Nam, ut e cl. Maio ipso verba mutuer, « *Illud peculiare Cryptensium Codicum est, quod pene omnes in palimpsestis scripti fuerunt. Etenim hoc in more apud illos monachos positum fuisse videtur, ut nunquam fere novus codex* (intellige tamen a saec. XIII, eodemque Abbatiae sæc. III) *exararetur, quin alicuius prisci et obsoleti membranae huic usui accomodarentur. Magna est igitur in iis codicibus sepultarum scripturarum seges, quae primo quidem aspectu curiositatem legentis prolicit, mox tamen notæ, ut plurimum, rei satietate studium infringit* (Spicileg. Rom. t. II, part. II, pag. 2). Ac porro testimonio Viri tanti præter nonnulla quae ex eisdem ipse sibi reperit, multo magis adstipulantur tum editiones palimpsestorum semel et iterum curatae a cl. viro D. Josepho Cozza, Monasterii Abbate, in successivo op. « *Sacrorum Bibliorum fragmenta vetustissima* » (ann. 1867 - 1878.), et in fragmentis *Strabonianis* (ann. 1875 - 1881), tum etiam magis opus hoc ipsum nobis vulgandum, in quo multo plura palimpsesta de re Biblica, Patrologica, Hymnica, Liturgica, aliqua vero etiam plus mille ante annos exarata, se prodent.

Cum igitur tanta adhuc vigeat Bibliothecæ existimatio apud literatos viros, omnesque praeterea, qui hisce de rebus judicium aliquod ferre possint, nos operis pretium esse duximus, si, ut bonis literis et disciplinis melius consuleretur, typis ederemus universam singulorum Codicum descriptionem, exemplo eorum permoti, qui hoc ipso saeculo alias Bibliothecas literis illustrare atque ornare aggressi sunt.

Horum interea nos describendi methodum adhibituri erimus, illam praesertim, qua cl. Cirillo usus est in sua Bibliotheca graeca Regia Neapolitana. Codices sexcentos quinquaginta tres, quotquot e vetustis atque e recentioribus Mss. supputari potuerunt, eunctos in certas series dividimus, ita proinde ut, qui Codices sub uno ordine et nomine recenseantur, Biblici scilicet, Patristici, Liturgici, Hymnici, Historici tam sacri quam prophani, necnon Canonici, Literarii, Philosophici, Legales, et reliqui omnes praetextis literis notisque numericis singuli designentur.

Postremo Editioni procemium facient *Prolegomena* de universæ Bibliothecæ historia, quæ, Codicum descriptione absoluta, in lucem paullo serius, Deo volente, proferentur; finem vero imponet Index Scriptorum et Auctorum necnon rerum maxime spectabilium quæ in tam multiplici ac varia descriptione contineantur.

Qui Opus acquirere velint, ad ipsum auctorem « nel Monastero di GROTTAFERRATA presso ROMA » *se vertant.*

SERIES PRIMA

CODICES BIBLICI

CODEX PRIMUS

A. α. I.

Codex ms. bombycinus græcus, saec. XIII. vel XIV. constans foliis 386, longitudinis metri 0, 29, latitudinis 0, 21, literis sane compositis nitidisque exaratus, ornatibus etiam purpureis quibusdam auctus.

Complectitur *Testamentum Novum* universum, hoc scilicet ordine: Quatuor Evangelia, Actus Apostolorum, et Epistolas ita dispositas: primam omnium epistolam Catholicam Jacobi, Catholicas duas Petri, tres Joannis, Catholicam Judæ; Pauli vero omnes, nempe ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, cunctas omnino b. Apostoli quatuordecim. Novissima omnium venit Apocalypsis S. Joannis.

Præterea singulis Evangeliis præmittitur tum index capitulorum, tum tetrastichon in laudem auctoris Evangelistæ quod utrumque in præsens deest evangelio Matthæi. Cunctis epistolis præcurrit argumentum suum ex Euthalio Sulcensi decerptum, quorum ego uno vel altero delibato, aliquam variationem inter Codicem nostrum atque plures a Zaccagnio recensitos inesse deprehendi. Ad calcem vero cuiusque Evangelici operis subnectitur indicatio vel ætatis vel loci, quo illud confectum sit, nec non capitulorum numerus supputatus.

Sacer textus universus perpetuo notatur numeris marginalibus, Evangelia quidem iuxta duplicem seriem sectionum, alteram Eusebii Cæsariensis ep. atramento, alteram autem Ammonii Alexandrini minio; epistolæ vero iuxta seriem tantum Ammonianam rubro colore. His

insuper margines passim adsperguntur notulis purpureis, quæ indigitant quibus potissimum diebus vel festis Lectiones illae Evangeliorum vel Epistolarum habeantur.

Præterea Codici præcurrunt tum explanationes sane lucupletissimae quoad tempora, quibus hae Evangeliorum et Epistolarum lectiones recurrant, tum tabulæ synopticae ad singulos dies pro iisdem lectionibus per totum anni circulum indicandos.

Ista pone subsequitur *Menologium* seu Kalendarium Sanctorum a Septembre, quo mense Graeci annum Ecclesiasticum auspicantur, ad Augustum. Sed heic folium unum desideratur, quo intercipitur Menologium a die primo Novembris ad decimum sextum Decembris.

Præter haec Actis Apostolorum medius interponitur *Ordo Missae* (Ακολουθία τῆς Λειτουργίας), recentiori manu exaratus, atque item tum in fine cum in principio Codicis quaedam ad Missam pertinentia habentur, de quibus sermo instituetur, cum de Codd. Liturgicis agendum erit.

ANIMADVERSIONES

In Evangelio S. Ioannis cap. VIII. inest narratio de muliere *adultera*, quemadmodum ex Theodoro Toscani refert cl. Vercellonius in *Dissertatione* de *Adultera* (Cfr. eiusd. Dissert. p. 29. n. 3.). At hæc historia, quod factum esse conspicimus etiam in aliis Codd. perpetuo signis quibusdam notatur in margine, quippe quæ esset sæpe omittenda, sed tamen narrationi mox præmittitur vox rubra ἀρχὴ scilicet *initium*; quod indigitat hanc quidem Evangelii lectionem aliquando haberi.

Contra ea in capite V. Epistolæ primæ S. Ioannis deest ille vulgatissimus textus: Τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατὴρ, ὁ λόγος καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Sed locus iste totus ita exhibetur: Τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν (Cod. fol. 265): ut sæpe fit in codicibus.

Cum superius de tetrastichis præfixis in laudem singuli Evangelistæ dixerimus, hic animadvertendum est carmen quidem in Lucam et Marcum reperiri apud cl. Allatium in op. *De Libris Ecclesiasticis Græcor.* (Cfr. Fabricium *Biblioth. græc. t. V.* Edit. Hamburg. 1712), sed tertium in Ioannem neque ibi neque in Theodoro Prodromo (Migne Bibl. græc. t. 133) reperio. Illud autem ita se habet:

Βρεντηεὶς θεόφωνος Ιωάννης πανάριστος
πρωτοτόκου Σοφίας ὑπεράρχιον εὕρετο ἀρχὴν
πρωτοφανῆ γενετῆρα θεὸν αὐταγένεθλον·
ἔνθεν ὀλεθροτόκον αἱρέσεων ἤμβλυνε φρένα.

Præstantissimus Ioannes divina voce tonans reperit Sapientiæ ante omne sæculum primogenitæ principium, Deum primum lucentem, genitorem ex se ipso generantem. Ex hoc perniciosam hæresum cervicem obtudit (Cod. fol. v. 46).

Denique e regione evangelii S. Marci conspicitur huius imago, illis temporibus sat bene picta; reliquiæ sane ex aliis pluribus, quas olim Codici inesse testatur cl. vir Benedictus Monaldinius monachus Cryptoferratensis.

CODEX SECUNDUS

A. α. II.

Codex ms. membran. græcus sæculi XI, folia excipiens 337 longitudinis metri 0, 23, latitudinis p. m. 0, 16. Continet τὰ ἅγια εὐ-

ἀγγέλια integra, scilicet MATTHÆI, MARCI, LUCÆ et JOANNIS. Est characterum et elegantia ornatuum, auro et coloribus insignis; singulis quippe Evangeliis singuli scriptoris sui habet imaginem *byzantino*, quod dicunt, genere splendide pictam.

Ad usum vero sacrarum Λειτουργιῶν conscripto Codici hic ordo constituitur: Initio omnium habetur Δήλωσις διαλαμβάνουσα τὴν τοῦ χρόνου τῶν εὐαγγελίων ἀνάγνωσιν, καὶ τὴν τῶν εὐαγγελιστῶν διαδοχὴν πόθεν τε ἄρχονται, καὶ πῆ καταλήγουσιν; *Declaratio complectens Evangeliorum lectionem pro tempore, et Evangelistarum successionem et unde incipiant, atque ubi desinant.*

Post hanc declarationem *Evangelistarium* nostrum ad designandas lectiones Evangeliorum habet Tabellas pro adnotandis tum feriis diebus et Evangeliis in Matutinis (Εωθινὰ Εὐαγγέλια), tum etiam festivitatibus, quibus legenda sint Evangelia propria: sequuntur alia pro *Communibus* Ακολουθίαι διαφόροι. Huic tabellæ apponitur hic titulus: Αρχὴ τοῦ μηνολογίου, ἤτοι τῶν ἐν ταῖς ἑορτασίμοις ἡμέραις ἀναγνωσμάτων; *Initium Menologii, scilicet lectionum* (Evangelicarum) *in cunctos dies festos.* Atque initio facto a mense Septembri, legitur: Αρχὴ τῆς Ινδίκτου, καὶ ἡ μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ στυλίτου· Λουκ. κεφ. ε'. ιγ'. καὶ τοῦ Οσ. μετὰ κεφ. έ. μγ'. *Initium Indictionis et Memoria S. P. N. Symeonis Stylitæ* (Luc. cap. V. 13. et *Sancti*, post cap. V. 43.): qua die, uti aliquando fit, duæ habentur Evangelicæ lectiones in Missa.

Prosequitur tabella *Menologii* in diem alteram: Τοῦ ἁγίου μάρτ. Μάμαντος καὶ τοῦ ὁσίου Ιωάννου τοῦ νηστευτοῦ. Ιω. κεφ. ν': *S. martyris Mamantis et S. Joannis ieiunatoris. Jo. cap. L.* Atque ita deinceps pro ceteris festis. Capita autem Evangeliorum plurima designantur in usum plurium festivitatum.

Singulis hinc Evangeliis perpetuo in margine tum numeri rubro colore signantur, tum dies, quibus statuuntur lectiones, earumque initia adnotantur. Unicuique autem Evangelio capitum index cum suis argumentis præmittitur, desinenti autem subnectitur aetas, qua sacer auctor conscripsisse putabatur.

ANIMADVERSIONES

Huic præclarissimo Codici in altera pagella compactionis legitur epigraphe, cuius initium græce ita fit: Ηγεμενεύοντος τοῦ αἰδεσιμωτάτου πατρὸς κὺρ Επιφανίου τοῦ Σταβίσκι (*Abbatiali munere fungente Rmo P. D. Epiphanio Stawiscki.*). Dein latine pergit; *Codex iste e Corcyra delatus, XI ut putatur sæculi, a Rmo P. D. Josepho Schirò Ord. S. P. N. Basilii, Hieromonacho Sac. Congr. de Propaganda Fide Vicario Apostolico, Bibliothecæ Cryptoferratensi dono datus MDCCXXIX.*

Post aliquot annos Philippus noster Hieromonachus Vitali quoad Josephum Schirò addidit manu propria: *Dein a SS. Dno N. Clemente Papa XII. Archiepiscopo Dyrrachiensi facto, mense Martii* 1736, *instante Sacra Congregatione de Propaganda Fide; nec non in Ecclesia S. Athanasii Collegii Græcorum de Urbe ab Illmo Matranga conse-*

crato, mense Aprili eiusdem anni die Dominica 15. Postremo omnem laudationem huius *Evangelistarii* hoc testimonio complectar; eo usos esse doctissimos viros, scilicet Vercellone et Ubaldi in suis operibus Biblico-hermeneuticis, ea etiam de causa quod in hoc *Evangelistario*, uti in superiore atque aliquot aliis deinceps describendis, habetur in cap. VIII. Jo. narratio de *Adultera*, quam Pharisæi ad Jesum adduxerunt; nisi quod signis marginalibus universa adnotatur.

Cl. vir Ubaldi vero specimen luce expressum primæ pagellæ huius Cod. refert in suo egregio Op. *Introductio in Sac. Script.* ad usum scholar. Pont. Semin. Rom. et Colleg. Urb. (Vol. II. Rom. 1879).

CODEX TERTIUS

A. α. III.

Cod. ms. membran. græcus sæculo XI. paullo posterior, constans foliis 234, exceptis iis quæ bibliopola adiecit, metri longitud. fere 0, 22, latitud. pl. min. 0, 17: duplici columna perpetuo exaratus, litteris orbiculatis, dictionibus multis inter se ligatis, syllabis contra distractis. Literulæ minutæ flavæ rutilare iam incipiunt, grandiores autem et notæ marginales minio dantur. Quædam vero initiales, maxime vero omnium prima, figuris ornantur, in annulos coniectæ sunt, lineolisque nigris ductæ, purpureo cæruleoque colore suffunduntur.

Complectitur codex quatuor Evangelia, lectionibus accomodata per anni circulum, ut in Codd. superioribus memoravimus. Singula Evangelia notantur numeris tum iuxta sectiones Ammonianas, tum iuxta canones Eusebianos; versiculi vero tribus vel quatuor punctis distinguuntur. Initio caret indice capitulorum Evangelii secundum Matthæum, in fine autem habentur tabellæ temporariæ pro adnotandis sacris lectionibus, nec non *Menologii* fragmentum desinens in diem XXVI. Septembris.

ANIMADVERSIONES

Ad calcem Evangelii S. Matthæi indicatis prius ætate divinæ illius scripturæ, verborumque et versiculorum numero, quod sæpe contigit in libris biblicis, habentur hæc literis arcanis exarata; quemadmodum interpretatus olim est hieromonachus noster Theodorus Toscani: « Ὁ τὰ πάντα πληρῶν θεὸς ἡμῶν δόξα σοι » scilicet: « *Qui omnia reples, Deus, gloria tibi.* » Porro character arcanus, Græcis serioris ætatis usitatior, fit per commutationem ordinis literarum alphabeti vulgaris. Si plura desideras, adi Placentinium nostrum (*Epitome palæogr. græcae cap. X.*), vel Montfaucon (*Palaeograph. graec.* l. IV. c. 4). Apud hunc etiam multas reperies huiusmodi epigraphas in fine librorum, vel soluta vel metrica oratione appositas, quarum una incipit: « Τῷ συντελεστῇ καὶ θεῷ χάρις πρέπει: *Perfectorem et Deum gratia decet.*

Pertinuisse olim videtur Codex ad aliquod ex Monasteriis Calabris, imo Rheginis; quippe qui in Menologio ad diem XI. Septemb. memoriam habet *S. Eliæ Spilæotæ*, qui floruit in Cœnobio S. Luciæ apud Rhegium, ibique supremum diem obiit labente sæculo decimo.

CODEX QUARTUS

A. α. IV.

Cod. ms. membran. graec. aetate, ait Mazius noster, saec. XI. posterior, longit. m. 0, 21, latitud. 0, 16. Folia habet 245 flavioris membranae, charactere densiore, et nigriore atramento exarata. Literae saepe saepius ligatae, grandiores vero et notae cunctae cinnabari scriptae sunt.

Evangelistarium est quatuor Evangelia complectens, sed illud Joannis a vers. 21 Cap. XIX. seriore manu absolutum fuit, literis nigris tantum minutis magis ac deterioribus. Cum sacri textus perpetuo instruantur numeris capitulorum eorumque argumentis, carent autem numeris canonis Eusebiani, itemque historia mulieris *adulterae*.

ANIMADVERSIONES

Evangelio Matthæi subnectitur versus iambicus: Ενταῦθ' ἔμαρψε τέκμωρ ἡ τοῦ ματθαίου βίβλος: *Hic finem attigit Matthæi liber*. His additur græce ætas sacræ illius historiæ, quæ in ceteris omittitur, sed evangeliis, post *Marcum* et *Lucam*, finis tantum cuiusque notatur monocondylo, at nihil post Evangelium Joannis.

CODEX QUINTUS

A. α. V.

Cod. ms. membran. græc. metri longit. 0, 27, latitud. circ. 0, 20. Habet folia sex et septuaginta supra centum, duabus ducta columnis, charactere grandiore, quam hactenus descripti Codd., eodemque satis nitido scripta; cuius nota ostendit non multo post sæculum XI. fuisse exaratum.

Continet quatuor Evangelia in usum Missae, rubricisque passim donatur ad consignandas Sanctorum festas omnium memorias. Initio habentur præfixi decem canones Eusebiani in concordantiam Evangeliorum. Hisce decem canonibus, qui referuntur per sectiones sive capitula notasque numerales *systematis* Ammoniani, respondent marginales numeri in nostro textu evangelico, nigri quidem qui capitula, rubri vero qui canones indicant. Canones vero singuli, aut canonis eiusdem partes, uti videre est in *decimo*, dispescuntur arcubus vario pictis colore, quæ affabra dispositio non valde differt ab ea quam Biscionius nobis præsefert in editis Tabulis cod. Syriaci LVI. Plut. I. Bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ. Pone autem quemque canonum sequitur verticalis rubra phrasis, τέλος τοῦ κανόνος α', β',.. « *finis canonis*

I, II... » atque ita deinceps: in decimo autem *canone* verba haec extremo adduntur: Ο ἐν τριάδι θεὸς δόξα σοι. Αμήν: *Qui* (es) *in trinitate, Deus, gloria tibi. Amen.*

Ceterum quodque Evangelium praefixam habet tum tabulam maximorum Capitum cum argumentis suis, tum titulus eiusdem Evangelii praefixo quodam ornatu. E regione vero vel columnae vel paginae male picta conspicitur Evangelistae effigies, quae proinde sunt quatuor omnino. Subnectitur autem in finem Evangelii, ubi porro, vel quo anno S. scriptor illud tradiderit, et quae sit verborum versiculorumque computatio.

Post sacrum textum sequuntur tabulae temporariae de Evangeliorum lectionibus, deinde Menologium universum a die prima Septembris, auspicantis ecclesiasticum annum, ad trigesimam primam Augusti. Tum denique adsunt tabellae duae de Evangeliis legendis, altera quidem in matutinis Christi solemnitatum, altera vero, deficiens, in officiis communibus Sanctorum.

ANIMADVERSIONES

In menolog. sub die XXV. Julii scribitur: Η μετάϛασις τῶν δικαίων Ιωακεὶμ καὶ Αννης: *Transitus iustorum Joachim et Annæ.* Eadem commemoratio habetur in *Menolog.* Cod. A. γ. III, in *Eclogadio* Cod. A. β. V. (Cfr. op. nostrum « LE GLORIE DI S. GIOACCHINO. » Grottaferrata tip. della Badia 1878. pag. 209.).

CODEX SEXTUS

A. α. VI.

Cod. ms. membran. graecus 209, foliis constans metri longitud. 0, 22, latitud. 0, 17: charactere gaudet non valde absimili a codice superiori, nisi quod densius est; aetate autem vix aut ne vix quidem abhorret. Litterae grandiores minio vel caeruleo colore finguntur, itemque passim parvi ornatus praesertim capitibus rerum praecipuis praefixi. Est *Evangelistarium,* principio mutilum, incipit enim a vers. 28. cap. XIII. S. Matthæi. Perpetuo autem adnumeratur notis nigris in sectiones et capita Ammonii, purpureis autem in canones Eusebii.

Subsequuntur Tabulae absolutissimae de lectionibus sacris habendis, non modo pro cunctis anni feriis et festivitatibus Dominicis, sed etiam pro Sanctorum memoriis, cuius rei gratia subnectitur Kalendarium, *Eclogadii* titulo, a mense Septembri ad Augusti finem. Extrema omnium venit tabula lectionum in peculiaria festa et cæremonias, uti ex. gr. pro consecratione *Patriarchæ,* pro incoronatione *Regis* et pro *Communi* Sanctorum.

Posterior manus Codici hos iambos suffixit:

Ὡσπερ ξένοι χαίρουσιν ἰδεῖν πατρίδα,
Οὕτω καὶ οἱ γράφοντες βιβλίου τέλος.
Ut peregrini videre gaudent patriam,
Sic etiam scriptores finem codicis.

ANIMADVERSIONES

Habetur hic apud Joannem historia de muliere *adultera*; quam per singulos versus librarius designat asteriscis marginalibus; nam pericopa illa non ordinatur cum cæteris lectionibus annualibus, sed adhibetur tantum in aliquo ritu. Conf. Codd. A. α. XV et XVII.

CODEX SEPTIMUS

A. α. VII.

Cod. ms. membran. saec. XII, foliis 45 constans metri long. 0, 25, latitud. 0, 20. Membranae crassiores et saepe inaequales, duabus columnis nigro tantum colore, bono aequalique charactere exaratae, nisi quod grandiores literae multam calligraphi imperitiam praeseferunt.

In ipso continentur Evangelia partita pro Sabbatis et Dominicis diebus totius anni cursus. At nunc incipit ab Evang. Dom. IX. S. Matth. quod initio deficit, et explicit in Evang. V. Christi Passionis, quod deficit fine.

De huiusmodi partitione Evangeliorum per singulas anni hebdomadas confer, sis, cl. Allatium in op. *De libris ecclesiastic. Graecorum.*

ANIMADVERSIONES

Codex olim pertinuit forte ad quemdam Petrum presbyterum (?) sæc. XIV, qui malus scriptor in margine plura adnotat, ex. gr. fol. 21 v. an. mundo 6831 (1323) die Domenica, XV. mensis Decembris natam esse sibi filiam Constantiam: (fol. 20) an. 6836 (1328) mortuam sibi matrem: (fol. 40 v.) anno autem 6864 (1356) vita functam quamdam Præpositam (?) seu Abbatissam (nomine) Nicol .. (filiam) Pauli Pulli.

Fol. 61 v. Mirabilem lunarem eclipsim factam esse ita narrat: Ημέρα παρασκευῇ μαρτίου μηνὸς τῆς ἐνιαμένης Ινδίκτου ιγ'. εἰς τὴ θαῦμα μέγα εὑρέθη ἐν τῷ οὐρανῷ· ἠγοῦν ὅτι ἡ σελήνη ἔκρυπται καὶ οὐχ εὑρέθη ἵνα δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ τὰ ἄστρα ἐφαίνεντο... ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ϛωνγ'. scilicet: *Die Parasceve XVIII. mensis Martii, cum esset indictio XIII, prodigium magnum factum est in cœlo, scilicet, quod luna abscondita est et non est inventa ut daret lumen suum, et astra apparuerunt... anno a creatione mundi* 6853 (1345*)*.

Denique Fol. 45 hanc notitiam in margine habet: Ημέρα κυριακῇ νεεμβρίου εἰς τὰς ἡ καὶ Ινδ. ιδ'. ωρεσβύτερος Μιχαὴλ Χαρβυνήτζης ἐμίρασεν τὸ ☧ (χρῖσμα) τῆς ἐκκλησίας μετὰ Ιωάννου Κυπέω εἰς τόπον λεγόμενον Βάθηα (βαθχα) ἐνώπιον τῶν κατοτέρων μαρτύρων. Ανίκητος Παυλ. πουλλ. † Μιχαὴλ λλ Γουννάρις † Ιωαν. ωαρρ. † Δευράντης Δενάτις: id est: *Die Dominica Novembris octava et Indictione XIV. (Præpositus vel Presbyter) Michaël Charbynizas sacrum oleum confecit Ecclesiæ cum Joanne Cypeo in loco dicto Vaccha coram testibus qui infra sunt: Anicetus Paulipulli † Michaël Gunnaris † Joannes Parr.. † Durantes Donatis.* Apud Græcos etiam sacerdos hunc ritum conficit.

CODEX OCTAVUS

A. α. VIII.

Codex ms. membr. græc. sæc. XIII. Foliis 118 constat metri long. 0, 22, latitud. 0, 12. Formam habet characterum bene compositam ac densiorem.

Continet quatuor Evangelia, Matthaei quidem et Lucae integra, Marci autem et Joannis mutila, alterum quippe desinit in v. 28 cap. XIV, alterum vero in v. 39 c. XVIII. Singula olim habebant indicem capitulorum praefixum, quibus referuntur numeri rubri marginales in textu: nunc vero index *Lucae* deest. Notantur praeterea numeris nigris sectiones Ammonianæ, de quibus supra dictum est.

Codicis auctor fortasse fuit Symeon monachus Cryptoferratensis, cuius manu haec epigraphe charactere arcano et vulgari praefigitur Evangelio Matthaei, quam ipse mox literis communibus interpretatur:

Ω χριστὲ βοήθει τῷ σῷ δούλῳ Συμεὼν ἱερομονάχῳ.

O Christe, auxiliare famulo tuo Symeoni hieromonacho.

ANIMADVERSIONES

At non hic Simeon, sed alius scriptor notulis identidem sacrum explicat textum in margine, charactere satis bono, sed qui iam præ vetustate flavescit.

Fol. 2 v. ad illa verba Matth. (I. 25) Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν.. *non cognovit eam*, recitat locum Basilii Magni uti subest; Βασιλείου εἰς τὴν γέννησιν - Πρὸς μὲν τὸ ὅτι οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ τ.. ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς, ὅτι τὸ ἕως πολλαχοῦ χρόνου μέν τινα δοκεῖ (περιορισμὸν ὑποφ)αίνειν, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν τὸ ἀόριστον δείκνυσιν· ὁπωσοῦν ἐστιν τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου λεχθὲν, τὸ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· οὐ γὰρ δή που μετὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον οὐκ ἔμελλεν συνέσεσθαι τοῖς ἁγίοις ὁ κύριος, ἀλλ' ἡ ἐπαγγελία τοῦ παρόντος οὐκ ἔστιν ἀπροσκοπὴ τοῦ μέλλοντος· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον φαμὲν παρειλῆφθαι τὸ ἕως, ἐπειδὴ δὲ εἴρηται ὅτι πρωτότοκον οὐ πάντως ὁ κύριος πρωτότοκος πρὸς τοὺς ἐπιγινομένους ἔχει τὴν σύγκρισιν, ἀλλ' ὁ πρῶτον διανοίγων μήτραν πρωτότοκος ὀνομάζεται (Cfr. edit. Paris. C. MORELLI 1618).

Fol. 81 v. Ad illud Lucæ (XXII. 32.) *Oravi pro te, Petre* etc. proprio marte hæc animadvertit: Ἐντεῦθεν μανθάνομεν δόγμα μέγα· ὅτι οὐκ ἀρκεῖ πρόθεσις ἀνθρώπου χωρὶς τῆς τοῦ θεοῦ ἐπικουρίας. *Hinc discimus doctrinam magni momenti, quod non sufficit propositum hominis sine auxilio Dei.*

Alia minoris pretii relinquo, id unum præterea tradens, margines aspergi multis vocibus ad interpretationem sacri textus latinis non ita multis, quam italicis, ex. gr. κεράμιον ὕδατος, *aquareccia:* λυπεῖσθαι, *angosciarse...* conscriptis charactere sæc. XV, et quibusdam etiam græcis synonymis.

CODEX NONUS

A. α. IX.

Codex ms. membran. græcus sæculi XII. constans foliis 292, metri longitud. 0, 34, latitud. 0, 25, mutilus aliquantulum principio et

fine. Porro pulcherrimus est, paullo tantum deterior codice proxime sequenti. Duplici columna, bono charactere, atramento iam flavescente exaratus, literis grandioribus saepe auro, minio, caeruleoque colore venuste ductis, interdum prorsus auratis, uti etiam ex auro exscribuntur omnes Rubricae, ornatissimus adest.

Est *Evangeliarium* universum, seu evangelicarum lectionum series in totum annum absolutissima, si duas tantum excipias, quae ob detractum primum folium desiderantur. Certo autem ordine ita sese lectiones excipiunt: scilicet ex Evangelio *Ioannis* a die S. Paschatis ad Pentecosten; ex Evangelio *Matthæi* a Pentecoste, sexdecim hebdomadarum cursu habendae; hinc ad Dominicam proxime ultimam ante *Septuagesimam* Latinorum ex Evangelio *Lucæ*; denique ab hac Dominica ad S. Pascha ex evangeliis alterutrius *Marci*, vel *Matthæi* vel *Lucae*.

Has lectiones pone subsequuntur aliae, quae habentur in Hebdomadae maioris tum matutinis cum Missis, Εὐαγγέλια τῶν ἁγίων παθῶν, εὐαγγέλια εἰς παννυχίδας; quas deinde sequuntur Evangelia *matutinalia* (Εωθινὰ) pro Dominicis cunctis, quæ cum tantum sint undecim, expleto ambitu iterantur.

Evangeliis postremo subnectitur *Menologium*, quod deficit in diem octavam mensis Januarii.

ANIMADVERSIONES

Quidquid evangelicæ lectionis in Codice habetur, excurritur perpetuo quibusdam rubris signis, quæ, uti censeo, harmonico certo numero modulationem moderentur. Verum hisce signis nihil est ad notas Græcæ musicæ, de quibus erit alibi disserendum.

Cum vero altera manus suffecerit colore purpureo in margine indicationes quasdam ad Evangelium Dominicæ XV. in *Luca*, in fronte folii 177 inscripsit verbis: Κυριακὴ Ζακχαίου, nempe *Dominica Zacchæi*, eo quod huius *conversionem* sacra illa lectio complectitur. Nunc autem nobis solemne est, ut si ab octava Epiphaniæ ad initium *Triodii*, quod auspicamur Dominica proxima ante *Septuagesimam* Latinorum, Dominica una saltem intercedat, hac die Evangelium ex historia *Zacchaei* perinde fiat, ut præparet animos ad conversionem, ac disponat ad pœnitentiam *quadragesimalem* rite agendam.

CODEX DECIMUS

A. α. X.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI. labentis, vel XII. ineuntis, aetatis adamussim Comnenianae. Constat foliis 246 ex membranis nitidis et levigatis m. longit. 0, 33, latit. 0, 26, characterum forma, textus correctione praestantissimus, nec non ornatu inprimis elegantissimus; literae enim capitales multae sunt auro caeruleoque colore

pictae, multae quidem inauratae, quemadmodum etiam Rubricae omnes. Praeter accentus inscriptae sunt rubrae notulae pro modulatione cantus. Habetur Evangeliorum integer cursus duplici columna exaratus a Paschate ad Pentecosten; deinceps vero lectiones dantur dumtaxat pro Sabbatis et Dominicis diebus usque ad Sabbatum maioris hebdomadae, quae cuncta desinunt in fol. 137 vers.

Huic folio compacti sunt aliquot quaterniones, qui altera manu exarati excipiunt divinas *Liturgias* S. Joan. Chrysostomi, et Basilii Magni, ac S. Gregorii in *Præsanctificatis*.

Sacris Evangeliis succedit *Menologium* a die prima Septembris ad extremam Augusti, quo, si Liturgiae *propriae* recurrant, evangelia vel exscribuntur, vel solum notantur.

Omnium postrema apparent Evangelia *matutinalia* (Εωθινά) pro Dominicis diebus.

ANIMADVERSIONES

Cod. calligraphus latet, sed *Liturgiarum* qui sit, hæc docet epigraphe: Αὗται αἱ θεῖαι καὶ ἱεραὶ λειτουργίαι ἐγράφησαν διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ῥώσου τοῦ Κρητὸς ἐν ἔτει ἀπὸ τῆς χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ· τετρακοσιοστῷ· ἑβδομικοστῷ· πέμπτῳ· ἰνδικτιόνος ἐγδόης· μηνὸς σεπτεμβρίου δεκάτῃ, ἐν τῇ ἀββαδίᾳ (*interponitur super hanc vocem* γράφε. μονῇ) τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς ὀνομαζομένης κρυπτοφεράτας: *Hae divinae et sacrae Liturgiæ scriptæ sunt manu mea Joannis presbyteri Rhosi Cretensis, anno a nativitate Christi millesimo quadrigentesimo septuagesimo quinto, indictione octava, mensis Septembris decima* (die), *in Abbadia Sanctissimæ Deiparæ dictæ de Cryptaferrata.*

Jam vero falsum inde deprehendes illud, quod in vulgus proferri solet, nempe BESSARIONEM Card. (Bandin. Comment. De vita Bessar. § XVII) mutationem rituum Liturgicorum in Monasterio induxisse, in eo scilicet, ubi aliquot ab eius obitu elapsis annis Liturgia celebrari videtur omnino iuxta Græcos tum quoad *oblata* (*panis nempe fermentati,*) cum quoad cæremonias.

Stemma Card Juliani DELLA ROVERE, pulchris depictum coloribus appingitur ad calcem primæ paginæ (139) Liturgiarum, qui iam tum ab an. 1473 abbas Commendatarius esse cœperat. Stemma item habetur pulchrum ex auro et caeruleo colore ductum, quod nobis *delphinum* exhibet (Vide Cod. fol. 137 v.).

Donator vero ex autographo apparet, scilicet: *Ego Joannes Sanctus de Bechalva donavi hunc ecclesie Sancte Marie Crypteferrate ob devocionem gloriose virginis Marie.*

CODEX UNDECIMUS

A. α. XI.

Cod. ms. membranaceus graec. saec. XV, constans foliis 181 metri longitud. plus minus 0, 16, latitud. 0, 13, scriptus super palimpsesta diversae aetatis.

Est *Evangeliarium*, scilicet Evangeliorum series pro Sabbatis et Dominicis diebus per totum anni circulum, nisi quod initio desunt evangelia S. Ioannis in Pentecostario usque ad illa verba Evangelii

S. Matth. X. 33 (Dominic. I. post. Pentecost:) πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοις: *Patris mei qui in cœlis est.*

Desinit autem codex in evang. Dominicae III. post Pascha usque tantum ad illa verba S. Marci: τοῦ κυρίου συνεργοῦντος καὶ: *Domino cooperante et* (XVI 20).

ANIMADVERSIONES

Characterum forma rotundior et inæqualis est, sed finem versus magis deflexus negligitur, ita ut sin minus alterius manus, at ætatis eiusdem certe opus esse videatur, qua exarata sunt extrema folia Cod. A. α. I, nempe, ut ibidem diximus, sæculo XV. In idem coniurat ratio literas rubras in titulis et initialibus exarandi, quæ prius atramento delineatæ, nimio deinde suffunduntur.

Postremo palimpsesta diversam attingunt epocham. Quæ minuta sunt, pertinent ad sæc. X. vel XI. (*Biblica* porro videntur), quæ contra latiora, in sæc. XIII, vel serius forte descendunt.

CODEX DECIMUS SECUNDUS

A. α. XII.

Cod. ms. membran. saec. XIV, constans foliis 97, metri p. m. longitud. 0, 18, latitud. 0, 11, charactere non bono neque etiam satis correcto exaratus.

Evangeliarium est, exscriptum more eorum quae supra descripsi: scilicet a die sacratissimi Paschatis et deinceps, pluribus tamen deficientibus. Itemque habetur *Menologium* cum Evangeliis in solemniores festivitates, quod desinit ante mensem Januarium. Deest autem Kalendarium et mensis Octobris.

ANIMADVERSIONES

In fronte fol. 88 vers. habetur graeca *Archiepiscopi* scriptio cuiusdam *Antonii Rossanensis*; atque hunc alterutrum extitisse credam, nempe aut qui electus a Capitulo Cathedr. confirmatus fuit ab Urbano VI. an. 1380, aut qui ab Eugenio IV. creatus fuit anno 1435 (De Rosis *Città di Rossano*).

Cetérum liber non accurati ταχυγράφου utilis est, ut eo multa doceamur de recta *Pronuntiatione* graeci sermonis, cum in isto vocales multæ et diphthongi, quae sonum habent pro communis pronunciationis nostrae ratione inter se affinem, ut plurimum invicem commutentur.

CODEX DECIMUS TERTIUS

A. α. XIII.

Cod. ms. membran. graec. saec. XV. Constat foliis 62, metri long. 0, 16, latitud. 0, 12. Membrana crassior est et humiditate iam

pridem nigrescens, et folia male suo ordine perturbata, quae cl. p. Toscani notatis pagellis iterum composuit. Character vero non bene ducitur, qui eiusdem manus vel saltem scholae videtur, quae exhibetur in superiori cod. XI. Praeterea est initio et fine mutilus. Quod autem residuum est, habentur evangelia *Matutinalia* (Εωθινά) in Dominicis praeter tria priora. Pone subsequitur *Menologii* evangeliarii, ut ita dicam, fragmentum, a Septembre mense ad diem Maii octavam.

ANIMADVERSIONES

Scriptæ hic sunt multæ paginæ in palimpsestis, quæ complectuntur reliquias *historiarum* Sanctorum, res Liturgicas et Biblicas cum fragmento Canonum Eusebianorum, de quibus confer, sis, quæ relata sunt super Cod. A. α. V.

CODEX DECIMUS QUARTUS

A. α. XIV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII. constans foliis 73, metri longitud. 0, 24, latitud. 0, 17. Antiquitus numerati erant quaterniones tantum, qui nunc restant ab XI. ad quatern. XX. quorum unus aut alter aliquo folio caret.

Duplici columna, nitido charactere, literis initialibus vario colore pictis exaratus codex *Evangeliarium* habet initio, fine, aliquantulum medio etiam mutilum. Versiculi sacri textus, quod contingit in aliis hisce codd. distinguuntur parva cruce. Incipit ab evangelio Dom. X. secundum *Lucam*, et desinit in evang. ad diem V. mensis Septembris *Menologii* ineuntis. Sed inter evang. annualia et *Kalendarium* dantur alia in *Quadragesimam* et in *Passionem* Christi.

CODEX DECIMUS QUINTUS

A. α. XV.

Cod. ms. membran. graec. saec. XI, constans foliis 69, metri longitudinis 0, 18 et amplius, latitud. vero 0, 15, mutilus principio et fine, sed in medio nullo prorsus alio quam duplo folio deficiens. Sunt autem aliquot quaterniones e primis retro corrosi, alii contra extremi situ et madore nonnihil maculati. Sed scriptura exhibet similitudinem Codicibus nostris saeculo X. exaratis.

In eo continentur *Evangelium* in Sabbato *Lazari* initio carens,

quod pone sequuntur cetera in hebdomada maiore, nec non ea XI. quae Ἑωθινὰ sive *Matutinalia* appellantur.

Excipit illa Evangeliarium in *Menologium* integrum, praeterea quae recurrunt a labente mense Maio ad decadem primam Iunii.

Veniunt post haec, maxima parte tantum citata, SS. Evangelia in usum *Euchologii* cum hisce græcis titulis, quos latine reddimus:

Lectio, *auspice Deo, I. in Vestitionem monachi: II. in eamdem: III in eamdem.*

Lectio I. in *infirmos*, tam *viros*, quam *mulieres*: *II in eosdem.*

Lectio II. in *mulieres* (aegrotantes).

Lectio in *confessionem virorum et mulierum*: quae tota exscribitur ex historia cap. VIII. Ioan.

Post haec notantur Evangelia pro *Mututinis* solemniorum festivitatum, scilicet *Nativitatis* Deiparae, et Christi, tum festivitatis *Epiphaniae*, et *Hypapantes* Domini, nec non *Adnunciationis* Deiparae, ac demum *Feriarum II.* et *III.* maioris hebdomadae. Ita deficit Codex, extrema quippe pagella, prae madore et attritu pene deleta, legi non potuit.

ANIMADVERSIONES

Menologium inprimis est mentione dignum (uti etiam fragm. in Cod. super. A. α. XIII.), quippe quod refert Codicem aut CPnum aut ex quodam CPno alibi exscriptum.

In diem enim I. mensis Septembris post *memoriam S.* Symeonis *Stylitae legitur:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Σύναξις τῆς ἁγ. θεοτόκου ἐν τῷ Χαλκοπρατίῳ: *Eodem die Synaxis S.* Deiparae *in Chalcopratio;* eiusdemque totum perscribitur Evangelium.

In diem II. eiusd. mensis haec insunt: Μνήμη τοῦ ἐν ἁγ. πατρὸς ἡμῶν Ιω. τοῦ νηστευτοῦ ἀρχιεπ. γεναμεν. (sic) ταύτης τῆς θεσφιλοῦς καὶ βασιλείδου πόλεως, καὶ Παύλου τοῦ νέου, καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρ. Μάμαντος. *Memoria sancti patris nostri* Joannis *ieiunatoris, qui Archiepiscopus extitit huius Deo charae et reginae civitatis: et* Pauli *iunioris, et S.* Mamantis *martyris.*

In diem XI. Octobris ista leguntur: Μηνὶ τῷ αὐτῷ (deest notatio diei) τῶν ἁγγ. πατέρων ἡμῶν καὶ πατριαρχῶν Νεκταρίου, Ἀρσακίου, Αττικοῦ· καὶ τῆς ὁσ. Ζοναΐδος (sic); *Eodem mense SS. PP. NN. et Patriacharum* Nectarii, Arsacii, Attici: *nec non et Sanctae* Zonaidis.

Ne plura consecter, facilis collatio fieri potest inter hoc Menologium et CPnum a cl. MORCELLIO editum ex penu Romanæ biblioth. Principum ALBANORUM, ita ut universum Evangeliarium nostrum ex simili *apographo* exaratum. Constantinopoli fortasse huc ad nos usque advectum fuisse coniici possit.

CODEX DECIMUS SEXTUS

A. α. XVI.

Cod. ms. membran. graec. saec. X. vel XI, spissus foliis scriptis 55, metri long. 0, 20, latit. 0, 15, binis columnis exaratus, initio et fine carens. Characterum forma est oblonga et aequalis, syllabae vero persaepe divisae, literae capitales atramento delineatae minio suffusae sunt.

Est *Evangeliarii* fragmentum, incipiens ab evangelio *Passionis* Christi in horam III. hebdomadae maioris; procedit autem usque in totum evangelium magni Sabbati.

Prosequuntur inde XI. evangelia Εωθινά; quibus expletis initium fit *Menologio* cum evangeliis, uti mos est, universo, cui pauca tantum deesse deprehendi: appinguntur autem illi evangelia in solemnioribus dicenda Matutinis.

Cum hisce scriptor finem imposuisset, tamquam de tabula tollens manum, inexpletis columnis, folio v. 49. subscripsit:

ὁ τὰ πάντα πληρῶν, θεὸς ἡμῶν δόξα σοι.

Qui omnia reple , Deus noster, gloria tibi.

At calligraphus resumpto calamo perscribere aggressus est Evangelia *ferialia* per totum anni circulum praeter Sabbata et Dominicos dies; sed nunc habentur dumtaxat usque ad *feriam* II. hebdomadae IV. post S. Pascha.

CODEX DECIMUS SEPTIMUS

A. α. XVII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, folia excipiens 69, metri long. 0, 15, latitud. 0, 13, mutilus principio et fine: folia nonnulla carie ad margines corrosa. Pulchriuscula sane et nitida scriptura est, quamvis orthographicis mendis haud prorsus careat.

Habet autem *Evangelistarii* fragmentum incipiens ab illis Lucae verbis, καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Ιησοῦν . (cap. XIX. v. 25) ad finem usque. Quod, post praefixum indicem capitum, sequitur integrum Evangelium Joannis, nisi quod in cap. VIII. intercipitur de more historia de muliere *adultera*; sed cum ibi notetur in margine κεφ μοίχ. εἰς τὸ τέλος: *Caput de adultera in fine*, heic reipsa, expleto Evangelio, sacra narratio disponitur. Verum post illa verba λέγουσιν αὐτῷ πειράζοντες: *dicunt ipsi tentantes*, continuo deficit codex.

Porro textus instruitur perpetuo in margine numeris sectionum vetustarum, et annualium lectionum.

CODEX DECIMUS OCTAVUS

A. β. I.

Cod. ms. membran. graecus saec. X, constans foliis 139, metri longit. 0, 23, latitud. 0, 18, duplici columna, charactere oblongo et

aequali, unciali etiam quamplurimo, atramento nunc satis flavo parvas literas, cinnabari vero grandiores, uti etiam titulos notasque exaratus. Membranae, praeter duas priores, nitidae, itemque, superiorum aetatum more, quotquot inaequales desinebant, recuperatae.

Multas Apostolorum complectitur epistolas, initio enim et fine caret, iisque singulis complicat argumenta, capita, et animadversiones ex Euthalio Sulcensi, prouti ZACCAGNIUS edidit in tom. I. *Collectaneorum*, collato etiam Cod. Vatic. 1650, olim Cryptoferratensi.

Fol. 1. Incipit igitur pagina ab extremi Capitis Joan. epistolae I. argumento, his verbis: Εν ᾧ περὶ ἀποχῆς δαιμονικοῦ σεβάσματος. στίχοι κγ'. *In quo de cavendo daemoniaco cultu: versus* 23. Post haec praefigitur Epistolae titulus; Εὐαγγελικὴ θεολόγου Ιωάννου ἐπιστολὴ πρώτη: *Evangelica Ioannis Theologi epistola prima.* Ο ἦν ἀπ' ἀρχῆς.. *Quod erat ab initio.*

Fol. 2. Hinc argumenta capitum compendiaria in margine notari coeptum est.

Fol. 4. Explicit epist. I. Jo. cui subnectitur in fine titulus et incipit argumentum maius in epist. II. Joannis.

Fol. 5. Absoluta II. epist. fit epist. III. initium, cui praefigitur argumentum.

Fol. 6. Argumentum epist. Judae. Pag. v. post capitum titulos incipit epistola.

Fol. 8. Post Judae epist. scriptor resumit supputationem versuum et procemiorum in Actis Apostolorum et epistolis Canonicis, iuxta ipsum Euthalium.

Fol. eodem verso: Prologus Euthalii in XII. Epp. S. Pauli his verbis: Εὐθαλίου ἐπ. Σούλκης πρόλογος προτασσόμενος: Πρόλογος τῶν ΙΒ. ἐπιστολῶν Παύλου τοῦ ἀπ. *Euthalii ep. Sulces prologus praemissus: Prologus in XII. epistolas Pauli Apostoli.* In editis tamen rectius legitur XIV, ita ut mendum aliquod irrepsisse videatur.

Fol. 14. Habetur narratio martyrii S. Pauli cum supputatione ad aetatem usque Euthalii. Tum sequitur Euthalii opus in afferendis pro singulis Ap. epistolis iis testimoniis, quibus ex aliis SS. Scripturis Paulus innititur.

Fol. 29. Incipit sacer textus epistolae ad Rom. cum hoc titulo: Εὐαγγελικὴ διδασκαλία περί τε τῶν ἔξω χάριτος καὶ τῶν ἐν χάριτι, καὶ περὶ ἐλπίδος καὶ πολιτείας πνευματικῆς· *Evangelica doctrina de iis qui extra gratiam sunt, quique in gratia, nec non de spe et spirituali conversatione.* Tribuitur autem epistola in Sabbata et Dominicos dies post Pentecosten.

Fol. 38. Supplentur quidam tituli, ut alibi deinceps, in margine charactere, quem dicunt, unciali: quod nota est vetustatis ad saec. IX. vel X. prope accedentis.

Fol. 47. Paulinae salutationes singulae singulis versiculis dissecantur per initiales depictas literas.

Eod. fol. v. Initium habet argumentum Euthalii in epist. I. ad Corinthios, cui subsequuntur capitum inscriptiones: tum mox venit epistola, partitis, ut antea, lectionibus.

Fol. 65. Argumentum Euthalii in ep. II. ad Corinthios cum capitulorum epigraphis.

Fol. 66. v. Incipit Ep. II. b. Pauli ap. ad Corinthios.

Fol. 78. Argumentum ut supra in ep. ad Galatas.

Fol. 79. Incipit epistola, inscriptionem praeseferens.

Fol. 85. Argum. ep. I. ad Ephesios.

Fol. 86. Incipit epistola.

Fol. 93. v. Argum. in ep. ab Philippenses, quae continuo fol. 94. incipit.

Fol. 98. Ad calcem sequitur argum. ep. ad Colossenses, quae incipit fol. 99.

Fol. 103. v. Argum. ep. I. ad Thessalonicenses, quae initium habet fol. 104. v.

Fol. 108. v. Argum. ep. II. ad eosdem: incipit autem fol. 109. v.

Fol. 111. Argum. in ep. ad Hebraeos, quae sequitur fol. 103. v.

Fol. 128. Habentur argumentum et capita in I. ep. ad Timotheum, quae subsequitur fol. 129. v.

Fol. 135. v. Argumentum cum capitulis, uti semper fit, in II. ad Timoth. quae incipit fol. 136. v. et deficit apographon cum Cod. in illis verbis: Ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσιν.

ANIMADVERSIONES

Cl. p. Cozza animadvertit in Ep. I. S. Joannis deesse vers. celebrem illum Cap. V, nempe: τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ ὁ Πατὴρ, ὁ λόγος καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα: qui, ut ipse rogatus inspexi, deest etiam in Cod. A. α. I. At scriptor utroque in Cod. textum sic circumplectitur: ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια· ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν: cum in editis nunc habeatur: Οτι τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια. ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ ὁ λόγος καὶ τὸ Αγιον Πνεῦμα, καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι· καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, τὸ Πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα· καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν (Nov. Test. Colon. Agrippinæ 1866).

Præterea Codex hic, si quis alius, uncialibus charactere valde abundat, quod uti animadvertit Placentinius noster cum Budæo et Montfaucon (Palæograph. graec. Epitome cap. V.) nota est vetustatis, cum uncialis hæc forma literarum integra in Codd. desit a sæc. pl. m. IX. vel VIII; sicubi vero in sæc. X. et XI. servatur, fit dumtaxat in titulis librorum, capitum vel articulorum. Post id temporis plane deficit.

Postremo ad calcem pag. 1. fol. 8 haec pene inverse ita scribuntur:

ΟΥΜΟΣΘΗΟΒ, ΓΕΝΟΥ ΚΕ

(Κύριε γενοῦ βοηθός μου) scilicet *Domine, sis auxiliator meus.*

Postremo Cod. hic. præstat Cod. A. β. III, quem mox describemus; tum vetustate, tum eo quod refert ex Euthalio etiam *Testimonia*, quæ ibi desunt; et omnium simillimus præcipuis est Codd. quos in *Euthalio* suo contulit Zaccagnius.

CODEX DECIMUS NONUS

A. β. II.

De hoc Codice cum plurima dicenda sint in codicibus Patristicis describendis (cfr. Cod. B. α. VII.), nonnihil tantum hic, quod satis, rem delibamus. Codex igitur membran. græcus sæc. XI, cum 259 foliis plurima amplectatur scripta SS. Patrum folium CLIX. inter et CCXIII. quaedam habet excerpta e sacris Scripturis N. T. prouti syllabus hic indicat.

Fol. 159. Πρὸς Κορινθίους. *Ad Corinthios.* Incip. Ἀδελφοὶ, ἐγὼ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου. *Ego accepi a Domino.* Des. Ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. *Ne cum mundo condemnemur.*

Fol. eod. v. Μερικὸς ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγ. Παύλου πρὸς Ρωμαίους. *Pericopa ex Epist. S. Pauli. ad Rom.* Incip. Ἀδελφ. ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. *Liberati a peccato.* Desin. Ζωὴ αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. *Vita æterna in Christo Jesu Domino nostro.*

Fol. 160. Ἀδελ. Παρακαλῶ ἡμᾶς διὰ τῶν οἰκτιρμῶν. *Fratres, obsecro vos propter misericordiam.* Des. Ἐν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. *Unum corpus sumus in Christo Jesu Domino Nostro.* Ibi.

Fol. eod. v. Ἀδελφ. Ἐχοντες χαρίσματα. *Fratres, habentes charismata.* Des. Εὐλογεῖτε καὶ μὴ καταρᾶσθε. *Benedicite et nolite maledicere.* Ibidem.

Ibid. Πρὸς Κορινθίους. Ἀδελ. βλέπετε τὴν κλῆσιν ἡμῶν. *Ad Corinthios. Fratres, videte vocationem vestram.* Des. Καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. *Et hunc crucifixum.*

Fol. 161. Ἀδελφ. θεοῦ ἐσμεν σύνεργοι. *Fratres, Dei sumus adiutores.* Des. Ὁ γὰρ ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵ τινές ἐστε ὑμεῖς. *Quoniam templum Dei sanctum est, quod estis vos.*

Fol. eod. v. Πρὸς Γαλάτας. Ἀδελφοὶ, ὁ θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει. *Ad Galatas. Fratres, Deus qui est dives in misericordia.* Des. Τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. *Inimicitiam in carne sua.* Sed corrige Πρὸς Εφεσίους. *Ad Ephesios.*

Fol. 162. Πρὸς Κολοσσαεῖς. Ἀδελφοὶ, ὅταν ὁ χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ἡμῶν. *Cum Chr. apparuerit vita nostra.* Des. Ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι χριστός. *Sed omnia et in omnibus Christus.* Ep. ad *Colossenses.*

Ibid. Πρὸς Τιμόθεον. Τέκνον Τιμόθεε, πιστὸς ὁ λόγος. *Ad Timotheum. Fili Timothee, fidelis sermo.* Des. Ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. *In conscientia munda.*

Fol. eod. v. Τεκ. Τιμ. δίωκε δικαιοσύνην. *Fili Tim. persequere iustitiam.* Des. ὯΙ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν. *Cui honor et virtus æterna. Amen.*

Fol. 163. Τέκνον Τιμ. ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι. *Fili Tim. confortare*

in gratia. Des. Η χάρις μεθ' ὑμῶν. Αμήν. *Gratia cum vobis. Amen.* Est a cap. II. ep. II. ad Timoth. usque ad finem.

Fol. 166. Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ. *Tito dilecto filio.* Des. Διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας. *Per lavacrum regenerationis.* Pericopae plures fiunt ex epistola ad Titum.

Fol. 168. Πρὸς Κορινθίους. *Ad Corinthios* (sic). P. Αδελφοὶ ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματός ἐστιν ἀγάπη,. *Fratres, fructus Spiritus dilectio,.* Des. Σῶσαι τοὺς πιστεύοντας. *Salvos facere eos qui credunt.* Initur ex Ep. ad *Galatas,* absolvitur cum Ep. ad *Corinthios,* medium autem inest fragmentum ex ep. b. Jacobi.

Fol. 173. Αδελφοὶ, σοφίαν λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις. *Sapientiam dicimus inter perfectos.* Des. Α ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. *Quæ præparavit Deus diligentibus se.* Epist. ad Corinth. I.

Fol. eod. v. Αδελφοὶ, μηδεὶς ἐξαπατάτω. *Fratres, ne quis se seducat.* Des. Εν πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν. *In spiritu Dei nostri.* Ibi.

Ibid. Αδελφ. Πάντα μοι ἔξεστιν. Incip. *Omnia mihi licent.* Des. Η ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. *Charitas numquam excidit.* Incipit cum cap. X. Ep. ad Corinthios et prosequitur regrediens in capita superiora.

Fol. 175. Μερικὰ διηγήματα ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἁγίου εὐαγγελίου. *Sectiones narrationum ex S. Evangelio secundum Matthæum.* Incip. Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμὰς ἐν ὕδατι. *Ego quidem baptizo vos in aqua.* Cap. III. v. 11. Des. Οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Justi autem in vitam æternam.* Cap. XXV. v. 46.

Fol. 198. Μερικὰ διηγήματα ἐκ τοῦ κατὰ Ιωάννην ἁγίου εὐαγγελίου. *Sectiones narrationum ex S. Evangelio secundum Joannem.* Incip. Εν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. *In principio erat Verbum.* Cap. I. v. 1. Desin. Αλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. *Sed ut manducarent pascha.* Cap. XVIII. v. 28.

Habentur etiam multa de Christi Passione usque ad illa, quibus explicit pericopa: Αλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. *Sed ut manducarent pascha.* Cap. XVIII. v. 28.

CODEX VIGESIMUS

A. β. III.

Codex ms. membran. græc. sæculi XI. vel XII. binis columnis, composito charactere, unciali etiam multo, exscriptus, ornatibus passim iisque pulchellulis decoratus, continens folia 172, longit. m. 0, 26, latitudinis fere 0, 17, quorum aliquot vetustate elapsa, itemque plura sunt manuum contrectatione maculata.

Excipit Actus Apostolorum et eorumdem cunctas epistolas, nempe Jacobi, Judæ, Petri, Joannis; Pauli deinde omnes, ad Romanos, 2 ad Cor., ad Gal. ad Eph. ad Philip. ad Coloss., 2 ad Thess., 2 ad Tim. ad Tit. ad Philem. ad Hebræos.

Singulis epistolis prænectitur *argumentum* ex Euthalio; quod deest *Actibus Apostolorum*, forte elapsum, uti etiam aliquid ex eo pessum ivit ante epist. ad Rom. Itemque quisque titulus in fine singulæ epist. repetitur, addito versuum numero, et ceteris indicationibus. Itaque ex. gr. post epist. II. ad Timoth. scribitur. Επιστολὴ β'. πρὸς Τιμόθεον τῆς Εφεσίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον πρῶτον χειροτονηθέντα ἐγράφη ἀπὸ Ρώμης ὅτε ἐκ δευτέρου παρέστη Παῦλος τῷ καίσαρι ῥωμαίων Νέρωνι· στίχων ρό. *Ep. II. ad Timotheum qui primus Ephesinæ ecclesiæ ordinatus fuit episcopus, scripta est a Roma, quum Paulus iterum sisteretur Cæsari Romanorum Neroni: versuum 170.* Varietas inest quædam hanc inter epigraphen et eam quam refert Zaccagnius (op. cit. edit. Rom. 1648. p. 702).

Jam vero dum sacer textus perpetuo continuatur, nisi quod versus quatuor punctis distinguuntur, lectiones pro Missis notantur cinnabari in margine superiori, raro autem in inferiori.

Epistolas pone subsequitur narratio, inscripta: Αποδημία τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου. *Peregrinatio S. Pauli apostoli.* Incip. Απὸ δαμασκοῦ ἤρξατο. *A Damasco incepit.* Editur a Zaccagnio op. cit. p. 425.

Tum venit elenchus Epistolarum sectionum per integrum anni circulum, ac postremo *Menologium*, quod mox deficit in die *septima* Septembris.

ANIMADVERSIONES

Grandiorum litterarum character similitudinem exhibet cum Cod. Δ. β. X. quod videsis; sed præstat earum æqualitate et elegantia, ita ut illi non modo ætate, sed etiam stylo et schola, scilicet b. Nili abbatis, accedere oporteat.

Fol. 54 v. in marg. superiori recentior manus scripsit: Εγὼ κῦρ Κυριακὸς ποντίου: *Ego D. Cyriacus Pontii* (?). Item margines quædam sparguntur notulis latinis ad textum interpretandum, eodem charactere quo Cod. A. α. VIII.

CODEX VIGESIMUS PRIMUS

A. β. IV.

Cod. ms. membran. græcus sæculi, teste Monaldinio, fere X, constans foliis 139, metri longitud. 0, 15, latitud. 0, 12, mutilus principio et fine. Character est optime compositus, alicubi vero nunc restitutus, colore quidem subrubro in parvis literis, at in grandioribus sandaracino.

Recenti manu *Eclogadium* inscribitur, at potiori iure Πραξαπόστολος

dixerim, eo quod sit *Epistolarium* pro sacris Liturgiis per totum anni cursum, a fer. IV. hebdomadae II. post sanctum Pascha usque ad Pentecosten quotidiano: sed a Pentecoste ad Sabbatum hebdomadae maioris, diebus sabbatis tantum et Dominicis.

Mox inde ad notandas epistolas incipit *Menologium* a die *prima* Septembris ad sabbatum infra Octavam Epiphaniæ, cui proximus venit ritus *benedicendi aquam* in ea Solemnitate.

ANIMADVERSIONES

Quo loci potissimum Codex exscriptus sit non liquido constat, siquidem manifesto patet iuxta ritum Ecclesiæ CPnæ primum exaratum fuisse, dum postea in usum Patrum Calabro-siculorum cessisse, e quorum monasteriis ad nostrum Cryptense appulit.

Quod interea Codex CPnus sit, plurima ostendunt, quæ præcipua ego complectar: scilicet multæ huius Ecclesiæ commemorationes quemadmodum illa ad d. I. Septembris, *memoria magni incendii:* ad II. eiusd. mensis, *memoria Joan. jejunatoris* ἐπισκόπου Κπολεως, *episcopi CPni:* ad diem XXV. eiusd. *commemoratio terraemotus CPni* hisce verbis: Η λίτη ἐν τῷ Κάμπῳ καὶ μνήμη τοῦ φόβου, *Supplicatio in Campo, et memoria Timoris:* ad d. XI. Octobris *memoria Nectarii, Arsacii, Sysinnii et Attici,* cui additur Commemoratio *VII. Synodi Nicænæ secundæ:* ad d. XVIII. Decembris *Encænia Chalcopratianorum* Ecclesiæ SS. Deip. dicatæ, vico CPno qui Χαλκοπράτεια dicebatur. Demum, ne longior sim, ad d. XXIII. eiusd. mensis *Commemoratio Encæniorum S. Sophiae.*

Atnihilominus quod Πραξαπόστολος CPnus præ manibus fuerit Basilianis Siculo-calabris ostendit memoria *S. Eliae Spilaeotae,* quae margini ad diem XI. Septembris appingitur alia manu, nec non quædam latine scripta in fol. 35. v. ἀγράφῳ illam regionem sentit. Sunt autem hæc: *Nobili et discreto Principi Dom. Cremaldo de Salerno ego Matthaeus de Messana salutem ad pedes cum omni reverentia filiali. Stans quod nos primitus in terra Neapuliae simus.... cupimus personam vestram videre....*

Quoad illas voces, *Nobili et discreto Principi Domino Cremaldo de Salerno,* sane animadverto principes huius nominis non haberi, ut videtur, ultra sæc. IX, quo scilicet interemptus est Grimoaldus IV. an. 827. (Ughelli Ital. Sacr. tom. VII.). Nil profecto mirum, quod isti Grimoaldo aut Cremaldo Duci Salernitano scriptura hæc referatur, quandoquidem, si Codex noster attigit, uti diximus, sæculum fere X, haec autem scriptura præcedere posset *Epistolario* aliquot annos vel saeculum.

Sententiae nostrae non nihil suffragaretur quod pag. 35. v. ubi haec fere ad calcem scripta habentur, ἄγραφος seu inexarata demissa est a calligrapho.

CODEX VIGESIMUS SECUNDUS

A. β. V.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI. foliis constans 245, longit. metri 0, 19, latitud. 0, 16, quorum si extrema excipias, pleraque nitida plus minus et integra servantur. Duplici columna, optimo charactere exaratur, multis etiam vivacissimo cinnabari exscriptis, grandioribus literis optimæ sane notæ abundans, ornamentulis quoque aliquot ex auro minioque gaudet; inter elegantissimos Bibliothecæ Codices facile adnumerandus.

Titulum præfert: Εκλογάδιον σὺν θεῷ τοῦ Απο-στόλου ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ:

quod equidem interpreter: *Deo auspice, Eclogadium seu selectus ordo Epistolarum in integrum annum.* Epistolæ omnes exscriptæ sunt per singulos dies ordine hebdomadali, applicitis etiam *Evangeliis* et psalmorum versiculis: illae autem omnes rubris cantus notulis perpetuo instruuntur. Procedit Epistolarium a die Paschatis solemnissimo usque ad Sabbatum sanctum exacta anni periodo. Hinc incipit *Menologium* a die *prima* Septembris ad extremam Augusti; quo sacro cursu, si quæ obveniant Missæ *propriæ* Sanctorum, *Epistolæ* lectio, vel cuncta perscribitur, vel alibi reperienda notatur.

Menologio absoluto, exscriptæ sunt, quoad Epistolas et antiphonas, aliquot Missæ; prima scilicet pro *Defunctis*, qua in Missa ad tres usque proferuntur Epistolæ deligendae. Hanc missam excipit alia in sacris supplicationibus, vulgo de *Pœnitentia*, proprie autem ad *præcavendos Barbarorum incursus;* atque hic etiam tres tribuuntur Epistolæ. Subsequitur item Missa ob aliquod effugiendum *incendium;* tum alia in *Monasticam vestitionem*; alia pro *infirmis*; alia ad depellendam *siccitatem;* omnium ultima venit, quæ inscribitur: *εἰς πνευματιζομένους, pro exorcizandis.*

ANIMADVERSIONES

Auctorem Codicis quidam e nostris existimarunt S. Barptolomæum Abbatem, ad id adducti tum ex Codicis elegantia, cum ipse pereleganter et plura ex *Evangeliis*, *Triodiis* et *Menœis* scripsisse feratur, tum ex eo quod in hoc Menologio ad d. XXII. Decembris memoria consignetur Ecclesiæ Cryptoferratensis Deiparæ Virgini dedicatæ, et Missæ ordo componatur cum Missa *SS. Danielis, triumque sociorum prophetarum.*

Porro ibi, relata memoria de SS. Daniele sociisque subnectitur: Καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς ὑπεραγ. θεοτόκου τῆς μονῆς τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νείλου. scilicet: *Dedicatio* (templi) *SS. Deiparae Monasterii S. P. N. Nili.* Inferius autem additur: Ἐνεκαινίσθη ὁ ναὸς τῆς ὑπεραγ. θεοτόκου ἔτει ϛφλγ΄. nempe: *Dedicatum fuit templum SS. Deiparae an.* 6533, quæ epochæ creationis mundi adnotatio redit in an. a Nativitate Christi 1025. Mox pergit Missæ ordo, *Troparium* SS. Prophetarum, tum aliud *Progenitorum Christi Abraham, Isaac et Jacob*, demum aliud *Dedicationis* incipiens: Σήμερον τῆς ἐκκλησίας χρίεται τὰ ἐγκαίνια. *Hodie Ecclesiae Christi dedicatio.* Deinde veniunt, præscriptis *Antiphonis* de communi, *procimena* ex Oda Deiparæ Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον. Ὅτι ἐπέβλεψεν. *Magnificat anima mea Dominum.. Quoniam respexit..* Epistola ex Apostolo ad Hebræos (IX. 1-7): Ἀδελφοὶ εἶχεν ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα λατρείας. *Fratres, habuit primum tabernaculum justificationes culturæ.* Excipiunt *Stichi* cum *alleluia* e Psalmo CXXXI. Ἀνάστηθι κύριε εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου... Ἁγιάσματός σου. *Surge Domine in requiem tuam... Sanctificationis tuae.* Evangelium statuitur idem, quod in Deip. Assumptione præscribitur, nempe ex apocopis Ev. Lucæ (X. 38-43. XI. 27-28.): Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς κώμην τινὰ — Καὶ φυλάσσοντες αὐτόν. *In illo tempore venit Jesus in quoddam castellum.* — *Et custodiunt illud.* Cœnonicon e Psalmo CXV. Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι. *Calicem salutaris accipiam.* Verum Matutinis adsignatur Evangelium S. Matthæi cap. XVI. 13-18. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας — Καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτήν. *In illo tempore, veniens Jesus in partes Cæsareæ — Et portæ inferi non praevalebunt adversus eam.* Sed in God. proxime sequenti ad prædictam diem, cum nullum Evangelium adscribi videamus in Matutinis, istud nimirum in Missa ponitur, ut adhuc in præsens: ad Matutinum vero legitur Evangelium de *Zacchaei conversione* (Luc. XIX. 2).

De Menologio autem multa essent animadversione digna, quæ tamen hic paucis compleotar. Porro patet illud esse merum ἀπόγραφον alicuius Menologii Constantinopo-

litani, in usum, si velis, forte redacti Ecclesiae Rossanensis in Calabria. Id suadent I. quammultae sacrae commemorationes agendae in magna ecclesia Sophiana, quae sunt *Dedicatio illius* ad d. XXIII. Decembris SS. patriarcharum urbis *Nectarii, Arsacii, Attici et Sisinii* ad d. XI. Octobris. II. Ritus Officii et *supplicationis ad Ecclesiam Deiparae* (in Blachernis?) d. XVI Augusti, nec non ritus *solemnis Baptismi* conficiendus a *Patriarcha* (sic) in sabbato *Lazari* ante Dominicam Palmarum, ut ibi legitur in fol. 135. v. Ex quibus paucis illud etiam coniicies rituum, rubricarumque magnam segetem colligi posse, nec non Commemorationum *Sanctorum* mirum sane numerum, quas in aliis Menologiis vix invenies. In die I. Nov. adnotantur quædam de SS. Cosma et Damiano.

CODEX VIGESIMUS TERTIUS

A. β. VI.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI, foliis constans 193, metri longit. 0, 23, latitud. 0, 17, marginibus iampridem corrosus, sed postea restauratus. Charactere, uti tachygraphico, non male composito, nitidoque exscriptus grandiores literas multicolores vermiculatas habet, non sine elegantia. Ratio scribendi universa ineuntem, ut ita dicam, præsefert stylum sæculorum XI. et XIII, quibus optimi Cryptæferratae extitere calligraphi.

Est *Epistolarium* incipiens ab Actibus Apostolorum, quos pone subsequuntur epistolae hoc ordine Jacobi, Petri, Joannis et Judae, quibus tamen aliquid deesse conspexi.

Hisce subnectitur Martyrium b. Pauli eiusdemque epocha ex Euthalio, non tamen Euthalii. Quinimo inde subsequens indicatio temporis ne ex eius penu quidem auctor mutuatur, sed ex alio, nisi res ipsius calligraphi sit: in quo illud etiam miror narrationem plus tribus lacunis studio intercipi.

Post haec incipiunt Euthaliana breviora argumenta in XIV. Epistolas S. Apostoli, quae mox excipit prolixius aliud in Ep. ad Romanos. Series inde assurgit epistolarum scilicet post eam, quae ad eosdem data est, quae binae ad Corinthios, tum quae Galatis, Ephesiis, Philippensibus, Colossensibus, Thessalonicensibus, Hebraeis, quae duae Timotheo scriptae sunt, integrae fere omnes. Huic vero proxima ad Titum epistola paullo post initium desinit, Codice nobis deficiente in pag. versa folii 193, vetustate temporis labefactata. Sunt autem hae omnes epistolae, uti etiam Actus Apostolorum, accomodatae lectionibus, itemque divisae.

Eadem sane manu, sed negligentiori et, uti suspicor, exscriptis iam antea epistolis, praefixum fuit Codici *Menologium*, sed in mutilo Cod. apparet a d. XXIV. Septembris et prosequitur, nisi quod media quædam desunt, ad Augustum usque integrum mensem. Commode conferri posset cum ceteris Kalendariis CPnis supra relatis.

Hoc super Cod. digna est quae posteris tradatur observatio, inde deducta, Toscani nostri, qui in compacta initio chartacea pagella ita animadvertit: « *Pertinuisse* (Codicem) *ad hoc Monasterium ostendit dies XVII. Decembris, ubi Epistola et Evangelium sunt τῶν ἐγκαινίων sed προκείμενα et ἀλλήλ. plurium sanctorum. Quoniam ad diem XI. Novembris nihil habetur de S. Bartholomaeo, aetas huius Codicis non est posterior saec. XI.*

Et revera ad diem XVII. mensis Decembris, etsi folio aliquid desit, quocum scripturae paullulum interiit, tamen conspici potest quod memoriae S. Danielis prophetae et trium Puerorum componitur in Missa commemoratio Ecclesiae nostrae Cryptoferratensis *dedicationis*, de qua in superiore Codice loquuti sumus. Verum, cum forte nuper facta esset consecratio, praescribitur *Troparium* Danielis dumtaxat: Μεγάλα τὰ τῆς πίστεως... *Procimena* vero sunt: Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ... Εν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν κύριον. *Epistola* vero eadem est atque supra vidimus; sed *Evangelii* lectio citatur, quam superius Matutino constituitur.

Ex hoc igitur, quod heic nihil de Matutino constituatur, et Missa *dedicationis* non omnino sit sollemnitati accomodata, mihi persuasum est quod Cod. iste superiorem aetate nonnihil antecellat, scilicet exaratus, antequam S. Barptolomaeus abbas Officium et Missam, uti postea factum est, composuisset. Quapropter ibi pagella angulo cæsa dubitationem ingerit, an *Encœniorum* commemoratio, quæ nulla apparet in contextu, ad oras marginis, uti in Cod. superiori, extitisset.

CODEX VIGESIMUS QUARTUS

A. β. VII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI, folia 64 excipiens metri longit. 0, 15, latitudinis 0, 12, mutilus principio et fine. Grandiores quidem literae praeseferunt sin minus manum, saltem eamdem scholam calligraphiæ atque eae in Cod. praccedenti; sed parvae sunt paullo illis minores.

Habet sacrum *Epistolarium* incip. a fer. III. hebdomadae VI. post Pascha in omnes dies usque ad Pentecosten, inde autem in Sabbata tantum et dies Dominicas. Eadem ratione tribuuntur Evangelii lectiones atque in Cod. A. α. X; sed maxima inest lacuna, quaternione deperdito, a Sab. XI. ad XXI. post Pentecosten.

Pone Epistolarium mox incipit Menologii *Eclogadium* pro iis dumtaxat Sanctorum adnotandis memoriis, quibus Missae propriae praescribuntur; cuiusmodi est festum S. Joannis *jejunatoris* ad d. II. Septembris. Deficit Menologium cum Epist. in d. XVII. Decembris, fol. extremo, cuius pagella versa diverso charactere exaratur.

CODEX VIGESIMUS QUINTUS

A. β. VIII.

Cod. ms. membran. graecus saeculi XII. vel XIII, compactus imparibus membranarum laciniis 127, plerisque metri longitud. 0, 16,

latitud. 0, 12, mutilus fine et principio, cui desunt 4 quaterniones: scriptus charactere pessimae notae, et pluribus locis madore plane deleto. Scatet autem ubique mendis, et idcirco opportunissimus est, ut quis comparationes de recta Graecorum pronuntiatione ibi instituere possit.

Sacrum *Epistolarium* habet, quod incipit ab inchoata ep. de Actibus Apostolorum (VIII. 26) in fer. V. hebdomadae III. post Pascha. Notantur saepissime προκείμενα et στίχοι. Desinit autem in Epistola ad Hebr. (cap. XI. v. 38), quae habetur pro festo SS. *Patrum*, Dominica proxima ante Christi Nativitatem.

Proinde, uti patet, absolutis Epistolis infra annum legendis, Codex habet eam *Menologii* partem, quae inter diem I. Septembris atque illam *Patrum* festivitatem inest, exacta primum die XVII. Decembris.

ANIMADVERSIONES

In Dominica τοῦ Τυροφάγου, quam Latinis nuncupant in *Quinquagesima* hæc præcipua memoria habetur: Μνήμη τῶν ἁγίων ἀρχιεπισκόπων Φλαβιανοῦ ΚΙΙ. καὶ Λέοντος Ρώμης, καὶ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων ἡμῶν Μαρκιανοῦ καὶ Πλευχερίας (sic). *Memoria SS. archiepiscoporum Flaviani CP. et Leonis Romæ, nec non piorum regum nostrorum Marciani et Pulcheriae.*

Ad. diem XVII. Novembris memoriæ *S. Matthaei* Evang. in margine superiori fit hæc recentior additio: Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιζ' τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν Λαυερη (sic). *Eodem mense* (die) 17 *S. P. N. Lavere* vel *Laberi*. Porro qui sit iste sanctus pater, videat studiosus lector: nobis retulisse sat est; martyres enim huius nominis diebus VI. et X. Maii (Bolland. Acta SS.) novimus, *confessor* vero nos plane latet.

Codicis scriptor eruitur ex hac epigraphe in modum crucis conscripta, cuius hasta verticalis habet: σωσον με χριστε. *Salvum me fac Christe*, et orizontalis: και ελεησον με τον τλημονα. *Et miserere mei miseri*. Sub huius partem sinistram videtur inscriptum: σος αρσενιος ο αναξιος νοτοχ. *Tuus Arsenius indignus*..

Fol. 57 ad marg. infer scribitur: *Iste est liber ecclesie sancti Angeli de Davar*. Prius scriptum erat *Depar*.

At quamvis malus sit iste scriba, codicem tamen multis quidem de causis, maxime vero propter Menologium pluris, quam rudis species exhibeat, faciendum esse omnino arbitramur.

CODEX VIGESIMUS SEXTUS

A. β. IX.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XII. constans foliis 104, metri longit. pl. m. 0, 15, latitud. 0, 11, mutilus fine tantum, nisi quod pagina prima extat valde lacerata: pulchro autem minutoque charactere et atramento dumtaxat exaratus.

Titulus Codicis, quantulus adhuc conspiciatur, est *Eclogadium* Epistolarii ex Actibus Apostolorum in universum *Pentecostarium*, a die scilicet S. Paschatis ad Pentecosten: a qua festivitate ad Sabbatum maioris hebdomadæ exscribuntur ex reliquis Apostolorum epi-

stolis lectiones tantum pro sabbatis atque Dominicis. Verum ubivis oporteat, adduntur etiam προκείμενα et στίχοι in Missis. Notulis insuper crebris marginalibus textus ipse vel suppletur, vel declaratur.

Denique Epistolario absoluto suffigitur *Menologium*, quod infortunio deficit cum Codice in die IX. Novembris. Quæ tamen reliquiæ mihi sunt plurimi faciendæ, cum ibi et copiosiores et præstantiores Sanctorum commemorationes occurrant.

ANIMADVERSIONES

Ad diem XXV. Septembris hoc festum inscribitur: Ο ἀσπασμὸς τῆς ἁγ. θεοτόκου καὶ Ἐλισάβετ scilicet, *Salutatio S. Deiparæ et Elisabeth;* quam cum nonnisi in Visitatione factam esse sciamus, festum istud recidit in illud, quod a Bonifacio IX. postea constitutum testatur Baronius (Martyrol. cum Notis d. II. Julii), nempe *Visitatio S. Deiparae ad Elisabeth*. Porro isti commemorationi, quæ in hoc et in Cod. superiori A. β. VI, apud Græcos ostenditur, vetustatis testimonium quoddam facere videtur oratio Jacobi Monachi e Monasterio *Coccinobaphi* in eamdem festivitatem (Confer. cl. BALLERINI Sylloge monumentor. ad myster. Concept. Immacul. P. II. p. 471.).

Ceterum, quod coniici potest, *Menologium* nostrum, si quam varietatem excipias, eamdem præsefert notam, ut CPnum iudicetur, atque illud superius relatum in Cod. A. β. IV; at certe quidem Orientale est. Duos enim vel paullo plus intra menses nomina refert plurium Patriarcharum CP. quos una die XIX. Octobris commemorat, quotquot (catholici) extitere. Demum die V. eiusd. mensis post SS. mm. *Mamelchtham* et *Charitinam* mentio fit etiam *Justini* regis, Ἰουστίνου βασιλέως, illum quippe existimo, qui pietate præstantissimus CP. regnavit ab anno 518 ad annum 527 (Petavius Rationar. tempp.), quem quisque æquius quam Justinianum I. in Sanctos referri patietur.

CODEX VIGESIMUS SEPTIMUS

A. β. X.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XIII. (?) constans e fragmentis duobus, foliis omnino 16, longitud. metri 0, 16, latitud. fere 0, 13, bono sed minuto charactere, siglis notisque referto.

Quidquid restat de *Eclogadio* in Epistolarium, protenditur a die X. ad XV. Novembris mensis, deinde a die VII. aut VIII. Januarii ad II. Maii, sed infra a die III. ad X. mensis Martii folium unum decerptum est.

ANIMADVERSIONES

Vere lamentanda est quæ huic Eclogadio calamitas evenit, quoniam ex eius residuis, multa Sanctorum nomina reperies, quæ alibi frustra quæsieris. Sub d. X. Nov. e vestigio offendimus in *Theodosium magnum regem*, scil. Imp. (Cfr. Martinov. An. græco-slav.) Aliquot etiam referuntur SS. Rom. Pontifices. Die XXI. Januarii componitur memoria *S Agnetis* cum *S. Neophyto M.* Die XXII. Martii recolitur ὁμολογία Ἀκακίου ἐπισκόπου, cuius mentio in Menologio Basiliano fit sub d. XXIX. h. m. cum titulo, Ἀκακίου ὁμολογητοῦ: *Acacii confessoris*, qui ad Decium Imp. apologiam habuit de Religione Christiana, ac multa ob eius causam, præter mortem, patienter ad sanguinem usque sustinuit.

CODEX VIGESIMUS OCTAVUS

A. β. XI.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI. habens folia 191. longitud. m. 0, 29, latitud. 0, 22, binis columnis, charactere rotundo et aperto, atramento iampridem flavescente literas parvas, at cinnabari exaratus grandiores, admodum similes iis, quae insunt in Cod. A. β. V.

Continet *Epistolarium* per cunctas anni periodos divisum; sed initio mutilum incipit ab *Epistola* in fer. V. hebdom. V. post Pascha, et ordinatim procedit usque ad sabbatum hebdomadae maioris. Modulationes cantus reguntur signis rubris, scripturae perpetuo impositis. Sequitur continuo *Menologium* a die I. Septembris ad XII. Junii, in qua deficit; sed lacuna intercipit multa inter primum et alterum anni ecclesiastici mensem.

ANIMADVERSIONES

Codici hinc inde serius compacta sunt folia eiusdem dimensionis, quæ habent *Contacia* cum notis musicis, exscripta, uti videtur, sæc. XII. vel XIII, septem omnino, quibus subest palimpsestum *unciale* ultimæ ætatis, binis columnis rem Patristicam excipiens. De hoc acturi sumus in Codice B. α. LV. et in Cod. E. β. VII.

Item e Patrum sermonibus habentur membranacea segmenta, quibus Cod. passim restitutus est, literis uncialibus optimæ notæ exarata, ibi exhibentia inscriptionem rubram: τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀποτ... alibi vera περὶ ἀνυποµονησίας (de intolerantia).

Porro adiectiones istæ opus videntur eius qui librum ætate superiore compegit, ita se subscribens in marg. fol. 4: *A dì* 17 *aplij* 1579 *fui ligatu lo pnti libro p. mano da mi fr. pietº. yaconissa*, eius scilicet qui Cod. Δ. α. VII. conscripsit.

CODEX VIGESIMUS NONUS

A. γ. I.

Cod. ms. membran. graec. saec. X, constans foliis 217, metri longitud. 0, 26, latitud. 0, 20, duplici columna exaratus et optimae sane notæ. Character enim minutus, bene compositus et nitidus, illud omnino calligraphiae genus prae se fert, quo Nilus pater, Neophytus, aliique e nostris per ea tempora in Calabria, Campania, Latioque utebantur scriptores.

Plures ex Veteri Testamento complectitur libros hoc proprio ordine: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, et *Jesus Nave*, cuius liber deficit inexpletus in illis: καὶ συνάψει ἐπὶ Δαβαστὲ εἰς τὴν φάραγγα vers. 11 cap. XIX, deficientibus proinde ceteris capitibus. Excipit inde *Jesum* liber Esther integer. Pone sequitur *Tobias* et *Judith*,

cuius liber deficit in iis verbis: Κύριε, μέγας εἶ καὶ ἔνδοξος θαυμαστὸς. v. 16 capitis ultimi. De libro *Iudicum* supersunt omnino tantum duo versiculi extremi: καὶ ἐποίησαν οὕτως οἱ υἱοὶ Βενιαμὶν.. ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐποίει. Frustulum hoc excipit liber Ruth, sed inde apographon pretiosissimum deficit cum hisce verbis: ὅτι ἐπικράνθη ἐν ἐμοὶ ὁ ἱκανὸς σφόδρα. vers. 20. capitis I.

ANIMADVERSIONES

Serior manus atramento quidem adnotavit in margine numeros capitulorum, quos altera, ut arbitror, minio restituit.

Ast prior calligraphus marte suo sacrum textum notis marginalibus ditavit, quarum aliquam nos mutuati sumus in nostro Op. « *Le Glorie di S. Gioacchino secondo i Padri d' Oriente* » p. 131.

Quantum vero Codex hic sit praestans, testatur cl. Parsons qui eum contulit in Editione Veteris Testamenti, quam a Rob. Holmes inchoatam ipse continuavit, atque absolvit Oxonii anno 1727. Qui vero fuerit collator accipe ex iis quæ in folio chartaceo præfixo scripta habentur: *Codex biblicus Anonymus sæculi IX. circiter. Complectitur Pentateuchum, libros Jesu Nave non integros, deficientibus cap. XIX, XX, XXI, XXII, XXIII, XXIV; Esther, Tobit, Judith, deficientibus tamen integris duobus capitibus IX. et X, exstante principio capitis VIII. sine reliquis illius capitis, et habet principium Ruth. Recensuit pro Academia Oxoniensi an.* 1792, *mensibus Octobris et Novembris Bernardus Stephanopolus.*

Sed tamen Anonymum scriptorem recognoscere visus est Toscanius noster, qui super scribendi ratione hæc animadvertit: « Χαρακτὴρ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νείλου πολὺ ὅμοιος, nempe: *Character valde similis S. P. N. Nili.* Proinde hisce subscripsit « *Videtur sæc. X,* » quam sententiam ultra nos amplexi sumus, nisi quod nos characterem scholæ calligraphicæ S. Patris potius quam ipsi magistro tribuendum censemus, ut apparet ex huiusmodi libris.

CODEX TRIGESIMUS

A. γ. II.

Cod. ms. membran. græc. latinus sæculi XIII. exeuntis, constans foliis 366, m. longitud. 0, 26, latitud. 0, 17. Quaterniones vero græce adnumerati, sunt omnino tres et quadraginta. Porro Codex inter nostrae Bibliothecae pulchriores et pretiosiores tum characterum mira varietate et forma, tum ornatuum elegantia, tum maxime iis, quae inibi continentur, habetur insignis.

Igitur horum praecipuum est *Psalterium* universum graeco-latinum, latinum quidem quinque libris divisum, graecum autem *cathismatibus* seu sessionibus. Est duplici columna, scilicet inde graeca hinc latina exaratum, graecis bonis quidem literis, latinis autem, quas dicunt Gothicas. Duplici hoc charactere, sed perquam minuto et quidem certe elegantissimo, *Psalmi* instruuntur explanatione marginali, pauciores quidem graeca et latina, scilicet ad psalmum usque LXXVII, plerique vero latina tantum, psalmo nempe LXXVII. absoluto, ad nonnullos denique in fine psalmos omnino prætermissa.

Iamvero psalmorum textus graecus est iuxta LXX. Interpretes, sed latinus iuxta *Vulgatam*, quae dicitur, editionem. Interpretatio vero latina ea est, quae vulgo sub nomine Hieronymi circumfertur. Graeca autem est *catena* quaedam Patrum nostrorum, nempe Athanasii, Basilii, Chrysostomi, Cyrilli, Didymi, Dionysii, Ephraem, Hesychii, Gregorii Nazianzeni seu *Theologi*, Gregorii Nysseni, Isidori, Maximi ab., Nicetae, Nili Sinaitae, Origenis et cuiusdam *anonymi*, ut arbitror, recentioris interpretis. Psalterio *canonico* mox subnectitur psalmus ille adscititius super internecione Goliath, qui habetur etiam in Cod. Bibl. Vat. edito a Vercellone et Cozza tom. III, qui hîc inscribitur ex more, graece tantum: Οὗτος ὁ ψαλμὸς ἰδιόγραφος ἐστὶ τῷ Δαβὶδ, καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν PN. *Psalmus hic est Davidis propria manu scriptus, et est extra supputationem CL.* psalmorum.

Pone psalterium sequuntur Odæ X, quas Graeci interponunt hymnis Sanctorum. Porro eaedem sunt atque in nostro Codice, videlicet uti inscribi solent, *Canticum Moysis* in *Exodo* (cap. XV.), *Ode Moysis ex Deuteronomio* (cap. XXXII.), *Oratio Annae, matris Samuelis* (I. Reg. II.), *Ode Abbacuch prophetae* (cap. III.), *Isaiae deprecatio* (cap. XXVII.), *Jonae oratio* (cap. II.), *Deprecatio trium puerorum* (Dan. III.), Ode *Magnificat* (Luc. I.), *Canticum Zachariae* (Luc. I.). At in his Odis intercipiuntur latini versiculi, qui desunt in Vulgata versione, quamvis exstent in interpretatione LXX.

Continuo excipiunt odas Oratio *dominica* græce tantum inscripta: Διδασκαλία τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, nempe *Doctrina D. N. I. C.* et Symbolum (Apostolicum) ad cuius voces τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορευόμενον: *qui a Patre filioque procedit*, illud καὶ υἱοῦ erasum fuit primo, deinde alia manu restitutum. Sequitur symbolum *Athanasianum*, τὸ *Gloria in excelsis Deo* et *Te Deum*, utrumque canticum graeca versione donatum, quorum alterum male inscribitur graece et latine ᾠδὴ Ζαχαρίου: *Canticum Zachariæ*.

Postremo Psalterio præponitur dissertatio graeca de Psalmis, ipsi autem dissertationi *Menologium* a Septembre ad Augustum plane absolutum. Huic subsequuntur tabulae de computo *Paschali*, de quibus postea agemus.

ANIMADVERSIONES

Cum hactenus de Cod. universo egerimus, non prætereunda existimo quædam minoris momenti.

In Psalmo CXLIV. calligraphus ad marginem adnotat super illis: ***Regnum tuum regnum omnium sanctorum*** (sic) (tamquam pro ***virginum***, ut habet textus Hebraicus.) Ενθάδε ἔχευσιν ἀπόκρυφον οἱ Ιουδαῖοι τὸ νευμ, διὰ τὸ προσαγορεύειν αὐτοῖς ωτῶσιν, καὶ τὴν τῆς παρθένου μαρίας ἀνάςασιν καὶ κυριότητα, ὡς περιέχει ἐν τῷ ἑβραϊκῷ τούτῳ ςίχῳ.

Νιπευελὰ βιλοθεσὶφ κευμ βεθευλαρ ισραήλ. « Πεσεῖται καὶ οὐ μὴ προσθήσει· ἐγειραι, παρθένε Ισραήλ. »

Ἔχουσι δὲ τοῦτον τὸν στίχον γεγραμμένον ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς τῶν καρπῶν εὐλογίας, ὅ κα-

λεῦσι ββεραχοθ, εἰγοῦν βίβλος εὐλογίας. *Hoc in loco latet Judæos τὸ Num* (litera), *quod ipsis nunciet excidium, et resurrectionem ac veritatem Mariæ virginis, quemadmodum excipitur in hoc hebraico versu.*

« Cadet et non adiiciet, surge virgo Israël. »

Habent autem hunc versum scriptum in libro « Benedictionis fructuum,» *quem dicunt* « Beracoth » *scilicet liber benedictionis.* »

Est autem Beracoth primus ex libris seu ordinum capitulis in quæ dividitur Rabbinorum Thalmud.

Fol. 349. Absolvit Psalterium calligraphus hoc rhithmo: Ο γράψας γραψάτω, ἀεὶ ἐν κυρίῳ ϛησάτω. *Qui scripsit scribat; semper cum Domino vivat.*

Fol. 465. v. Ad calcem paginæ legitur hic alius latinus rhithmus: *Laus tibi sit Christe, Quoniam liber explicit iste.*

Fol. 366. Codici compactum habetur græce et latine in columna *Symbolum SS. Apostolorum*, uti vulgo compendiose recitari solet, cuius unicuique articulo nomen unius Apostoli marginaliter præfigitur, nempe *Petrus, Andreas, Jacobus* et deinceps. Calligraphus hic posterior exscripsit ista anno Domini 1423, quod patet ex subobscura hac inscriptione.

Anno Domini MCCCCXXIII. epact... XVIII.

Extranea usui prorsus videtur haec hybrida inscriptio, verbis quidem italicis, literis autem græcis pessime exarata ad calcem huiusce folii 366. v. Εω μη βη πρεγου πατρε πρε λα μαδρη δε δευ κη μη... βη. πιαρρηκευμανδατατ... Εγὼ φρατε βαρθελωμεους δε συληα δε κατατζαρηὼ... *Eo mi vi pregu, patre, pre* (*per*) *la madri de Deu chi mi.. arricumandate..... Ego frate Bartolomæus de Sylia de Catazario filius de.....* Hæc duo novissima verba deleta sunt, quod autem pone sequitur, est ita magis, ut legi non possit.

Porro iste fuit quidam e nostris Monachis, qui per eam ætatem *fratres* promiscue dicebantur. *Asylia* quæ nunc *Sellia* est castrum *Catazaro* finitimum. Ex *Barrio* demum cum *Aceti* (De antiquit. Calabriæ) accipies multas *Catazari*, italice *Catanzaro*, corruptiones.

Quod superius indicavimus tantum ex palæographia ætatem Codicis, ut pertineat ad sæc. XIII. firmatur inde etiam fortassis, ubi in Prolegomenis ad Psalterium disserens Calligraphus περὶ τοῦ κύκλου ἡλίου: *de circulo solis*, exemplum inserit ad reperiendum cyclum solis pro illo, quo scribebat, anno. Porro ait τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη εἰσὶν νῦν ϛψυ': *a mundi creatione anni sunt in præsens VIMDCCXC.* Jam vero si hisce deducantur 5508, ætas qua iuxta Græcos Christus natus esse perhibetur, reperietur annum tum recurrisse a Christi nativitate MCCLXXXII.

CODEX TRIGESIMUS PRIMUS

A. γ. III.

Cod. ms. membran graec. PALIMPSESTUS, duplicis nempe scripturae, alterius quidem *uncialis*, alterius autem *ligatae*, quae pertinet ad an. R. S. 1225. Ex hac parte Cod. *Psalticum* dicitur; rejiciendum propterea in seriem *liturgicam* sub. lit. Γ. γ. V. ibique de illius dimensione et statu dicemus. At qua Codex uncialis est, pauca complectar ex iis, quae edidit cl. p. Cozza (Sacror. Biblior. vetustissima fragmenta P. I. p. 313 - 322, Romæ 1867.) in *Monito*:

« Liber iste maximo charactere unciali descriptus fuit, et in duplicem columnam unaquaeque pagina divisa est, lineae autem una et viginti fere semper numerantur. Tituli lectionum adhuc minio decorati apparent, et initiales litterae ornamentis insignes maiori calligraphi studio expressae visuntur. Aetatem vero huius scriptionis si quis cupiat definire, infra finem octavi decimique saeculi, ut sese contineat,

ab ipsa palæographia edocetur: characteres enim nostri codicis illi persimiles sunt, qui in codicibus illius aetatis exhibentur. Quin etiam hæc litterarum forma quam proxime accedit ad characteres Slavonicos quos Cyrillicos appellant.» His praeiactis,

In folio 111 iuxta Cod. supputationem apparent fragmenta libri *Geneseos* cap. XXVIII. vers. 11-17, et *Ezechielis* cap. XLIII. v. 27—XLIV, v. 1.

Fol. 100 fragm. lib. *Exodi* c. XV. v. 28-19—III. v. 8-15, et III. *Regnorum* c. XVII. 8-10.

Fol. 103 fragm. *Isaiæ* c. XLII. v. 4-5, *Geneseos* c. XXII. 1, ac rursus *Isaiae* c. XLI, v. 1-10,—XLII. 4.

Fol. 108 fragm. *Danielis* c. III. v. 13-24. Porro ista sunt laciniae *Lectionarii* in praecipuas dominicas festivitates.

CODEX TRIGESIMUS SECUNDUS

Α. γ. IV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 290, m. longitud. 0, 16, latitud. 0, 11, characterem habens bene compositum et nitidum.

Continet *Psalterium* cum *Odis;* at psalterio, si quid aliud infra, desunt primi viginti psalmi, vigesimus primus autem apparet a vers. 10; Odarum vero deperditæ sunt fere quinque, quinta autem desinit ad vers. 15. Psalmis absolutis subnectitur ille qui dicitur ἰδιόγραφος, sicut in superiori Cod. adnotavimus.

Psalterium de more tribuitur in *Cathismata,* versiculi autem in *stichos* et *hemistichos,* nisi quod illis appingitur capitalis litera ex sandaracha, his contra ex atramento: porro ea est partitio, quae in editionibus notatur tantum asterisco.

Characteris nota auctorem praesefert monachum Carbonensem, eum qui Codices Δ. α. XIX. et XXI. item praeclare exarabat.

CODEX TRIGESIMUS TERTIUS

Α. γ. V.

Cod. ms. membran. græcus sæculi XII, constans foliis 91, uno vel altero exscisso, metri longitud. 0, 20, latitud. 0, 15, bonam exhibens scripturam, alicubi non belle restauratam.

Psalterium non integrum, nam et initio desunt usque ad illa verba τοῖς νηπίοις αὐτῶν. v. 14 ps. XVI, in fine vero ab istis Παρεδόθην καὶ οὐκ ἐξεπορευόμην. v. 9 ps. LXXXVII. deficit. Numeris notantur *cathismata* seu sessiones, nec non series psalmorum, *stichi* et *hemistichi* dividuntur literis grandioribus, persaepe versa linea, quandoque continua exscripti: quam multis psalmis præfigitur titulus, aliquot etiam in fine versuum supputatio subnectitur.

ANIMADVERSIONES

In superiore margine folii 66. literis græcis hæc leguntur, si bene deprehendam: *Isti vonnu chistu psalmu addiri onni matinu perchi non vedirane (anna) rapena alluferno.* Porro hæc scribuntur super ps. LXVIII, qui in vers. 16 habet: *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum; neque urgeat super me puteus os suum.* At vero voces illæ *hominem siculum sonant*, ex quo non male coniicies psalterium hoc e Sicilia huc nobis tot cum aliis appulisse, nam vulgarem dialectum gentis verba referunt.

CODEX TRIGESIMUS QUARTUS

A. γ. VI.

Cod. ms. membran. graecus saec. X, constans foliis 111, metri longit. fere 0, 20, latitud. pl. 0, 15, mutilus principio et fine. Bonum sese praebet ac diligentem calligraphus, grandiores literas exarat nigris lineolis colore vario suffusis, rubro scilicet, viridi aut flavo; maiora autem versuum principia literis orditur multo grandioribus. Typum omnia exhibent Nili patris calligraphicæ scholæ.

Complectitur *Psalterium*, quod nunc incipit a ver. 5 psalmi VIII. et desinit in epigraphen psalmi LXXVII. Versiculis autem et *hemistichis* interponitur explanatio vel ex Athanasio mutuata, aut alio interprete, quem divinari non possumus, nisi fortasse sit idem calligraphus, qui vel ex suo vel ex alieno penu, ut fieri sæpe solet, imminuto, ita commentarium perpetuum conficere potuit. Porro Athanasiana interpretatio eadem est, quam cl. Antonellius ex Augustana Bibliotheca, tum primum ab Andrea Schotto S. I. erutam, vulgavit Romæ anno 1746.

At super his illud miror, quod cum interpretationes breviores sint, et Codex illas, ut diximus, nunc praebeat a psalmo VIII, primus autem omnium ex iis qui restent, quaternio sit nonus iuxta seriem graece antiquitus notatam, in superioribus octo deperditis plura excipienda erant, eaque forte crediderim, quae supra descriptus Cod. A γ. II. psalmorum explanationi præmittit.

CODEX TRIGESIMUS QUINTUS

A. γ. VII.

Cod. ms. membran. graecus saeculi XIV. constans foliis 173, longit. m. 0, 26, latitud. m. 0, 19 integer, sed ex usu aliquid passus, postea restauratus, characterem habet rectum, oblongum, apertum, diligentissime exaratum, grandiores praesertim literas affabre ductas ex variis coloribus, quarum plurium formam attinges ex tabula alphabetica Placentinii nostri (*Palæogr. græc. epitome*).

Psalterium reperis in Cod. cuius pagellæ primæ frons mæandro decorata exhibet titulum: *ἀρχὴ σὺν θεῷ ψαλτήριον· ὄργανον θείων ᾀσμάτων. Cum Deo principium: Psalterium, cantuum divinorum organum.*

Omnibus psalmis, si quem habeant, praetexitur titulus e minio, singulis versiculis linea scripturae vertitur, et grandiusculis literis inchoantur, multo vero grandioribus psalmi. Quo vero ordine psalterium constet, accipe ex subnexis verbis, quae græca latine reddam: *Omnino sunt cathismata XX: Doxæ LX: psalmi prorsus CL.*

Pone additur psalm. Μικρὸς ἤμην. *Parvus eram,* ad cuius calcem scriptor graece adnotat: *Psalmus hic est ἰδιόγραφος Davidis, et extra numerum CL. psalmorum;* tum appingitur titulus, nempe: *Quando singulari cartamine pugnabat cum Goliath.*

Inde exordiuntur *Odæ X. psalterii,* quas Graeci cum hymnis matutinis componunt. Odas autem excipiunt quaedam *troparia,* seu cantus rhythmici, tum demum alia manu exscribitur *Symbolum Apostolicum,* aliæque preces, quibus nonnihil deest, uno vel altero tantum folio detracto.

ANIMADVERSIONES

Ad calcem fol. 152. proditur nomen, status et ætas scriptoris hac inscriptione: Ἐγράφη τὸ παρὸν ψαλτ. διὰ χειρὸς ἱερομονάχου νήφων συκελοῦ κρατὸς βαθείας δεμ... μοναχοῦ τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν Νικολάου τοῦ ἐλαφηκοῦ ἐν ἔτει ,ϛωλζ'. τῆς ἰνδιωκτ. Οἱ ἀναγινώσκοντες διὰ τὸν κύριον εὔχεσθε καὶ μὴ καταρᾶσθε ὅτι ὁ γράφων παραγράφει. *Præsens psalterium scriptum est manu monachi sacerdotis Niphonis Siculi Capitis imi* (di Capo-basso).... *monachi S. Nicolai Elafici, an.* 6837 (1329), *Indictione XII. Qui legitis* (oro) *per Dominum precamini et ne maledictis lacessatis, quoniam qui scribit errat.*

Porro hoc Monasterium S. Nicolai, dicitur a Rocho Pirro, qui eius historiam persequitur (Sicil. Sacr. t. II. p. 1053. edit. Panorm 1733.), conditum fuisse a Rogerio Comite an. 1099 prope civitatem *Raccudia* in loco dicto *de Ficu,* unde etiam vulgo dicebatur *De la Ficò,* ex quo calligraphus designavit sub nomine Nicolai *Elaficù.*

Idem ad calc. fol. v. 172. Δόξα τῷ θεῷ τῷ πληροῦντι τὰ πάντα. *Gloria Deo qui omnia replet (* seu *perficit)*; nam ipse tum ibi Codicem absolvit.

In *apostolico symbolo* prima manus scripsit *τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον: qui a patre procedit*; correxit altera et addidit *καὶ υἱοῦ: filioque* (Vid. Cod. Γ. γ. II.).

CODEX TRIGESIMUS SEXTUS

A. γ. VIII.

Cod. ms. membran. græcus sæculi XII, foliis compactus, si nova inducta non excipias, omnino 164, metri longit. 0, 24, latitud. 0, 18, optimae sane notae, eadem sin minus manu exaratus, at certe quidem ex eadem officina proditus, qua superior Codex A. γ. VI, nisi quod characteres hîc pro maiori paginarum extensione grandiores sunt. At cum diuturno et maximo usu nonnulla folia interirent, aliquot alia suffecta sunt, et exscripta uno vel altero post elapso sæculo. Porro ex his cum tria ex volumine quodam *Liturgico*, de quo alibi dicendum erit, decerpta essent, nobis visum est rei pretio dignum, si ex Codice rursus detraherentur.

In hoc igitur *Psalterium* habetur principio tantum et fine deficiens; incipit enim a vers. primo exeunte psalmi V, desinit vero in versiculo 8 ineunte psalmi CXXXVII. Cuique psalmo præfigitur titulus, numerus autem in margine, quacumque vero recurrat, interponitur vox διάψαλμα,*diapsalma*, quae cuncta sandaracino colore notantur.

Postremo in fronte fol. 150, quod excipit *stationem* II. psalmi CXVIII. emortualis, serius exscribitur *Contacium* de Mortuis: Τὴν πολυτάραχον θάλασσαν τοῦ βίου διαδραμόντες. κ. τ. λ. *Dum valde huiusce vitæ turbulentum percurrimus mare.* etc.

CODEX TRIGESIMUS SEPTIMUS

A. γ. IX.

Cod. ms. membran. græcus, quem alius sæc. VIII. tribuit, nos autem potius sæc. X, spissus foliis 66, metri longitud. 0, 12, latitud. pl. 0, 9. Initio et fine, imo et mediis pluribus mutilus, et bibliopegæ incuria suo ordine turbatus. Olim elegans erat, ut qui literas minutas quidem neque incompositas habet, grandiores vero tum si formam, cum si coloris genus consideres, valde similes iis, quas exhibet Cod. B. β. I, qui certo certius ad eam aetatem pertinet.

Est *Psalterii* fragmentum complectens psalmos fere 87, scilicet a ps. XXXI. desinente ad ps. CXVIII. qui habet tantum versiculos quindecim, quot nempe insunt inter v. 39 et v. 54. Porro hi psalmi *cathismatibus* accomodantur. Initio cuiusque psalmi refertur titulus, et in fine supputantur versus.

CODEX TRIGESIMUS OCTAVUS

A. γ. X.

Cod. ms. membranac. graecus saec. XIII, constans foliis 58 m. longitud. fere 0, 27, latitud. 0, 17, exscriptus grandi charactere, connexo quidem at non male composito, cui quidem iam prae vetustate flavescenti in multis foliis atramentum rursus superinductum est.

Habetur *Psalterii* fragmentum, at qui continentur psalmi supputari possunt, siquidem foliorum ordo perversus est, a ps. LX. ad ps. CXXXVIII. mutilum, ni forte infra lacunae iaceant.

ANIMADVERSIONES

Fol. 43. habet in margine superiori *Contacium* Mortuorum, recentius exscriptum, sæc. XIV. Τὴν πολυτάραχον.. uti in Cod. A. γ. VIII.

Fol. 56. v. habet item in margine, adhuc eo serius inscriptam, τὴν ἐκφώνησιν seu *exclamationem* in *Deiparam*, quæ fit in psalmo CXXXV, qui a Græcis dicitur πολυέλεος, eo quod singulis versiculis appingitur additio illa: ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ΕΛΕΟΣ αὐτοῦ; *quoniam in sæculum misericordia eius* (Cfr. cl. Toscani « Animadv. in Typica Græc. » p. 19).

CODEX TRIGESIMUS NONUS

A. γ. XI.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, folia complectens 178, metri longitud. 0, 22, latitud. 0, 17, mutilus dumtaxat fine; characteris eadem forma ac fortasse manu exscriptus, qua Codd. A. γ. IV, A. γ. VIII, at prae istis quodam ornatu decoratus frontem folii primi, et centesimi octavi.

Psalterium est, deperditis aliquot quaternionibus, desinens in primo v. ps. CXVII. Deest praeterea ps. XIX finis et ps. XX initium. Cum prior calligraphus grandioribus literis tum *stichos* cum *hemistichos* eodem colore, nempe sandaracino, ductis distinxerit, posterior versus maiores alternis crucibus perpetuo notavit, qui forte idem evanescentes passim literas restituit.

CODEX QUADRAGESIMUS

A. γ. XII.

Cod. ms. bombycinus graecus saec. XVII ineuntis, constans foliis 123, m. longitud. 0, 46, latitud. 0, 34, grandi charactere sed nitido

exaratus, cuius initiales literae purpureis elegantissimis signis confectae sunt. Verum atramenti iniuria passim corrosus, et usu chorali margines aliquantulum labefactatus est.

Excipit *Psalterium* universum in *cathismata* seu *sessiones* de more distributum, quarum indicem primum folium exhibet. Titulos psalmorum habet suo quemque loco praefixum, cynnabari scriptum.

ANIMADVERSIONES

Inter ornamenta sane plurima, quibus psalmorum frontes præcipue decorantur, eminet illud quo iniens psalmus primus, folio autem altero, ornatur. Præter enim literam initialem multo magis cunctis ornatu præstantem, imago inest b. Virginis Filium ulnis complectentis, quos hinc inde SS. Nilus et Barptolomæus humi prostrati, iunctis manibus adorare exhibentur.

Prima omnium pagina non supputata, quippe quæ extet inexscripta, habet stemma Farnesianum Emi Odoardi, tum temporis Abbatis Commendatarii. Penultima aliud gentilitium antistitis cuiusdam stemma; ad quem porro illud spectet, subscriptio declarat:

HOC OPUS FIERI FECIT D. JOANNES CECIUS CIVITATIS TUSCULANÆ ET ABB. GENERALIS ORD. S. BASILII M.

Igitur Joannes Ceci Tusculanus dignitatem abbatialem inivit an. 1605, reliquit autem 1613.

E regione huius stemmatis inscriptio alia habetur, quam e græco idiomate interpretatam latine refero:

« *Psalterium hoc scripturæ traditum est a me humili hieromonacho D. Nicolao Frigano ex Itala: quod expletum fuit die quidem XXIX Septembris, anno autem ab Incarnatione Salvatoris N. J. C. millesimo sexcentesimo decimo secundo in Italensi Monasterio SS. Principum Apostolorum Petri et Pauli, in usum et proprietatem Monasterii quod nuncupatur Crypta Ferrata, iussu Rmi patris nostri Joannis a Tusculo, qui nunc cunctæ nostræ in Christo Fraternitatis S. Basilii Magni generalis Abbas exsistit.* »

CODEX QUADRAGESIMUS PRIMUS

A. γ. XIII.

Cod. ms. membranac. græcus saec. XII, constans foliis 134. m. longitud. 0, 19, latitud. pl. 0, 14. Ex eadem, ut arbitror, officina prodiit, atque codex A. γ. XI, verum hîc negligentiorem sese praestitit calligraphi manus. Grandiores quippe literae *stichis* et *hemistichis* praefixae, nec non psalmorum tituli et numeri, nam *Psalterium* est, sandaracha finguntur, calligraphia vero universa non multum abest ab ea, quam in superiori codice eiusque similibus ceteris alias deprehendimus.

At psalterium hoc mutilum est principio et fine, atque incipit a quaternione IV, cum nunc a vers. quinto ps. XXIV innotescat, in versu autem tertio psalmi CXXXVI, lacerato folio, lateat. In *cathismata* dividitur, quorum supputatio, uti etiam *Doxae*, in margine notatur.

CODEX QUADRAGESIMUS SECUNDUS

A. γ. XIV.

Cod. ms. bombycinus graecus saec. XV, spissus foliis 39, metri longitud. 0, 15, latitud. 0, 10, compactus ob restaurationem duobus foliis membranaceis, parvo charactere bene, grandiori eleganter exscriptus.

Psalterii fragmentum est; desinit enim in vers. 16 psal. CXXXIX, quae praeter nonnulla intra desiderantur. Deinde cum et tituli psalmorum et grandiores quaeque literae diluto colore confectae prorsus evanuerint, recentior calligraphus, neglectis titulis, minio plures literas restauravit, *stichos* crucibus item miniatis distinxit, psalmos marginalibus numeris tum graecis tum nostratibus supputavit.

ANIMADVERSIONES

Huic fragmento frustulum alterius Psalterii applicitum fuisse reperi, idemque bombycinum, quod multos versus habet ex Ode VIII. *Trium puerorum* scilicet a v. III. ad XVI. At, si coævo quidem, non certe eodem gauder calligrapho, quo codicis alia folia, tum exscribendi ratio, cum melior calligraphia suadent.

CODEX QUADRAGESIMUS TERTIUS

A. γ. XV.

Cod. ms. membran. sign. E. β. VII, folia scripta 190, excipiens m. longitud. 0, 30, latitud. 0, 22, praestantissimus PALIMPSESTUS, binam scriptionem, et tertiam usquam complectens. Recentior porro scriptura est sæculi XIII, et exarata sunt *Contacia et Œci*, liturgici quidam cantus, de quibus alibi suo loco sermo habendus erit. Altera quæ alicubi tantum existit et pertinet ad saec. VIII vel IX, excipit quaedam Patristica, quae item ad suam seriem reiicimus, omnium vero primissima, quae saeculum VII vel VIII attingit, illius generis est, quod *unciale* dicunt, eâque duabus columnis exscripta reperiuntur fragmenta biblica ex Veteri Testamento, de quibus unis ratio quædam nunc habenda est. Sed, cum ista iam Cozza noster typis ediderit an. 1867, ea nos in praesens quod satis sit, leviter attingimus.

Reliquiæ sunt igitur ex libris *Prophetarum;* scilicet Isaiæ omnibus plures prophetiae continentur ab initio ad vers. 6. capitis LVII.

Jeremiae quædam ex Capitibus XXV, LI et LII, e Threnorum vero duobus primis capitibus, nec non ex eiusdem epistola quaedam dumtaxat. Baruch prophetæ habentur ex capp. quatuor primis.

Ezechielis ex capp. VI, X, XI, XV, XVI, XVII, XXIII, XXIV, XXV, XXX, XXXI, XXXIX, XL, XLIV, XLVIII. Ex Daniele reperimus fragmenta historiae Susannae; at ex eius sermonibus quaedam tantum capitis I, III, VII, VIII, IX, XII. Oseas reliquias hîc habet cap. X, Amos dumtaxat cap. I, Sophonias capp. II, III, Aggaeus c. II, Zacharias capp. I, II, III, et IX ad XIV, Malachias denique priorum quatuor capitum. Alia huiusmodi in operis prædicti p. III. an. 1878 edita sunt. Fragmentorum vero sua cuiusque loca in codice minime retuli, dum enim cuncta iuxta compactionem Codicis turbata reperiuntur, in Editione tamen suo ordini reliquiae illae codicis foliis paginisque perpetuo citatis restituuntur.

Praeterea prophetiae Isaiae, at non supra caput XLVIII, prætexitur in margine superiore duplex latina interpretatio, altera scilicet ex Vulgata versione, altera vero græco textui magis inhaerens.

CODEX QUADRAGESIMUS QUARTUS

A. γ. XVI.

Cod. ms. chartaceus latinus sæc. XIX, constans foliis 31 longitud. metri fere 0, 26, latitud. 0, 19. Apographon est textus Isaiæ *latinus*, ut inest ad marginem Palimpsesti in Cod. E. β. VII, quod edidit Josephus Cozza. Deinde veniunt lectionis varietates inter utrumque textum et eius editiones. Confer tum quae ipse dixi in Cod. A. γ. XV, tum quae cl. editor in Praefat. operis p. III.

Eidem exemplari præcurrit hic titulus: « *Textus priorum* XLV *prope capitum prophetiae Isaiae, alter Vulgatæ editionis, alter literalis ex LXX, qui latebat in palimpsesto Codice C. IV Bibliothecae S. Mariae Cryptæ Ferratæ exscriptus ab Antonio hierodiacono eiusdem Monasterii.* »

ANIMADVERSIONES

Ita, nempe lit. C. IV, notabatur Codex iuxta vetustam recensionem, quæ adnotatio pessum ivit cum mutatis externis tabulis, novis leucophæa pelle contectis coopertus fuit, eodem accurante editore palimpsesti.

Opus autem apographi latini spectat ad anni 1863 æstatem ineuntem, editio vero, apud *librum* eiusdem Josephi Cozza *Sacrorum Bibliorum Fragmenta vetustissima*, spectat ad an. 1867.

CODEX QUADRAGESIMUS QUINTUS

A. δ. I.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, folia complectens 141, longit. m. 0, 17, latit. 0, 15, mutilus principio, cui quaternio unus deest,

et fine, cui fortasse plures. Membranae quidem crassiores, scriptura contra aequalis et nitida.

Complectitur *Lectiones* (ἀναγνώσεις vel ἀναγνώσματα) in *Magnam quadragesimam*, quae fiunt ex libris V. Testamenti, praesertim vero ex Genesi, et Exodo, ex Jobi, Isaiae, Ezechielis et Zachariae prophetiis, nec non ex Proverbiis Salomonis. Jam vero Codex incipit a *prima lectione* inchoata in Vesperis feriæ II Hebdomadis I *jejuniorum*, desinit autem cum prophetiis in Sabbatum Sanctum. Verum nonnulla intercepta fuerunt, quae ut restituerentur, compacta medio sunt folia quatuor bombycina, sed hactenus inexarata. Denique *lectiones* perpetuo intercedunt de more versus quidam psalmorum, qui uti ex adnotatis numeris colligi potest, suo ordine quique veniunt.

Expleto *Lectionario* per ambitum S. Quadragesimae subnexuit Calligraphus lectiones propheticas etiam in Vesperas Festorum Domini; quae tamen mutilato codice, non adsunt modo in Pervigilium *Ascensionis*, tres omnino, itemque prima ex iis pro Festo *SS. Patrum*, Dominica infra Octavam festivitatis ejusdem; reliquarum vero frustula sane parva.

CODEX QUADRAGESIMUS SEXTUS

A. δ. II.

Cod. ms. membran. graec, saec. X, foliorum 155 longitud. m. 0, 15, latitud. 0, 11, ex membranis crassioribus, rutilisque satis compactus, exaratis vero charactere denso, cuius grandiores literae speciem gerunt illis, quas præseferunt Codices scripti a S. Nilo.

Lectionarium absolutissimum est; continet enim cursum omnium lectionum, aliquot tantum injuria temporis deficientibus, quae habentur hoc ordine.

Fol. 2. Incipit liber hoc titulo: Σὺν θεῷ ἁγίῳ ἀναγνώσματα τῶν ἁγίων Νηστειῶν, *Deo auspice, Lectiones SS. Jejuniorum*, scilicet a fer. IV Hebdomadis τοῦ Τυροφάγου *(in qua caseum editur)*, quam Latini indigitant in *Sexagesima*, usque ad Sabbatum sanctum, quo die lectioni quintæ *De Exodo* subnectitur canticum Moysis: Ασωμεν τῷ κυρίῳ, *Cantemus Domino*. At lectionis XV. Danielis aliquid desideratur, subtractis pagellis.

Fol. 123 Ex subtractione paginarum, quam dixi, vacant lectiones fortasse quidem in *Indictionis* festum d. I. Septembris, at profecto in Deip. *SS. Nativitatem*, cuius habetur *Troparium*: Η γέννησίς σου θεοτόκε παρθένε, *Nativitas tua Dei genitrix virgo*. Troparium continuo excipiunt lectiones in *Exaltationem Crucis*, cuius festivitatis Missa quoque, scilicet Epistola et Evangelium, praescribitur.

Fol. 125. Lectiones in Christi *Nativitatem*, una cum iis, quae intercedunt, antiphonis.

Fol. 130. Mox pergunt lectiones in *Epiphaniam*; quibus expletis, ordinatur Missa cum Epistola et Evangelio.

Fol. 137. Habetur deinde ritus, exscribunturque lectiones pro solemni *Aquarum benedictione.*

Fol. 140. Notantur lectiones in *Hypapantem Domini,* seu *Purificationem Deiparæ.* His notatis exordium referunt eodem in folio lectiones in *Adnunciationem*; quibus subnectitur præscriptio Missarum.

Fol. 142. Incipiunt lectiones in *Ascensionem*, cuius mox deinde citatur Troparium: Ανελήφθης ἐν δόξῃ, *Assumptus es in gloria.*

Fol. 144. Pone sequuntur lectiones in Dominicam infra octavam Ascensionis, qua die Græci memoriam agunt *SS. Patrum,* qui Nicænæ synodo interfuerunt; indigitant autem Κυριακὴ τῶν ἁγίων πατέρων.

Fol. 146. Lectiones habentur in *S. Pentecosten.* Quibus exscriptis calligraphus subnectit lectiones εἰς Γονυκλισίαν *Genuflexionem,* genus *Completorii,* de quo ritu alibi agendum erit.

Fol. 150. Continuo venit lectio I in *Commemorationem omnium Sanctorum,* quam Græci recolunt ea Dominica, quam Latini *SS. Trinitati* præcipue colendæ tribuunt. At duæ proxime sequentes lectiones tantum citantur.

Fol. 151. Citatis illis lectionibus pergunt aliæ in *S. Transfigurationem*, quam Graeci suo nomine Μεταμόρφωσιν nuncupantur.

Fol. 153. vers. Lectiones in Deiparæ *Assumptionem,* Græcis Κοίμησιν, eædem atque in eiusdem *Nativitatem* præscriptæ citantur, itemque Troparium: Εν τῇ γεννήσει τὴν παρθενίαν ἐφύλαξας, *In Nativitate* (Christi) *virginitatem servasti.* Quae notata continuo excipiunt lectiones in Festum SS. App. Petri et Pauli, sed ex unis Epp. Petri conficiuntur.

Fol. 155. Postrema omnium venit lectio quaedam in Sanctam *Parasceven* (Fer. VI. Hebdom. maioris), quæ fit de libro *Canticorum.* Incipit: Τίς αὕτη ἀναβαίνουσα ἀπὸ τῆς ἐρήμου, et explicit: καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ.

ANIMADVERSIONES

Codex hic pretiosissimus transcriptus esse mihi videtur ab exemplari quodam Constantinopolitano, cum semel in Rubricis nomen etiam *Patriarchæ* inducatur. At revera lectionarium maximi ponderis est, tum rubricis ipsis, tum Ritibus præsertim, cæremoniisque multis notatis, ut *Euchologiis* proximus accedere dici possit.

Deinde, cum rei prout ratio postulet, versus ex psalterio sint exscribendi inter lectiones, psalmorum numerus ordinis pernotatur.

Lectionario ita absoluto, calligraphus subnectit hanc epigraphen:

Ο ἐντυγχάνων εὔχειώ μοι (sic) τῷ ξύστει· καλλινίκῳ μοναχῷ καὶ ἐλαχίστῳ πρεσβυτέρῳ·

ὁ ἐν ἁμαρτίαις ὄλβιος: *Qui huc offendis ores pro* (xysto) *scriptore, Callinico monacho et minimo presbytero, qui fuit felix in peccatis.*

Duo sunt hinc enucleanda: ac primo quidem illud quod sese dicat *felicem in peccatis*, intellige nempe quod post et propter peccata divinam misericordiam sit assequutus. Eadem sententia Augustinus olim exclamabat: *O felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem!* Hinc secundo pari humilitate se non scriptorem sed rasorem *membranorum*, uti existimo, appellat, cum dicit εὔχειώ μοι ξύσει: *ores pro me* xysto. Scripsit ει pro η e vocabulo ξύσης, ου, quod *rasor, sculptor* vel *scriptor* significat, eo modo quo ξύω interdum utuntur veteres pro γράφω (Montfauc. p. 50.); non vero e voce propr. Ξύστος, tum enim ξύστῳ scribi oporteret, neque ne rudem quidem id falleret. Tum vero si proprium nomen agnosceretur, quid sensus haberet illud *callinicus*, quod subsequitur? Vid. Cod. Δ. γ. XII.

CODEX QUADRAGESIMUS SEPTIMUS

A. δ. III.

Cod. ms. membran. græcus sæculi XII. constans foliis omnino 107, longitud. m. 0, 24, latitud. 0, 19, si supputes tria priora alterius Codicis, huic non belle compacta; quae habent *lectiones* propheticas aliquot in Epiphaniae *Pervigilium* et in solemnem *Benedictionem* aquarum, exscriptae saeculo, ut arbitror, XIII ineunte, charactere quidem bono, initialibus cunctis confectis minio, nec non signis ad cantus modulamen impositis.

Verum codex habet *Lectionarium* in magnam Quadragesimam a feria II post Dominicam τῆς Ἀποκρέου, (*eius qui a carnibus abstinet*), Latinis in *Quinquagesima*, usque ad III lectionem inexpletam feriae V maioris Hebdomadae. Scriptura vero si conferatur cum *Evangeliario* cod. IX, similis illi deprehendetur, tum atramenti genere, quod utrique rutilum inest, tum rubri coloris, utrique item sandaracini, tum propter notas cantus supra dictiones de more confectas.

ANIMADVERSIONES

Ad calcem folii 56 monocondylon animadvertimus ex eodem, uti videtur, graphiario; quid ni eadem quoque manu ductum? quod mihi interpretatur. † Ιερεὺς ὁ βλάσιος καὶ μοναχός, *Sacerdos Blasius et monachus*, qui e genere calligraphiæ non videtur e nostris. Denique huiusmodi nominibus propriis indigitandis exempla duo in Montfaucon habes, cui alia plura innotuisse videntur (Palæograph. græc.).

CODEX QUADRAGESIMUS OCTAVUS

A. δ. IV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, folia excipiens 257, longitud. metri 0, 25, latitud. 0, 18, calligrapho Joanne Rossanensi hieromonacho Cryptaeferratae, de quo plura in Prolegomenis. Liber opti-

mae sane notae, characterum forma, in capitalibus praesertim literis valde elegans, correctione textus praestantissimus, quibusdam etiam ad rem interpretationibus, rubricisque auctus copiosissimis.

Est *Lectionarium*, seu ordo lectionum, ex Vet. et Novo testamento pro Festis per integrum anni circulum celebrandis; mutilum principio et fine.

Fol. 1. Lectiones habentur in S. Jo. evangelistam ex eiusdem epistolis deductae, at prioris deest initium. Subnectuntur continuo lectiones duae in S. P. N. Nilum, cum una dies 26 Septembris amborum memoriam tum temporis complecteretur.

Sed fragmentum aliquod ex lectionibus superioribus in *Nativitatem* Deiparae et *Exaltationem* Crucis male insertum est post fol. 42.

Fol. 8. In Martyres LXIII, quorum festum agitur in nostro Typico die XXI Octobris.

Fol. 12. In s. m. Demetrium, cuius festa commemoratio appingitur Commemorationi *magni terraemotus*, qui accidit, ut addit calligraphus, an. mundi 6242, a C. n. 734.

Fol. 15. v. In SS. Angelos d. VIII Novembris.

Fol. 26. v. In S. Joannem Chrysostomum, cuius festum antiquitus apud Graecos die XIII Novembris potissimum recolitur. Pro re nata subnectit scriptor lectiones de Eodem, cuius corporis translatio Cucuso Cpolim facta die XXVII Januarii celebratur.

Fol. 40. v. Cynnabari citantur in *Praesentationem* Deip. die XXI Novembris lectiones quae habentur in eiusdem *Nativitatem*. At mox servata lectione, quae ibi fit ex Ezechiele, scriptor relictis aliis sufficit tres proprio marte confectas ex prophetis Michaea (cap. IV. 1-5), Zacharia (Capp. III et IV integris) et ex Isaiæ apocopis plurium capitum.

Fol. 49. v. In S. Nicolaum die VI Decembris lectiones praebentur dicendae, quae in festo S. Jo. Chrysostomi.

Fol. 50. In commemorationem *Dedicationis* Ecclesiae Monasterii Cryptoferratensis.

Fol. 63. Incipiunt lectiones tum ex prophetis tum ex Apostolo, quae habentur una cum Evangeliis ad horas parvas in Pervigilio Dominicae *Nativitatis*, quas continuo excipiunt lectiones in Vesperis illius diei.

Fol. 84. v. Lectiones tres in *Circumcisionem* Christi Jesu et in S. Basilium die I Januarii.

Fol. 93. v. Lectiones item in Horis et Vesperis pervigilii *SS. Epiphaniæ* Domini, atque pro ritu aquam benedicendi.

Fol. 126. In S. Gregorium Theologum, cuius dies festus agitur die XXV Januarii.

Fol. 134. In *Hypapantem* Domini die II Februarii.

Fol. 139. Lectiones dicendae in Sabbato Hebdomadis τῆς Ἀποκρέου, seu in *Quinquagesima*. Lectio III excipitur e libro Apocalypsis.

Fol. 151. v. In Pervigilium *Adnunciationis* Deip. die XXIV Martii.

Fol. 153. v. In *Ascensionem* Domini.

Fol. 160. In Dominicam infra Octavam illius festivitatis, qua recolitur memoria SS. Patrum Nicænorum.

Fol. 164. In Sabbato sacratissimae *Pentecostes*, ad Vesperas, atque ad eam, quam alias diximus Γονυκλισίαν, seu *Genuflexionem*.

Fol. 174. In Festivitatem *Omnium Sanctorum*, quam Graeci concelebrant in Dominica post Pentecosten.

Fol. 177. In *Nativitatem* S. Jo. Baptistae, die XXIV Junii.

Fol. 181. In diem natalem SS. Apostolorum Petri et Pauli, die XXIX Junii: lectiones, uti ubique, tres habentur, tertia autem usurpatur ex Apocalypsi S. Joannis.

Fol. 191. v. His praeiactis tribus lectionibus appinguntur tres aliae in communi Apostolorum; at tertia tribuitur praecipue Barptolomaeo, ob eius Reliquiarum translationem, die XXV Augusti.

Fol. 197. In ascensionem *Eliae Thesbytae*, quam Graeci commemorant cum Latinis die XX Julii.

Fol. 205. v. Citatis lectionibus pro festo *SS. Machabaeorum Mm.* die I Augusti, die VI eiusd. mensis exscribuntur lectiones in Christi *Transfigurationem*.

Fol. 212. v. Lectiones veniunt die XV Augusti mensis in Deiparae *Dormitionem*, addit Rossanensis, *translationem* μετάϛασιν, et *resurrectionem* ἀνάϛασιν. Lectio prima ex apocopis Isaiae prophetae, altera ex Canticis canticorum (Cap. III, 6 ad IV, 15), quibus componitur ex cap. XXXI Proverbiorum, expletoque capite regreditur in Cantica; tertia denique lectio mutuatur ex Apocalypsis apocopis. Porro notatu digna censeo quod in praesens tum in Editis cum in manuscriptis Menaeis longe aliae praescribantur lectiones.

Fol. 224. Lectio una tantum in *Decapitationem* S. Joannis, die XXIX Augusti: reliquae citantur ex iis de eiusdem *Nativitate* usurpandae.

Fol. 226. v. Continuo accedunt lectiones in festum SS. Petri et Pauli app. confectae ex b. Petri epistolis.

Fol. 228. v. Lectio prior tantum in diem, Graecis vulgo dictam Μεσοπεντηκοϛήν, recurrentem in Fer. IV. Hebdomadis quartae a Paschate. Cunctae autem dumtaxat notantur.

Fol. 231. Exscribuntur lectiones in Vesperis Sabbati Sancti: at deperditis foliis, quaedam desiderantur in XV lectione ex Danielis prophetia.

ANIMADVERSIONES

Rossanensis noster prophetias quidem exscribens, loca passim suo penu condit. In lectionem quamdam Isaiæ in illa verba semel et iterum offendens: καὶ νῦν ὁ κύριος ἀπεσταλκέ με καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, in folio 48, v. quidem exponit: Τὸ - κύριος ἀπέσταλκέ με. - ὁ μέγας καὶ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος εἰς τὸν δεσπότην χριστὸν ἀποδίδωσι λέγων ἐν ὡραίῳ δέλτῳ.. *Illud* Dominus misit me.. *magnus et divina sapiens Basilius de Christo domino dicta refert, dicens in pulchro libro,* (nempe de *Spiritu Sancto:*)... ubi revera (C. XIX. n. 49. Edit. Garnier) S. Doctor credere insinuat illa scripta fuisse prophetice in persona Salvatoris nostri, quem in mundo et Pater et Spiritus Sanctus æque misissent. At in marg. folii 51 v. eadem adstruit calligraphus scribens: Σιλωὰμ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος· ἀπεσταλμένος ἐστὶν ὁ δεσπότης χριστὸς. ὅρα τεἴνυν ὅτι ὡς τὸ πνεῦμα ἀποστέλλεται ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὕτως ἀποστέλλεται καὶ ὁ λόγος τοῦ πατρὸς, καθὼς ὧδέ φησι καὶ ὁ μέγας ἑρμηνεύει Βασίλειος, πλὴν κἂν - ἀποςέλλεται - οὐ δυνάμεθα φάναι καὶ ἐξ αὐτοῦ γεννᾶσθαι. *Siloam interpretatur* Missus: Missus *est Christus dominus. Vide igitur quod sicuti Spiritus mittitur a Patre et Filio, ita mittitur et Verbum Patris; quemadmodum heic dicit etiam et interpretatur magnus Basilius* (loco cit.); *nisi quod etiamsi mittatur, nos non possumus id dicere, nec quo pacto ab ipso* (Patre) *sit genitum* (Verbum).

Fol. 166. v. super illa Joëlis prophetæ (II. 26.) Αἰνέσετε τὸ ὄνομα κυρίου. *Laudabitis nomen Domini,* exponit: Ἰδοὺ ἡ τριὰς. τὸ ὄνομα Χριστὸς, κύριος τὸ ἅγιον πνεῦμα, θεὸς ὁ πατὴρ ὁ ταῦτα λαλῶν. *Ecce Trinitas,* nomen (est) *Christus,* dominus *Spiritus Sanctus,* Deus *pater qui hæc loquitur.*

Fol. 241. v. Cum Joannes noster exscribit lectionem quamdam e libro Regnorum, in quo acta Eliæ narrantur (III. Reg. XIX.) hæc in superiori margine animadvertit: Μωσῆς καὶ Ηλίας εὐλαβούμενοι τὸν κύριον, ἐκρύβησαν ἀπὸ τῆς λαμπρότητος τῆς δόξης κυρίου, χερουβικῶς, φημὶ, καὶ σεραφικῶς. ἡμεῖς δὲ οἱ ἄθλιοι, κἂν καὶ ἱερεῖς, πῶς ἀφόβως καὶ ἀτρόμως ἐνατενίζωμεν σώματι τεθεωμένοι καὶ δόξῃ χριστοῦ. Φεῖσαι ἡμῶν, κύριε, φεῖσαι. *Moyses et Elias cum religiose vererentur Dominum, abscondebant se a splendore gloriæ Domini, more, inquam, Cherubim et Seraphim. Nos autem miseri, etsi sacerdotes, quomodo sine timore et tremore intentis oculis aspicimus, cum divini facti sumus corpore et gloria Christi? Parce nobis, Domine, parce!*

At præter hæc Codex præstantissimus plurimi ducendus est, eo quod magna sit parte exscriptus super membrana palimpsesta, ea scilicet quæ adhuc præseferunt characteribus tum uncialibus, cum ligatis, utrisque optimæ notæ, res sane multo pretiosiores ex sacris Bibliis et orationibus SS. Patrum. Quæ porro Patres respiciunt, nos alibi, Deo juvante, expendemus. At enim repertores monachi Basiliani ex evanido atramento in vitam redacta palimpsesta sui iuris fecerunt.

CODEX QUADRAGESIMUS NONUS

A. δ. V.

Cod. ms. membran. græcus sæculi XI labentis, constans foliis scriptis 162, duobus intra bombycinis foliis supputatis, exceptis autem aliquot hinc inde volumini compactis, longitud. metri plus 0, 24, latitud. 0, 16. Charactere quidem oblongiori gaudet, neque specie tenus male composito, verum magis quam par esset, ligantur dictiones, cædemque interdum erratæ.

Lectionarium porro est pene absolutum; duo enim tantum principio desunt quaterniones, qui olim excipiebant lectiones, ut arbitror, in *Nativitatem* Domini, at certo quidem in *Epiphaniam*, namque ad istas sese refert Calligraphus in fol. 158.

Habetur nunc autem initio omnium cursus Lectionum in *Quadragesimam* absolutus, cui cum pauca excidissent, altera manus, compacto folio, supplevit. At in Dominicam primam *Jejuniorum* contexitur historia Concilii II Nicæni pro SS. Imaginibus, uti ea die legatur. Fronte autem folii 16. v. inscribitur literis grandioribus: Αναγινώσκεται δὲ τῇ Κυρ. τῆς ὀρθοδοξίας. Prætexitur historiae titulus: Ὁρος τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Νικαίᾳ Συνόδου τὸ δεύτερον. Εὐλόγησον δέσποτα. *Definitio Sanctae et magnae et œcumenicæ Nicenae synodi secundo. Benedic Domine.* Incipit autem: Η ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ κατὰ θεοῦ χάριν. *Sancta et magna et oecumenica synodus ex Dei gratia.*

Lectiones quadragesimales excipiunt quotquot inde habentur in festivitates majores post Pascha, scilicet *Ascensionem* et Dominicas dies, tres continuo sequentes, nempe *Patrum Nicaenorum*, *Pentecostes*, et *Omnium Sanctorum*.

Subnectuntur hisce absolutis lectiones in festa Domini, Deiparae et Sanctorum maiora infra annum; videlicet a die I Septembris ad XV Augusti: nisi quod prorsus eaedem desiderantur de *Nativitate* et *Epiphania* Domini, quas cunctas censeo, uti dixi, praemissas quadragesimalibus, nec non de quibusdam Sanctis, præsertim Nicolai Ep. Myrensis d. VI Decembris, Barptolomaei Ap. d. XI Junii, Joannis Praecursoris d. XXIX Augusti.

Insigne porro illud est, quod præscribuntur lectiones in diem XI Maii, qua commemoratur Γενέθλιον τῆς πόλεως *Natale urbis* (CP.), et continuo in d. V Junii, qua fit λιτὴ ἐν τῷ κάμπῳ διὰ τὴν ἐπέλευσιν τῶν Βαρβάρων. *Supplicatio in Campo propter incursum Barbarorum.* Easdem Commemorationes habent Kalendaria CPolitana: ex quibus *Lectionarium* hoc in usum illius Ecclesiae confectum, sin minus ex eorum aliquo excriptum fuisse patet.

ANIMADVERSIONES

Ad calcem folii 162, quo explicit liber, subscribit calligraphus: Επληρώθη σὺν θεῷ ἡ βίβλος αὕτη διὰ χειρὸς Νικήτα ἀναγνώστου μηνὶ Δεκεμβρίῳ ιζ'. ἰνδ. ια'. ἔτους ,ϛφϖά *Absolutus fuit auspice Deo liber hic manu Nicetæ Lectoris mense Decembri* (d.) *XVII. Indict. XI. anni* 6581, qui Julianus annus Christiano respondet 1072, deductis nempe annis 5508 ante Ch. natum.

Verum hoc fol. columna una tantum exaratur; et cum sit palimpsestum, in columna altera non evanuit prior character, qui præsefert fragmentum alicuius Epistolæ b. Pauli ap.

Eod. fol. inest *Idiomelon* in *Nativitatem* Domini recentiori manu exscriptum, notisque musicis universe signatum, incipiens: Αὐγούστου μοναρχήσαντος.. desinens: μέγα σοῦ τὸ ἔλεος κύριε δόξα σοι (Cfr. Menæa Decembr. in Vesp. d. XXIV.).

Fol. eod. vers. habet Epistolam b. Pauli in Missa Sabbati Sancti, ad cuius calcem subnectitur alia manu Troparium in fer. V. maior. hebdom. Τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστικοῦ..

Postremo in pag. versa cuiusdam compacti folii male conscripta conspicitur quæstio, cui hic præfigitur titulus: Πῶς νοητέον τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας ἐπὶ τῆς ταφῆς του κυρίου. *Quomodo intelligendae sunt tres dies et noctes in sepultura Domini.* Et fit ἀποκρισις *responsio* hisce verbis.

Ὡρα ϛ'. τῆς παρασκευῆς ἐσταυρώθη καὶ

γέγονεν σκότος ἕως ὥρας θ'· ἰδοὺ νυκτίμενον τὸ λοιπὸν τῆς παρασκευῆς. καὶ ἡ νὺξ δεύτερον νυκτίμενον, τὸ σάββατον καὶ ἡ νὺξ, ἰδοὺ γ'. νυκτίμενον. Καὶ ἄλλως δὲ τῇ παρασκευῇ ἡ παρέδωκεν τὸ πνεῦμα, τοῦτο μία ἡμέρα· Τὸ σάββατον ὅλον ἐποίησεν ἐν τῷ τάφῳ· ἐπιφουσκούσης κυριακῆς ἀνέστη. Καὶ ἄλλως ἀφ' ἧς ἡμέρας τουτέστι τῇ ἑσπέρας ε'. παρεδόθη ἀπὸ Ἰούδα τοῖς θεοκτόνοις Ἰουδαίοις, δυνατὸν καὶ, σταυρωθέντος αὐτοῦ ἀριθμεῖν τὴν τριτήμερον.

CODEX QUINQUAGESIMUS

A. δ. VI.

Cod. ms. membran. græcus sæculi XIII, constans foliis 37, longitud. m. 0, 28, latitud. 0, 20, mutilus principio et fine, multis in locis male foedatus, cultrique ictibus misere confossus. Est autem bene exaratus, ac prae se fert manum Joannis Rossanensis, qui exscripsit, ut supra diximus, Cod. A. δ. IV, sed illi revera scriptura huius Codicis potiori forma praestat.

Rubricae quaevis et grandiores literae ingeniose confectae, secus atque in descripto Codice, uno tantum sandaracino colore gaudent.

Lectionarium est Festorum, et quidem ad usum Monasterii Cryptæ Ferratæ, ut inferius erit in aperto. Lectiones porro anni ecclesiastici ordine sese invicem excipiunt.

Fol. 1, prima deficiente pagella, habet finem tantum Lectionis prioris in d. I Septembris, quam pone duæ reliquæ sequuntur.

Fol. 2. v. In Deip. *Nativitatem*, d. VIII eiusdem mensis.

Fol. 5. In *Exaltationem* Crucis, d. XIV. eiusdem mensis.

Fol. 7. Die XXVI eiusd. mens. in festum S. Joan. Evangelistæ: tres cunctae lectiones fiunt ex eius Epp. catholicis.

Fol. 9. v. Eodem die in festum S. P. N. Nili junioris, conditoris Monasterii Cryptae Ferratae.

Fol. 12. In SS. Angelos, d. VIII Novembris.

Fol. 14. v. Ad d. XI Novembris in S. Barptolomæum IV Abbatem Cryptæferratæ, lectiones exscriptae in festum S. Nili; atque ibidem ad d. XXI illius mensis in Deip. *Præsentationem* citantur superius praescriptae in *Nativitatem* eiusdem.

Fol. 15. Ad d. VI Decembris in festo S. Nicolai exhibentur lectiones allatae in d. XXVI Septembris.

Ibidem die XXVII eiusdem mensis continuo veniunt lectiones in *Dedicationem* Ecclesiæ Cryptoferratensis, hoc praefixo titulo: Εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ θαυμαστοῦ καὶ ἁγίου ναοῦ τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας εἰς τὴν ἐν Ρώμῃ περίφημον μονὴν τῆς Κρυπτοφερράτας. *In Encaenia* (Dedicationem) *mirabilis et sancti templi Immaculatae Dominae nostrae Deiparae semperque Virginis Mariae prope Romam in insigni Monasterio Cryptae Ferratae.*

Fol. 17. v. Lectiones in Christi *Nativitatem* tum ad horas breviores, cum ad Vesperas, sed hîc folium unum male caesum habetur.

Fol. 30. v. D. I Januarii in Christi *Circumcisionem* et *S. Basilium*.

Fol. 32. In pervigilium *Epiphaniae* Domini ad horas et ad vesperas, sed brevi, intereunte codice, deficiunt.

CODEX QUINQUAGESIMUS PRIMUS

A. ∂. VII.

Cod. ms. chartac. græco-lat. saec. XIX, spissus foliis quamplurimis, longit. m. 0, 27, latitud. 0, 20, exaratus a cl. Iosepho Cozza Luzi abbate.

Est *Apparatus* Criticus *Notarum* in omnes libros *V. et N. Testamenti* vetusti Cod. Vatican. 1209, ab eodem aliis cum eo identidem operam suam conferentibus editum. Notae autem post quinque volumina sacri textus, nuper an. (1881), VI volumine complexae typis prodierunt, et editioni biblicae diuturni operis finem fecere.

CODEX QUINQUAGESIMUS SECUNDUS

A. ∂. VIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis 65, longitud. metri 0, 19, latitud. pl. 0, 14, literis minutis æque compositis, grandioribus vivaci minio perbelle exscriptis, duplici columna exaratus. Mutilus principio et fine, pagellas priores habet insuper humiditate corruptas, tineisque corrosas.

Complectitur lectiones plures ad Horas et Vesperas *S. Quadragesimæ* scilicet a secunda lectione vespertina in Fer. VI hebdomadis V. usque ad prophetiam Danielis XV. pene absolutam in Sabbato maiore. Cuique vero lectioni, ubi opus sit, præmittuntur versiculi e psalmis numero adnotatis.

CODEX QUINQUAGESIMUS TERTIUS

A. ∂ IX.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, folia excipiens 117, longitudinis metri 0, 22, latitudinis 0, 18, mutilus, uti reor, fine tantum.

plici columna minuto charactere at æquissimo est exaratus, sandaracha vero capitales literae pinguntur, et rubricae notantur. Est *Lectionarium* quadragesimale, incipiens quidem a lectionibus feriae IV hebdomadis post Dominicam τοῦ Ἀποκρέου, desinens autem ad XV prophetiam Danielis in Vesperis Sabbati sancti.

Continet praeterea Codex lectiones quasdam ex Epistolis b. Pauli, ad Horas et Vesperas in feriis ultimis magnae Hebdomadis.

CODEX QUINQUAGESIMUS QUARTUS

A. δ. X.

Cod. ms. membran. graec. saec. XI, foliis spissus 83, longitud. metri 0, 17, latitud, 0, 14, mutilus initio et fine, madore praeterea et attritu nigratus praesertim frontes, in quibus character prorsus evanuit. At non sine diligentia exscribitur, adhibito etiam minio pro literis capitalibus, et rubricis notandis.

Est *Lectionarium* quadragesimale, nunc autem excipiens lectiones tantum a feria II hebdomadis II usque ad VI feriam hebdomadis VI.

Praeter versus psalmorum ubique notatis habentur alia multa, quae ad sacra Officia attingunt, scilicet *troparia*, *cathismata et pentecostaria*, genera quaedam canticorum apud Graecos: qua de re magni faciendus est Codex iste, et apprime dignus qui consulatur.

ANIMADVERSIONES

Fol. 51. v. habetur fragmentum Grammaticæ græcæ, quod heic appingimus, cum admodum parva res sit. At scriptura videtur in posterum abrasa fuisse; et re quidem vera Codice ipso antiquiorem sese exhibet. Ita porro se habet. Περὶ προσωδιῶν. προσωδίαι εἰσὶ δέκα. Οξυτα, Βαρεῖα, Περισπωμένη, Μακρὰ, Βραχεῖα, Δασία, Ψιλὴ, Απόστροφος, Ὑφὲν, καὶ Ὑποδιαστολὴ.

De accentibus. Sunt autem accentus decem. acutus, gravis, circumflexus, longus, brevis, adspiratus, tenuis, inversio, subunio et subdistinctio. (E versione Latina Grammatices Const. Lascaris Venetiis 1546.) At Codex inter verba notis disponit signa orthographica, quae nos reliquimus.

Verum hoc excerptum, non quidem e Lascaris est,sed e Grammat. Dionysii Thracis, cuius operis Codicem postmodo describemus. Dionysius porro mox post titulum Περὶ προσῳδιῶν pergit: Προσῳδίαι εἰσὶ δέκα, Lascaris autem his definitionem præmittit: Προσῳδία ἐςὶ τόνος φωνῆς ἐγγραμμάτου: *Accentus est exstensio vocis literatæ.*

CODEX QUINQUAGESIMUS QUINTUS

A. δ. XI.

Fragmenta membranacea biblica ex V. et N. Testamento, aetates plures et characterum typos, a sæc. XII ad XV, exhibentia.

I. *Psalterii* fragmentum praestat folia duo longit. m. 0, 22, latit. 0, 16, aperto et rotundo charactere exarata sæc. XIV.

II. Fragmentum *Evangeliarii*, habens folia duo longit. m. 0, 24, latitud, 0, 19, charactere bene composito, duabus columnis exaratum sæc. XII.

III. Fragm. nescio cuius libri, habens folia duo, quorum unum exhibet preces Liturgicas, alterum vero habet textus latini fragm. Cap. XVIII Evangelii S. Joannis graece conscriptum, aetatis profecto recentioris ad rectam pronunciationem sane perutile.

IV. Folia item duo ex *Evangeliario*, exarata seriori tempore ac deteriore scripturæ nota.

V. Item foliorum laciniae tres quidquam ex *Psalteriis* praeseferentes: unum pertinens ad saec. XIII bene exaratum in palimpsesto.

VI. Folia quatuor membran. longitud. metri fere 0, 22, latitud. vero 0, 17, duplici columna scripta, charactere rotundo sæc. XIII. Habentur aliquot *Evangelicae* lectiones.

VII. Folia sex pergam. pene longit. metri 0, 22, latitud. 0, 15, binis exscripta columnis sæc. XII vel XIII. Excipiunt fragm. *lectionum* V. T. in M. Quadragesimam.

VIII. Foliola duo pergam. cum *explanationibus* in psalmos.

IX. Foliolum pergam. *Psalterii* fragmentum plus min. long. m. 0, 15 et alt. 0, 11.

X. Fol. 14 bombyc. saeculo autem XV vel XVI, uti videtur, exarata charactere ligato, et nexibus pleno. Fragmentum *Lectionarii* Quadragesimalis.

CODEX QUINQUAGESIMUS SEXTUS

A. ð. XII.

Ms. chartaceum græco - lat. sæc. XIX, constans foliis pl. min. 128, longitud. metri 0, 27, latitud. fere 0, 20.

Excipit apographon *Danielis* prophetiae iuxta LXX, erutæ a Josepho Cozza hierom. et Ab. Cryptae ferratae ex unico Cod. graeco Chisiano, atque edito, Praefatione, notis, variisque lectionibus instructo, anno M. DCCCLXXVII.

Porro in apographo haec veniunt nempe: Praefatio latina, exemplar textus graeci Danielis, cura ipsius cl. Editoris, tum postea quasdam *Adnotationes* ad eumdem textum.

Accedit fragmentum Zachariae proph. erutum e Codice, nunc Vaticano sign. 1658, olim Cryptoferratensi, scripto a Paulo II ab. Pone quædam aliæ sequuntur *Adnotationes*.

CODEX QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS

A. ∂. XIII.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIV vel XV, constans ex membranis PALIMPSESTIS num. 142, longitud. m. fere 0, 20, latitud. autem 0, 15 negligentiori manu et literis iam flavescentibus, neque ullo colore conspersis exaratus.

Lectionarium in M. Quadragesimam initio et fine imo et mediis foliis satis mutilum; apparet enim a lectione *Prophetiæ* II in VI fer. hebdomad. II, et desinit in *Prophetia* I ad vesp. Sabbati sancti.

CODEX QUINQUAGESIMUS OCTAVUS

A. ∂. XIV.

Ms. chart. græc-lat. sæc. XIX, spissus pluribus centenis foliis, plerisque dimensis longitud. m. 0, 27, latitud. 0, 21.

Autographon Operis præclarissimi, quod Josephus Cozza Ab. Cryptoferratensis vulgavit an. MDCCCLXVII, inscribens: *Sacrorum Bibliorum vetustissima fragmenta Graeca et latina ex palimpsestis Codicibus Biblioth. Cryptoferr.* etc. Textus nempe *Isaiæ* prophetæ. Desunt quaedam; sed accedunt folia duplicata et schedæ minoris momenti.

CODEX QUINQUAGESIMUS NONUS

A. ∂. XV.

Ms. biblicum sæc. XIX, constans foliis 60, longit. metri 0, 27 latitud. 0, 20, opus Rmi. P. D. Josephi Cozza abbatis Monasterii Cryptoferratensis. Præcurrit hæc item autographa animadversio:

Prime prove per le annotazioni all' Edizione del Cod. Vatic. della Bibbia 1209, che poi sono state ridotte in forma meno prolissa. Sono da pag. 41 (prima pag. unciale del Cod.) sino a pag. 132.

Editio hæc universa Codicis Græci biblici Vaticani, opera eiusd. p. Basiliani, nec non P. D. Karoli Vercellone, Sodalis Barnabitae, cui suffectus est p. Cajet. Sergio item Barnabita, quem postremo excepit Canon. D. Henricus Fabiani, qui et erudita *Prolegomena* conscripsit. Typis S. Congregationis de Propaganda fide vulgata est ab an. 1867 ad an. 1881.

CODEX SEXAGESIMUS

A. δ. XVI.

Cod. ms. graecus PALIMPSESTUS. Subest Cod. E. α. I, quem suo loco describemus, qui cum constet foliis 234, complectitur prima manu *Evangeliarium*, pene dicam, integrum foliis 214, demptis scilicet p. m. 20, nempe inter folia 83 - 96 et 98 - 107. Scriptura pertinet ad saec. X, binis columnis, margine interjecto, quarum singula patet longit. m. 0, 150 vel 0, 155, et latitud. fere m. 0, 055, lineis fere 25, charactere satis aperto exarata, cuius grandiores literae atramento ductae, colore rubro vel caeruleo suffunduntur.

Evangeliarii ratio eadem est, quam in pluribus huiusmodi Codd. vidimus, seriem lectionum per singulos Evangelistas excipiens, quibus denique succedunt Evangelia in Christi *Passionem* (Cfr. Cod. A. α. IX etc.).

CODEX SEXAGESIMUS PRIMUS

A. δ. XVII.

Cod. graecus PALIMPSESTUS in Cod. superiori A. δ. XIII, in quo prior prioris item Cod. partis scriptura exhibet fragmentum *Evangeliarii* annualis, itemque in *Menologium*.

Folia Palimpsesti sunt quinque et viginti, altitud. m. fere 0, 20, latitud. 0, 15, unciali charactere spisso sed composito saec. X scripta, et initiales literae non sine diligentia multicolores affabre ducuntur.

Fol. 41. Ornatu praefixo titulus unciali grandiori inscribitur: Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ Α'. Αρχὴ τοῦ νέου ἔτους· καὶ μνήμη τοῦ ὁσ. Συμεών. *Mensis Septembris I. Initium Novi anni et memoria S. Symeonis etc.*

CODEX SEXAGESIMUS SECUNDUS

A. δ. XVIII.

Mss. cl. Iosephi p. Cozza, quae duas excipiunt opellas a se hisce annis editas: quarum prior inscribitur: *Ad editionem Apocalypsis S. Ioannis iuxta vetustissimum Codicem Basiliano — Vaticanum 2066, Lipsiæ anno 1869 evulgatam Animadversiones etc.* Incipit: *Inter homines falli nescius nemo..*

Hanc porro editam reperies tum separatim tum iunctam P. III magni Op. eiusd. cl. viri, cui titulus *Sacrorum Bibliorum vetustissima fragmenta.* Spithöver 1867.

Posterior opella nuper edita titulum praesefert: *De editione Romana Codicis Graeci Vaticani SS. Bibliorum auspiciis SS. Pontificum Pii IX et Leonis XIII, collatisque studiis C. Vercellone, I. Cozza et H. Fabiani, impressi in typographia S. C. de Propaganda Fide sex magnis voluminibus 1868 - 1881.* Incip: *Quod doctorum omnium votis.*

CODEX SEXAGESIMUS TERTIUS

A. δ. XIX.

Cod. ms. graecus PALIMPSESTUS saec. X, qui subest III et IV parti Cod. B. β. X. Verum cum hic pluribus palimpsestis abundet, nostrum latet sub foliis prorsus 39, latitud. metri 0, 13, longitud. 0, 19. Scribitur unciali charactere densiore et alto, at in columnis, quarum singula patet pl. min. m. 0, 049, capitque lineas fere 24. Elegantiam quamdam in maioribus literis adhuc praesefert, sed orthographia, quam dicunt, caret, mendisque scatet.

Evangeliarium est a principio sane, at non ita dixerim et fine mutilum, praeterea ordine turbatum, et attritu corrosum ac valde faedatum. Passim inibi conspiciuntur lectiones *evangelicæ* divisæ per annualia festa Sanctorum in *Menologio:* sed primo folio conspicitur quaedam de Christo *patiente,* credam, in ferias Maioris hebdomadae.

CODEX SEXAGESIMUS QUARTUS

A. δ. XX.

Cod. ms. graec. membran. saec. XII. Fragmentum *biblicum* in Cod. A. δ. VI, constans foliis 21, longitud. metri 0, 23, latitud. 0, 17, exaratum in columnis charactere rotundo, cuius grandiores literae sandaracinæ sunt.

Excipit fere tantum *Evangelia* et *Synaxaria* in quasdam festas dies S. Joan. Baptistae, *Evangelium* in Episcopos confessores, aliud in Sacerdotes MM. necnon *Lectiones* tres ex V. T. cum *Evangeliis* et *Epistolis* in festum omnium Angelorum (d. VIII. Novembris).

CODEX SEXAGESIMUS QUINTUS

A. δ. XXI.

Cod. ms. membran. graecus PALIMPSESTUS, latens sub Cod. Γ. γ. III, qui *psalticus* est in sua *serie* describendus. Constat foliis tantum 97, nam profecto est mutilus et insuper ordine turbatus, longit. m. 0, 23, latitud. 0, 16, ad margines corrosus, postea restitutus. Duplici columna, lineis neque numero neque directione paribus, charactere item aperto at non bene composito, neque usquam coloribus ornato, saec. fere X exarato.

Evangeliarium est complectens cursum Evangeliorum ferialium, ac praeterea quotquot occurrunt in *Menologio* (v. fol. 73) et in Christi *Passionem* (v. fol. 46).

CODEX SEXAGESIMUS SEXTUS

A. δ. XXII.

Cod ms. membran. PALIMPSESTUS, qui subest Cod. B. α, V, charactere ligato exscriptus saec. X vel XI, duplici columna long. m. 0, 12, lat. 0, 055. *Evangeliarium* est cum *Menologio* valde confusum, at non ita nimis mutilatum, eo quod toto codice protenditur, foliis nempe pl. 113.

CODEX SEXAGESIMUS SEPTIMUS

A. δ. XXIII.

Cod. ms. graecus e *Veteri Testamento*, olim signatus num. XCVI, cui subest vetustum PALIMPSESTUM Strabonianum, excipiens fragmenta, omnino quatuor, supputatis duobus frustulis sane minutis. In pagellis igitur Palimpsesti illius, de quo disseremus in Cod. sign. Z. β. VIII, complicati long. m. 0, 24, latitud. vero 0, 10, exarata charactere ligato sed bene composito, saec. XI vel XII, reperimus quaedam de *Levitico*, nimirum ex Cap. XIII. vv. 23-34 non continuis, tum. vv. 37-46 — Cap. XIV a v. 12 usque ad finem capitis XV omnino integri — Cap. XVI ineuntis usque ad v. 16 — Cap. XVII vv. 11-14 — Cap. XVIII vv. 9-14.

ANIMADVERSIONES

Præter multas varietates lectionis passim in textu conspectas, hæc ad rem digna notatu occurrunt, nimirum quod textus instruebatur in marg. numeris *Ammonianis;* itaque conspicitur κθ'. seu XXIX ad v. 16. c. XV; et λ'. seu XXX ad v. 1. c. XVI. Præterea pagellæ quæ habet narrationem *Capri emissarii* in c. XVI præfigitur fronte titulus unciali charactere exaratus *περὶ τοῦ ἀποπομπαίως. De emissione.* Cfr. opusc. cl. p. Cozza « Dell' antico Codice della Geografia di Strabone... an. 1875. »

CODEX SEXAGESIMUS OCTAVUS

A. δ. XXIV.

Fragmenta SS. Bibliorum, quaedam in palimpsestis, quaedam in foliis semel tantum exaratis excepta, quae libris suis adhuc inhaerent.

I. Fragm. *Evangeliarii* duabus pagellis duplici exscriptis columna saec. XIII, compactisque Codici Z. α. II.

II. Foliola duo binis columnis, uncialibus bene compositis literis exarata, quae continent fragmentum *Evangeliarii,* haerens Cod. B. α. XII.

III. Fragmenta PALIMPSESTA *Actuum App.* scripta saec. XII binis columnis, et subsunt Codici Γ. β. XXI.

IV. Item alia PALIMPSESTA uncialia sub Cod. Z. B. I. quae continet quaedam in Ep. II. ad Corinth. Edidit cum suo specimine (III) Ios. Cozza in op. *SS. Bibliorum fragmenta Vetustissima..* p. 332 et seq.

V. Fragmentum *Psalterii* PALIMPSESTUM super quatuor folia Cod. Δ. δ. VIII, charactere minuto exscriptum saec. XI.

VI. PALIMPSESTUM biblicum ex *Prophetis* unciale magnum. Exscripsit aliquid (Sap. Sirach. c. VI) Iosephus Cozza e Cod. Δ. δ. V.

VII. Aliud simile sex foliis constans, iisque complicatis e Cod. Biblico PALIMPSESTO E. β. VII. quo opus cit. auxit cl. Cozza. Hæc folia Joan. Rossanensis appegit Codici suo B. β. III, exaravitque secundo.

VIII. Fragmentum e *Libris V. T.* PALIMPSESTUM, literis uncialibus magnis exaratum, quod subest Cod. Γ. γ. V. Cl. Ioseph Cozza edidit in op. cit. p. 313-22, exhibito etiam specimine.

IX. Fragmentum duplex e *V.* et *N. T.* PALIMPSESTUM latens in Cod. Γ. β. III, sat magnum, contingens saec. XI, et pertinens ad codices eiusdem dimensionis. At lectiones *propheticæ* scribuntur charactere continuo, *evangelicae* autem in binis columnis. Illae ad *Lectionarium* M. Quadragesimae pertinent, haec contra ad *Evangeliarium* cum *Menologio* (Cfr. fol. 193).

SERIES SECUNDA

CODICES PATRISTICI

CODEX PRIMUS

B. α. I.

Cod. ms. membran. sæculi X. Aestimatione tum operis, tum Ven. Calligraphi iam inde a sæc. XIV vel XV pellibus cooperiri et impressis signis decoratus est. Constat foliis 191, longit. m. 0, 24, latit. 0, 18. Membranas crassiores habet, easdemque, uti etiam scripturam, vetustate flavescentes. Hæc igitur duplici columna conficitur literis plus æquo ligatis, iisque ita fabrefactis, ut ad stenographiam vel potius cryptographiam plures accedant. Coloribus vix in aliquot capitalibus literis primum calligraphus, vir sane gravissimus, usus est, formaque ipsa recta et bene composita, ornatibus vero nullis.

His praejactis, Codex praeclarissimus excipit *Epistolarium S. Isidori Pelusiotae*, quod duobus libris dispescitur. Primus complectitur epistolas sexcentas, nimirum eas quingentas, quas Isidoriana editio MIGNE donat libro Primo, et centenas priores libri Secundi, eodem, ut mihi videtur, ordine dispositas. Alter vero liber Epistolas habet nongentas nonaginta et octo, ex quo numerus universus conficitur millesimus quingentesimus nonagesimus octavus. Cum vero in Mignana editione editæ epistolæ sint omnino bis mille et undecim, factum est ut Epistolario Cryptoferratensi, si editioni conferatur, tresdecim tantum et quatercentae desint epistolae; quod, nescio quo pacto, Calligraphus ipse intellexisse videtur, qui relatis in primo libro sexcentis, quas supra diximus, epistolis, continuo libri alterius omnium primam supputat numero *millesimo primo*, interceptas sane existimans quatercentas epistolas.

Codex hic pluries citatur a el. Montfaucon. Testes mihi sunt editores eiusdem Epistolarii apud Migne, qui Codices Isidorianos recensendo de nostro porro ista enarrant. « *Codex monasterii Cryptæferratæ, anno 986 post Christum scriptus, continet Isidori epp.* 1600 (sic); *cf. Montf. l. I. p.* 199, *B.* — *Eiusd. diar. Ital. p.* 368. - *Eiusdem Palæographia græca p.* 45 *ex edit. Par.* 1708. »

At idem Montf. in Palæographia refert, quam in specimine prostat, epigraphen Calligraphi, quæ vulgari exscripta charactere ita se habet: Μνήσθητι κύριε Ιησοῦ τῷ γραψαντι Παύλῳ, χαριζόμενος αὐτῷ ὑπομονὴν καὶ ταπεί̈νωσιν, δι' ὧν τῷ σῷ ἐλέει σωθῆναι δυνήσεται, εὐχαῖς τῷ ἐπιτρέψαντι πατρὶ κυρίῳ Νείλῳ καὶ τοῖς ἀναγνῶναι μέλλουσιν ἐν τῇδε τῇ θεοπνεύστῳ βίβλῳ, ἀμήν. Ητις πεπλήρωται ἐν ϛυϛδ'. ἔτει, μηνὶ Νοεμβρίῳ κζ' ϛ' τῆς ἑβδομάδος ἡμέρᾳ. Id est: *Memento, Domine Jesu, Pauli qui scripsit, elargiens ipsi patientiam et humilitatem, quibus, per misericordiam tuam, salutem nancisci poterit: precibus Patris Domini Nili, qui hæc scribere iussit, et eorum qui hunc librum, afflante Deo scriptum, lecturi sunt. Amen. Is absolutus fuit anno* 6494, *mensis Novembris* 27, *feria hebdomadis sexta.*

« *Itaque Codex*, animadvertit Placentinius noster (Epit. palæograph. græc. p. 55. *scriptus est anno Christi* 986), demptis scilicet mundi annis 5508, qui iuxta Græcos ante Nativitatem Christi præcurrunt.

At idem auctor ibidem Codicem ita describit: « *Secundum specimen* (characteris quod paullo ante prodiderat) *excerptum est ex Codice nostro Cryptoferratensi membranaceo, quem S. Paulus post D. Nilum huius Cœnobii primus Abbas, charactere admodum ligato et minuto, multisque notis compendiariis referto descripsit. In eo autem continentur S. Isidori Pelusiotæ Epistolæ in duos libros distributæ, in quorum secundum per notam compendiariam, quam in specimine vides, et per numerum in margine positum indicantur sic* α, β, γ, δ, ε. etc. *Notae Calligraphorum in margine annotantur, videlicet* σημ. *pro* σημείωται, *et aliae...* » Sed interdum additur etiam ὡρ scilicet ὡραῖον *pulchrum.* Porro qui Paulus iste sit, quo hæc an. scripserit, si quæ alia exaraverit, quæque peculiaris eius scripturæ ratio sit, in Prolegomenis satis abunde diximus.

Sed præterea hæc animadvertenda restant. Fol. 100. margine superiori legimus exaratum locum Epist. 1257, quæ in Edit. Morelli est 225 lib. IV, at latine interpretatum; testimonium scilicet Josephi Flavii de Christo Domino. Id est: *Fuit autem hisdem* (sic) *temporibus Jeshus sapiens vir, si tamen virum eum nominare fas est: erat enim mirabilium operum effector, doctorque hominum eorum qui libenter quæ vera sunt audiunt: et multos quidem Judæorum, multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat: hunc accusatione plurimorum nostræ gentis virorum, cum pilatus in cruce agendum esse decrevisset, non deseruerunt hii qui ab initio eum dilexerunt; apparuit enim eis tertia die iterum vivus secundum quod divinitus inspirati prophetæ, ut haec et alia de eo innumera mirabilia miracula futura esse praedixerant. Sed et in hodiernum Christianorum, qui ab ipso nuncupati sunt, et nomen perseverat et genus.* » Character autem huius inscriptionis, eius generis quod conspicitur in quibusdam Codd. Cassinensibus, prodiit *fortasse*, sententia cl. Jos. Cozza, e manu ipsius Pauli.

Postremo fol. 191. altera manus mendose, sed merito subnectit ista: Αρξοχερ μαθιν γράφι γράμματα καλὰ, μίπτ. ὁτισθάνο βρόχορ διπλεκτὸ τιστι σε κακος - δόξα το θῶ τω πλιροῦντι τὰ πάντα. Quos ita restitues male concinnatos iambos.

« Αρξαι χεῖρ μαθεῖν γράφειν γράμματα καλὰ Μήποθ ὅτισθεν ὁ βρόχειρ (βριαρόχειρ) διωλόκτως (διπλοσίως) τύστῃ σε κακως.

Δόξα τῷ θεῷ τῷ πληροῦντι τὰ πάντα.

Latine autem sic interpretamus: *Incipe, manus, discere scribere literas pulchras, ne quis postea manu robustus dupliciter te male verberet.*

Gloria Deo qui perficit omnia.

CODEX SECUNDUS

B. α. II.

Codex ms. bombycinus graecus saec. XIII. constans foliis 154, longit. metri 0, 24, latitud. fere 0, 19. Mutilus initio et fine, valde

corrosus tineis, sed restitutus fuit saeculo superiore, novisque margine undequaque chartaceis compactis taeniis recuperatus. Charta vero laevis, rutilior et fortior est: character autem est perquam simile tertio specimini illi, quod Montfalconius exhibet in sua Palaeographia lib. IV. cap. VIII. pag. 120. Porro Codex ille Asceticus Colbertinus sign. n. 4111, uti patet ex allata inscriptione, scriptus est a Gerasimo hieromonacho an. 1236, ut vix dubio haererem, quin eadem manu noster hic exaratus esset. Difficultas vero, si quae obiiceretur de charta bombycina, nil nos movere oportet, cum idem Montfalconius, adhibita auctoritate etiam D. Petri Mennitii præpositi Generalis nostri Ordinis, multis sane doctisque rationibus et exemplis tradidit plures Codices bombycinos extitisse sexcentis etiam abhinc annis, saeculis scilicet X et XI, exaratos (Confer Palaeogr. graec. l. I. cap. II. p. 17 et seqq. Edit. Paris. an. 1708).

Codex excipit quasdam orationes s. Gregorii Theologi Nazianzeni cuius indicem ex ipso Mazio nostro prope modum exscribo; sed cum Editione Bilii (Lipsiæ 1640) conferam.

Fol. 1. Lipsanum continet Orationis S.Doctoris in patrem suum item Gregorium ab iis verbis: κατασυστάσεις καὶ προσλήψεις μάχεσθαι χάριτι πλέον: *praestat pugnare personarum acceptiones et schismata*. Prosequitur ad finem usque. In editione est homelia XIX.

Fol. 5. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιτάφιος εἰς τὴς ἀδελφὴν αὐτοῦ Γοργονίαν. *Ejusdem oratio funebris in sororem suam Gorgoniam*. Incipit: Αδελφὴν ἐπαινῶν. *Sororem laudans*. Est hom. XI.

Fol. 16. v. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Εὐνομιανοὺς προσδιάλεξις. *Eiusdem adversus Eunomianos praeludium*. Incip. Πρὸς τοὺς ἐν λόγῳ κομψούς. *Ad eos qui in sermone sciti sunt*. Est XXXIII.

Fol. 21. v. Πρὸς τοὺς Αριανοὺς καὶ εἰς ἑαυτὸν. *Ad Arianos et ad se ipsum*. Πουπότέ εἰσιν οἱ τὴν πενίαν ἡμῖν ὀνειδίζοντες. *Ubinam sunt qui paupertatem nobis improbant*. Oratio XXV.

Fol. 30. v. Κατὰ Ιουλιανοῦ βασιλέως στηλιτευτικὸς λόγος. *Contra Julianum regem invectivus sermo*. Incipit Ακούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη. *Audite haec, omnes gentes*. In edit. Or. III. Deficit fol. 36 v. ad verba διασῶζον τὰ σπέρματα τῶν γενεῶν. *Servans semina generationum*. In fol. autem 37 prosequitur: κακοδαιμονίαν ταύτην ἐξέπεσε.

Fol. 80. Κατὰ Ιουλιανοῦ βασιλέως στηλιτευτικός. *Contra Julianum regem invectivus* (sermo), atque incipit: Οὗτος μὲν δὴ τῶν ἐμῶν λόγων ὁ πρῶτος ἆθλος. *Ac primum quidem sermonum meorum certamen*. In edit. inscribitur: *Ex invectivis orat. II*, in serie vero omnium est IV.

Fol. 101. Πρὸς Κληδόνιον πρεσβύτερον κατ' Απολλιναρίου λόγος. *Ad Clidonium presbyterum contra Apollinarium*. Incipit autem: Επειδὴ πολλοὶ προ-

σιόντες (Bil. προσελθόντες). *Quoniam multi accedentes.* Est in editis LII. epp. vero II.

Fol. 164. Πρὸς Κληδόνιον πρεσβύτ. κατ' Απολλιναρίου. *Ad Clidonium presbyterum contra Apollinarium.* Incipit: Βούλομαι μαθεῖν τὶς ἡ καινοτομια. *Scire cupimus, quid haec libido.* Est ep. I, or. vero LI in Editione.

Fol. 111. Εἰς τὴν χειροτονίαν τῆς ἑαυτοῦ ἐπισκοπῆς. *In suam ordinationem,* incipiens: Ηλθε καὶ ἐφ' ἡμᾶς. *Ad nos quoque venit.* Deest in Edit. Bilii.

Fol. 116. v. Εἰς ἑαυτὸν καὶ πρὸς τοὺς λέγοντας, ἐπιθυμεῖν αὐτὸν τῆς καθέδρας Κπλεως. Πάτερ ἅγιε. *De se ipso et ad eos qui se ipsum cathedram Cpolitanam affectare dicebant.* Incipit: Εγὼ θαυμάζω. *Demiror ego.* Est XXVII in Edit.

Fol. 123. Εἰς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Καισάριον ἐπιτάφιος. *In fratrem Caesarium oratio funebris,* incipiens: Οἴεσθέ με ἴσως ὦ φίλοι. *Existimatis fortasse, o amici.* Est X in Edit.

Fol. 138. v. Περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας, καὶ ὅτι οὐ παντὸς ἀνθρώπου οὔτε παντὸς καιροῦ τὸ διαλέγεσθαι περὶ θεότητος. *De moderatione in disputationibus, et quod non sit cuiusvis hominis, nec cuiusvis temporis de Deo disserere.* Incipit: Επειδὴ συνεληλύθατε. *Quoniam convenistis.* Est XXVI in Edit. Desinit non procul a fine in illis verbis: Εαυτοῦ εἰ οἷόν τε τὸν ἰσραὴλ ἀντεισαχθῆναι.

ANIMADVERSIONES

Oratio, quam supra notavimus, in *Sui ordinationem* præfixum titulo habet: Εὐλόγησον πάτερ ἅγιε. Hoc porro indigitatur *orationem* illam legi consuevisse in sacris Officiis ex. gr. die festo S. Doctoris, vel etiam frustim in proxime consequentibus; quem morem testatur passim Typicum S. P. N. Barptolomæi.

Postremo e paucis quæ attigi, deprehendi, Codicem usui maximo esse posse, ut lectiones variæ in textu quam multæ internoscantur, quod idem animadverterat Matius: quod idem passim contingit in ceteris.

CODEX TERTIUS

B. α. III.

Cod. ms. membran. graec. saec. XII, constans foliis 75, longitud. metri 0, 26, latitud. 0, 19. Mutilus principio est, incipit enim a fol. quinto quaternionis tertii, an vero etiam fine, plane mihi non constat, quandoquidem integro quaternione extremus, qui scribitur XIII, exscriptus ibique sermo quidam omnino explicit. Folia media aliquot desiderantur, eorum vero quae restant, multa vel hudor vel teredo pessum dedit. Membrana laevis est, tenuis, et ab initio valde expolita; non ita sane elegans est scriptura, quae, si duo tantum folia 42 43 excipias, alia

forte, crediderim, manu exarata, prae se fert aetatem, qua characteres a pristina X et XI saeculi elegantia deficiunt, compendiisque literarum permultis abundat. Ex parvis nonnullis reliquiis Codex e nobili officina proditus, ornatibus, capitalibusque literis auro confectis constitisse videtur.

Complectitur multa e primis tribus libris S. GREGORII NYSSENI contra Eunomium, ut ista mihi cum editione Gallandiana ex Migne conferenti compertum est.

Fol. 1. Fastigio frontis corroso initium libri Primi integrum habetur tantum a verbis: Ως διὰ τοῦτο συστῆναι αὐτῷ καὶ τὴν δίκην. *Ut propterea subiisset ipsi iudicium quoque*, non longe ab ineunte cap. XI quæ prosequuntur ad verba: Καὶ οὐδεμίαν μηχανὴν ἐξευρίσκει πολλοῖς δυναθῆναι. *Et nulla multis machina praesto erat uti possent.* Hinc folium unum desideratur et rursus scriptura pergit ad verba illa plus minus: Αλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως. *Verum nescio qua ratione*; ex quibus nil amplius e codice desideratur. Verum calligraphus ipse, nescio cur, a verbis: Οταν γὰρ αὐτό τι μὴ ᾖ. *Si enim ipsum* (Ens supremum) *non sit aliquid*: ex cap. XX (iuxta codicem) continuo prosilit ad cap. XXV, componitque cum his: Τοῦ πατρὸς ἐννοίας ἀποτεμνούσης. *Desinente mente patris.* Extremo vero libro eripitur solemnior ille finis: Ἡ πρέπει πᾶσα δόξα. *Quam decet omnis gloria.*

Fol. 42. Incipit liber Secundus, cui titulus hic ex auro praetexitur: Τοῦ αὐτοῦ κατὰ Εὐνομίου λόγος β'. *Eiusdem contra Eunomium oratio altera.* Orditur autem verbis: Η τῶν χριστιανῶν πίστις. *Christianorum fides.* Non expletur; desinit enim, foliis aliquot elapsis, in haec verba: Ως γὰρ εἴς τι τα. *Ut enim si quid:* non procul ab initio cap. XIV, scilicet a fine libri, quindenis enim capitibus cunctus absolvitur sermo.

Fol. 67. Multis ante deperditis, occurrit liber Tertius ab hisce verbis in cap. II habitis: Ητε χώρα καὶ ἡ ἀοίκητος. *Terra quae habitatur et quae secus.* Atque hinc ad finem usque libri prosequitur, ad ea scilicet verba: Τούτοις περὶ τῶν προτεθέντων ἀρκεδησόμεθα. *De his quæ proposita sunt, haec dixisse sufficiet.*

CODEX QUARTUS

B. α. IV.

Cod. ms. membran. graecus saec. X, folia excipiens 208, longitud. metri 0, 23, latitud. 0, 18, duplici columna omni elegantia et nitiditate exaratus. Character minutus quidem et ligatus, sed æqualis est et bene compositus, verum quidquid tituli, scholiorum, indicum

est, unciali forma exscribitur itemque pulcherrima. Capitales aliquot literae, optimae sane notae, cinnabari, auro vel argento, ut itidem passim mæandrati quilibet ornatus conficiuntur. Sex tantum extrema folia a vulgariori scriptura in compendiariam formam nonnihil deflectunt. Complectitur Codex opera quaedam S. Maximi Abbatis et Confessoris in persecutione Monothelitarum.

Fol. 1 v. Τοῦ ἁγίου Μαξίμου μοναχοῦ καὶ ὁμολογητοῦ λόγος ἀσκητικὸς κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. *Maximi monachi et homologetae sermo asceticus per interrogationem et responsionem.* Porro vox illa λόγος in tractatibus, latine *libri* nomine interpretatur; titulo autem ὁμολογητὴς Græci proprie indigitant eos qui multa quidem pro fide ab impiis passi, nihilominus cruenta morte non occubuerunt, vel cruenter quidem peremti, non satis constat utrum proprie et vere dictum martyrium sustinuerint. Sed tamen Maximus noster, cum illi per exantlata certamina Monothelitae haeretici mortem maturassent, a Graecis saepe saepius *Martyris* etiam nomine decoratur.

Fol. 14. Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν ἀββᾶ Μαξίμου ἐπιστολὴ πρὸς Ελπίδιον πρεσβύτερον. *Sancti patris nostri Abbatis Maximi epistola ad Elpidium presbyterum.* Ast hinc revera incipit *Prologus* Tractatus, qui epistolæ ratione traditur ad Elpidium, et versa pagella subest novo titulo inscriptus, nempe: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἀββᾶ Μαξίμου πρὸς Ελπίδιον πρεσβύτερον. *S. Patris nostri abb. Maximi ad Elpidium presbyterum.* Post haec continuo venit titulus operis et partitio: Περὶ ἀγάπης ἑκατοντὰς ἀ. *De Charitate centuria prima*, seu tractatus centum brevibus dispectus capitulis. Sequitur inde *altera centuria* ἑκατοντὰς β' fol. 10 v: *tertia* fol. 26 v: *quarta* denique fol. 33.

Fol. 38. Τοῦ αὐτοῦ ὁσίου Μαξίμου ἕτερα κεφάλαια ρ'. *Eiusdem S. Maximi alia capita centum.* Porra sunt ista eadem quae in editione Combefisii apud Migne (Bibl. PP. Græcor. t. XC.) inscribuntur: Περὶ θεολογίας καὶ περὶ ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Υἱοῦ θεοῦ. *De Theologia et de Filii Dei in carne Dispensatione:* quae ibidem dicuntur etiam ἑκατοντὰς α'. *Centuria prima.* At fol. 46 Cod. subsequuntur: Τοῦ αὐτοῦ ἄλλα κεφάλαια ρ'. *Eiusdem alia centum capita*, quæ in editione inscriptionem praeseferunt Εκατοντὰς β'. *Centuria altera.*

Fol. 56. Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μαξίμου κεφάλαια ιε'. *Eiusdem S. Maximi capita quindecim.* At revera spectant haec ad *Primam* ex aliis centuriis, quas Combefisius edidit inscriptas: Καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. *De virtute ac vitio.*

Fol. 59. Cum scribi incipiantur *Quaestiones* S. Maximi circa quaedam dubia in sacris scripturis, praetexitur earum index cum hoc titulo: Τάδε ἐνεστιν ἐν τῷδε πρώτῳ βιβλίῳ τῶν ἀπόρων τῆς θείας γραφῆς. *Haec insunt in hoc primo libro dubiorum Divinae Scripturae.*

Fol. 68. Πρόλογος τῶν παρακειμένων τοῖς μετωπίοις σχολίων. *Prologus scholiorum quae fronte praejacent.*

Fol. 61. Μαξίμου ταπεινοῦ μοναχοῦ πρὸς Θαλάσσιον ὁσιώτατον πρεσβύτερον καὶ ἡγούμενον περὶ διαφόρων ἀπόρων τῆς θείας γραφῆς. *Maximi humilis monachi ad Thalassium sanctissimum presbyterum et abbatem de variis dubiis sacræ Scripturae.*

Fol. 66. v. Incipiunt *Interrogationes et responsiones.* Scholia vero in margine excipiuntur, quo pacto superposita inscriptio docet factum esse a vetusto scholiasta: et rubra signa variis modis confecta, textuique inserta ad singula scholia referuntur.

Fol. 180. v. Μαξίμου μοναχοῦ πρὸς Θεόπεμπτον σχολαστικόν. ἐρωτήσαντα περὶ τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας, καὶ τοῦ Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα. καὶ τοῦ· Μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα. *Maximi monachi ad Theopemptum scholasticum qui quaesierat de iudice iniquitatis, deque illo: Si quis percusserit te in dexteram maxillam; deque illo: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem.*

Fol. 183. Μαξίμου μοναχοῦ περὶ κοινοῦ καὶ ἰδίου τουτέστιν οὐσίας καὶ ὑποστάσεως· πρὸς Κοσμᾶν φίλον διάκονον Ἀλεξανδρείας. *Maximi monachi de Communi et Proprio idest de Substantia et Subsistentia; ad Cosmam dilectum diaconum Alexandriæ.* Scholiis item instruitur epistola, pro margine scriptis, itemque notis numeralibus in novem ceu capita distribuitur.

Fol 190 v. Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μαξίμου περὶ ἐκκλησιαστικῆς μυσταγωγίας καὶ περὶ τοῦ· Τίνων σύμβολα τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ἐπὶ τῆς θείας συνάξεως τελούμενα καθέστηκεν, *Eiusdem S. Maximi de ecclesiastica Mystagogia,* (nempe) *de eo: Quarum rerum sint signa illa quae in divina Synaxi Ecclesia peragenda constituit.* Post titulum mox additur: Κυρίῳ Θεοχαρίστῳ Μάξιμος μοναχὸς. *Domino Theocharisto Maximus monachus.* De hoc titulo aliquid adnotat Combefisius in editione (Migne PP. Graec. t. XCI). Numerantur in Cod. capita sermonis seu paragraphi tres et triginta, quos praeter Calligraphus alios quoque dispescuit lineolis margine ductis.

Fol. 202. Τοῦ ἁγίου Μαξίμου καὶ ὄντως ἀθλητοῦ καὶ μάρτυρος τῆς ἀληθείας, ἀσκητοῦ μοναχοῦ καὶ ἀληθῶς φιλοσόφου πνευματικὸς τόμος καὶ δογματικὸς, ἀποδεικνὺς τὴν κατὰ καινοτομίαν γεγονυῖαν ἐπίσακτον ἔκθεσιν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως ἐξ ὑποβολῆς Σεργίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως προέδρου, ἀπάδουσαν μὲν τῶν ἱερῶν λογίων τε καὶ πατέρων, συνάδουσαν δὲ τοῖς ἀνείροις αἱρετικοῖς, τοῖς τήνδε σύγχεσιν ἅμα καὶ τὴν διαίρεσιν τερατολογοῦσιν ἐπὶ τοῦ κατὰ χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν μυστηρίου. Γραφεῖσα ἀπὸ Ῥώμης πρὸς Στέφανον τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Δώρων, τελοῦντα ὑπὸ τὸ ἅγιον καὶ ἀποστολικὸν θρόνον τῆς ἁγίας Κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν πόλεως.

S. Maximi et vere athletae ac martyris veritatis, ascetae monachi, vereque philosophi tomus spiritalis ac dogmaticus ostendens advectitiam Ecthesim Heraclii imperatoris, quae per innovationem facta est ex suggestione Sergii antistitis Constantinopolitani; dissonam qui-

dem a sacris tum scripturis tum Patribus, consonam autem profanis haereticis, iis porro qui confusionem una ac divisionem monstruose nugantur circa mysterium (scilicet Incarnationem) Christi Dei nostri. Data (epistola) ab urbe Roma ad Stephanum sanctissimum episcopum Dorensem, constitutum sub sancta et apostolica sede sanctae Domini Dei nostri civitatis. Hoc opus post alios edidit Combefisius, sed omissis titulis in laudem S. Doctoris; cum hoc autem a Calligrapho scribi desita sunt opera S. Maximi.

ANIMADVERSIONES

In primo folio Codicis sursum versum perquam minuto et compendiario charactere excerptum aliquid est de *Notitiis* ad S. Scripturam pertinentibus. Cum primi scriptionis versus principio mutili non mihi nosci desiti sint, exscribam tantum interpretationem, quæ inde sequitur, de Nominibus Hebraicis. Ερμηνεία τῶν ὀνομάτων τῶν προφητῶν. Ωσηὲ, σκιὰ ἢ φύλαξ. Αμὼς, καρτερὰ ἡ πίστις ἡμῶν ἀπεσπᾶται. Μιχέας, τίς οὗτος ὁ βασιλεύς.. *Interpretatio nominum prophetarum. Osea, umbra aut custos: Amos, fortis fides nostra divellitur. Micheas, quis hic rex?...*

Eadem pagina sed diversis tum charactere tum manu hæc notitia uncialibus literis inscribitur, ex qua nomen ipsius Calligraphi nostri eruitur.

Ετει ,ςφ'. Ινδ. ε'. Λευκὰς ἡγεύμενος μονῆς τῆς λεγομένης τοῦ ἁγίου πατρὸς Ζαχαρίου εἰς τὸ Μερκούριον μηνὶ Νοεμβρίῳ εἰκάδι, νοσήσας, χρόνον δεκαμήνιον, κεκοίμηται ἡμέρᾳ σαββάτου, καὶ κεχώμισται ἐν τῷ ναρθῆκι τοῦ ἁγίου Αγγέλου ἐν τῷ λεγομένῳ Βαλλελευκίῳ σὺν Βαρνάβᾳ τῷ ἡγουμένῳ καὶ Νεοφύτῳ τῷ καλλιγράφῳ καὶ Θεογνώστῳ τῷ πολυμαθεῖ καὶ Ναυκρατίῳ, Ανδρέᾳ καὶ Μαρκιανῷ .....τοῖς ἀδελφοῖς. Ο λεχθεὶς καὶ τὴν βίβλον ἔγραψε ταύτην. Anno 6500 (992 a Chr. nato) *Lucas hegumenus Monasterii dicti S. P. N. Zachariae in Mercurio* (Rossanensi regione in Calabria), *vigesima die mensis Novembris, cum aegrotasset menses decem, die sabbati interiit: et humatus est in Narthece* (Ecclesiæ vestibulo) *S. Angeli in* (vico) *dicto Vallelucio una cum Barnaba hegumeno, et Neophyto Calligrapho et Theognosto* (viro) *erudito necnon Naucratio, Andrea et Marciano fratribus. Qui* (supra) *dictus est, librum hunc etiam exscripsit.* Lacunam *Marciano* inter et *fratribus* relictam esse, aliquis nostrum autumavit, ut nomen alterius exciperet qui postea moreretur, aut cuius tum forte scriptor non meminisset. At e nostris et exteris plurimi existimant scriptorem Codicis fuisse *Neophytum Calligraphum*, monachum sub Nilo patre in Monasterio Vallelucio viventem (Confr. Prolegomena), hominem profecto dignum, ut opus ea diligentia et arte elucubratum ei tribueretur, qui in sua scribendi ratione Nilum quidem forma literarum, Paulum autem abbatem, eumdemque calligraphum Codicis Isidoriani (B. α. 1.), compendiariis notis mirifice referret.

Hanc ipsam cum Codicis notitia epigraphem refert Montfalconius in *Palæograph.* lib. I. c. 6. verum, ut mihi videtur non ad unguem interpretatur, nedum diligenter exscripsit. Eidem Neophyto tribuit Codicem cl. Gardthausen *Griechische Palaeographie;* Leipsig: p. 303. Aliam recensionem huius Codicis videsis in Cod. ms. Z. δ. XXXIII.

In fol. 132 mox expleta responsione ad dubium XXI ex epistola Maximi ad Thalassium Neophytus noster subnectit hunc iambicum: Επληρώθη σὺν θεῷ ὁ πρῶτος τόμος. *Explicit auspice Deo tomus primus.* Post *Responsionem* XXXVI idem iambicus repetitur, mutato tantum numero ordinis, scilicet δεύτερος *secundus;* post Resp. XLVIII τρίτος *tertius;* post Resp. LIII. τέταρτος *quartus;* post Resp. LV. πέμπτος *quintus.* Huius rei non alia mihi ratio præsto est, quam quod inibi absolverentur vel eiusdem codicis partes, vel totidem Codices, iidemque fortasse unciales, singuli tam pauca exciperent.

Postremo, eadem absoluta epistola, continuo alius iambicus reperitur: Εγραψα χειρὶ σήπεται· γραφὴ μένει; scilicet: *Scripsi manu:* (manus) *putrefit: scriptura manet.* Itaque manet vivida et integra, ut pleraque nudius tertius exarata esse videantur!

CODEX QUINTUS

B. α. V.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis scriptis 118, longitud. metri 0, 17, latitud. 0, 14 mutilus principio et fine. Character vero non ultimae notae; capitales quaeque literae forma quadam oblongiori sandaracino colore ducuntur. Inest autem totus in eo *Palimpsesto*, de quo egimus in Serie I sub cod. LXVI. Excipit opera quaedam ascetica et theologica S. MAXIMI DOCTORIS, scilicet.

Fol. 1, cuius laciniola tantum restat, aliquot verba ostendit cap. tertii Centuriae primae *De charitate:* ὁ πιστεύων τῷ κυρίῳ. *Qui Domino credit.* Hinc subsequentibus foliis Centuria pergit ad finem. Numeri autem capitulorum hic atque deinceps in margine notantur.

Fol. 11. v. Ἑκατοντὰς δευτέρα τοῦ ἁγίου Μαξίμου. *Centuria secunda S. Maximi.*

Fol. 29. v. Ἑκατοντὰς τρίτη. Εὐλόγησον δέσποτα. *Centuria tertia: Benedic Domine.* Inde conjicies legi hoc opus a monachis consuevisse inter dd. officiorum solemnia.

Fol. 48. v. Ἑκατοντὰς Δ'. *Centuria IV.* Explicit tractatus de Charitate integer, si quid parum excipias.

Fol. 66. Τοῦ αὐτοῦ ὁσίου Μαξίμου ἕτερα κεφάλαια. Ἑκατοντὰς ε'. *Eiusdem sancti Maximi alia capitula. Centuria V.* Verum ἀνεπιγραφικῶς incipit hinc Centuria I ex *ducentis capitibus ad Theologiam Deique Filii in carnem dispensationem spectantia.*

Fol. 91. v. Τοῦ αὐτοῦ ἄλλα κεφάλαια ρ'. *Eiusdem alia capitula C.* Sed porro ista complectuntur Centuriam secundam illius theologici operis. Desinit autem ex mutilatis pagellis cæsim in capitulum LXXXVII in folio 118, cuius versae paginae frustulum verba aliquot subsequentis capituli habet.

CODEX SEXTUS

B. α. VI.

Cod. ms. membran. graecus saec. X, folia excipiens 72 longit. metri 0, 20, latitud. 0, 16, mutilus principio et fine, labefactatis marginibus perbelle restitutus. Duplici columna, bene composito charactere exaratus, minuto quidem at non nimis ligato, compendiis vero literarum fere omnino carens.

Complectitur *Regulas brevius tractatas,* opus Basilio Magno ep. et Eccl. doct. iampridem tributum (Cfr. *Prologum* S. Theod. Studit. in Ascetica minora S. Basilii primum editum ab Ang. Mai: migne *Bibl. PP. graecor. t. XCIX*).

Iam vero in fol. I incipit Regula XVI; et versa pag. extremi folii 72 desinit in Reg. CCXCII. ad ea verba (παρα)καλῶν ἐν (τῇ παρακαλήσει). *Qui exhortatur, in exhortando* (Rom. XII. 7). Illa autem respondet Regulae CCCIII editionis Garnerianae (opp. S. Basilii M. t. II), cum diverso ordine sint hinc inde digestae.

ANIMADVERSIONES

Codex hic præstantissimus, quem cl. p. Toscani vel ab ipso Nilo patre vel a quodam ex eius discipulis exaratum fuisse credidit, Gregorius XI Avenione huc appellens, anno fere 1373, deferri iussit ad Bernardum archiep. Neapolitanum, qui per Monasteria Basiliana utriusque Siciliæ ditionis eam circumduci atque exscribi curaret. Cfr. Rhodotatium (*Il rito greco in Italia* lib. II cap. VII), qui Pontificis epistolas ad eumdem Bernardum edit ex Ughellio *De Archiep. Neapol. t.* 6. *p.* 133.

Eiusdem varias lectiones Vitalius noster sua manu adnotavit Editioni Garnerianæ ex libris Bibliothecæ nostræ. Id porro superiore sæculo factum est, ex quo mox integro Codice tunc temporis initium adesse, quod in præsens, uti dixi, abest male deperditum.

CODEX SEPTIMUS

B. α. VII.

Cod. ms. membran. graecus saeculi XI, constans foliis 256, longitud. metri 0, 15, latitud. 0, 10. Parvus quidem sed characterum elegantissima compositione pretiosus, ob ea vero quae plurima continet, multo pretiosior. Initio quidem quatuor fortasse foliis, in fine autem totidem minusve vacat.

Fol. 1. Habetur mutila cuiusdam Patris *visio* seu ascetica narratio alicuius videntis. Conjicimus porro titulum ex hoc, quod fol. 10. v. inscribitur alia: ὅρασις β'. *Visio altera.*

Fol. 1. *Visio* prima est acephala: quae priora apparent igitur sunt. Αφ' ἡμῶν. Τί γὰρ καλόγηρος. *A nobis. Quid enim calogerus.*

Fol. 10. v. *Visio altera* incipiens: Διηγήσατο πάλιν ὁ αὐτὸς μοναχὸς, ὅτι ἐν τῇ ἁγ. τεσσαρακοστῇ. *Narravit rursus idem monachus quod in Sancta Quadragesima.*

Fol. 19. v. *Visio tertia* gaudet eodem principio.

Fol. 26. *Visio quarta* incipiens: Διηγήσατο πάλιν ὁ αὐτὸς μοναχὸς, ὅτι ποτὲ ὄντος μου ἐν τῇ ἡσυχίᾳ. *Narravit rursus idem monachus, quod cum olim essem in solitudine.*

Fol. 35. Εὐχὴ τοῦ ἁγίου Εὐστρατίου. *Oratio S. Eustratii,* incipiens:

Μεγαλύνων μεγαλύνω σε κύριε. *Magnificans magnificabo te, Domine.* Mutilo fine desinit in illa verba: Καὶ τῇ σῇ δυνάμει ἀνάγαγέ με εἰς τὸ θεῖον. *Et virtute tua deduc me ad Divinum.* Inest in actis S. Martyris apud Metaphrasten. Edit. Migne t. CXVI.

Fol. 36. Ἀναστασίου ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ἐπενεχθείσας αὐτῷ ἐπερωτήσεις παρά τινων ὀρθοδόξων περὶ διαφόρων κεφαλαίων. ANASTASII *responsiones ad sibi propositas interrogationes a quibusdam Catholicis super diversa capitula.* Me quidem latet utrum brevitatis an veritatis amore calligraphus sustulerit apocryphum titulum, nempe « *Sinaitae episcopi Antiocheni* » qui invectus est in *Anastasium* nostrum. Profecto jampridem res in confesso est apud eruditos, Auctorem operis non extitisse quidem episcopum Antiochenum, qui floruit saeculo sexto, sed alium serioris aetatis, seu episcopum seu monachum dumtaxat egerit, cum interdum auctoritate Climaci, Maximi vel Moschi, saeculi scilicet VII scriptorum utatur. *Sextum* recenset hunc Anastasium cl. Card. Pitra in *Anastasiana,* quae inserit in op. *Iuris Ecclesiastici Graecorum* t. II pp. 238 et seqq.

Ex huiusmodi *Responsionibus* calligraphus delectum habuit, et epitomen confecit, tum quoad ipsa capitula, tum quoad testimonia in singulis olim injecta; quandoque etiam testes duarum in unam tantum congerit. Selectarum itaque *Responsionum* indiculum habeto. Praescripto titulo subnectitur continuo:

Ἐρώτησις Α'. Τί ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ τελείου χριστιανοῦ. *Quod est signum perfecti Christiani.*

Fol. 40. Β'. Ἐάν τις ἁμαρτήσας μετενόησεν, καὶ πάλιν εἰς τὴν ἁμαρτίαν ἔπεσεν, εἴ τε μετάνοιαν καὶ τοὺς κόπους ἐκείνους ἀπώλεσεν, καὶ μάλιστα εἰ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀπέθανεν; *Si quis cum peccasset, poenitentiam egit et rursus cecidit in peccatum, utrum poenitentiam, eosque labores amisit, maxime vero si post peccatum mortuus sit?*

Fol. 41. v. Δ'. (sic) Ἐάν τις παύσῃ τῆς ἁμαρτίας, ἀρκεῖ τοῦτῳ πρὸς μετάνοιαν ἢ οὔ; *Si quis a peccato desistat, sufficit (id) ipsi ad pœnitentiam necne?*

Cum scriptor exceperit *secundam Resp.*, *tertiam* vero inscripserit *secundam,* hanc *quartam* proprio numero supputat, quem ordinem reversus ad seriem servat deinceps.

Fol. 44. Ζ'. Καλὸν ἄρα κοινωνεῖν συνεχῶς ἢ ἐκ διαλείμματος; *Est ne melius communicare assidue an interjecto aliquo spatio?*

Fol. eod. v. Η'. Ἐκ πόσων τρόπων ἡ πορνεία, καὶ οἱ ἐνυπνιασμοὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γίνεται (sic); *Quot modis fornicatio, et illusiones per insomnia in homine fiunt?*

Fol. 50. v. Θ'. Πόσοι τρόποι ἐγκαταλείψεώς εἰσιν, εἴτε εἰς θλίψεις, εἴτε εἰς ἀσθενείας· καὶ πῶς γνώσωμεν (sic) τὴν ἐκ θεοῦ παιδείαν, ἢ τὸν ἐκ τοῦ διαβόλου πειρασμόν. *Quot sunt modi derelictionis seu in afflictionibus, seu in peccatis, et quo pacto cognoscemus Dei castigationem aut diaboli tentationem.*

Fol. 64. ΙΓ'. Πόσον μέτρον τῶν ἰδίων χρημάτων ὀφείλει προσφέρειν τις τῷ θεῷ. *Quantam bonorum suorum mensuram debet quispiam offerre Deo.*

Fol. 65. ΙΔ'. Sine titulo exscribitur, eo quod existimavi parum interesse huius inter et superioris argumentum. Cfr. Editionem.

Fol. 70. v. Ις'. Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· ὅτι αἱ ἐξουσίαι τοῦ κόσμου ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσὶν, ἆρα λοιπὸν πᾶς ἄρχων καὶ βασιλεὺς καὶ ἐπίσκοπος ἀπὸ τοῦ θεοῦ προχειρίζεται. *Cum dicat Apostolus, potestates a Deo ordinatas esse, utrum igitur omnis princeps et rex et episcopus a Deo praeficitur.*

Fol. 76. ΙΗ'. Ἆρα πάντες οἱ κρημνιζόμενοι ἢ καταποντιζόμενοι, ἢ καταχωννύμενοι κατὰ θείαν ἀπειλὴν καὶ πρόσταξιν πάσχουσιν, ἢ ἐξ ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ. *Utrum omnes qui praecipites dantur, aut submerguntur, aut terra obruuntur, ex divina comminatione et jussione hoc patiantur, an ex Maligni operatione.*

Fol. 79. v. Ιθ'. Τί ἐστιν τύχη· καὶ εἰ ἔξεστιν τὸν χριστιανὸν ὁμολογεῖν τύχην. *Quid est fortuna; et an liceat Christiano confiteri fortunam.*

Fol. 82. Κ'. Ἐκ ποίας δυνάμεως οἱ τὰ ἐναντία φρονοῦντες προφητεύουσιν πολλάκις, καὶ θαυματουργοῦσιν. *Quanam virtute saepe prophetant et mirabilia faciunt illi qui contraria* (a Fide) *sentiunt.*

Fol. 90. v. ΚΓ'. Αἰσθητός ἐστιν ὁ παράδεισος ἢ νοητός; φθαρτὸς ἢ ἄφθαρτος; *Sensibilis est Paradisus an intelligibilis? corruptioni obnoxius an incorruptionis expers?*

Fol. 96. v. Λ'. Τίνος ἕνεκεν καταρᾶται ὁ Ἰὼβ τὴν ἡμέραν αὐτοῦ; *Quare Iob maledicit diei suae?*

Fol. 98. ΛΑ' Πῶς ἔστη ὁ διάβολος ἐνώπιον τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων; *Quomodo stetit diabolus coram Deo cum Angelis?*

Fol. 100. Λς'. Πῶς νοητέον τὸ· « Οὐκ ἔδωκεν κύριος ὁ θεὸς ὑμῖν καρδίαν εἰδέναι καὶ ὀφθαλμοὺς βλέπειν, καὶ ὦτα ἀκούειν, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. » *Quomodo intelligendum illud: « Non dedit vobis Dominus Deus cor ad sciendum, et oculos ad videndum et aures ad audiendum, usque ad hunc diem ».*

Fol. 104. v. Νς'. Πῶς νοητέον τὸ· "Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαύσηται, ζημιωθήσεται, αὐτὸς δὲ σωθήσεται ὡς διὰ πυρός." *Quomodo intelligendum illud: « Si cujus opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit quasi per ignem. »*

Fol. 107. v. ΡΜΒ'. Πῶς φησιν ὁ ἀπόστολος ποτὲ μὲν. "Μὴ γίνεσθε ἄφρονες", ποτὲ δὲ "Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι καθ' ἑαυτούς." *Quomodo dicit Apostolus, interdum quidem: « Nolite fieri insipientes: » interdum autem: « Nolite fieri prudentes apud vosmetipsos. »*

Fol. 111. ΞΑ'. Πῶς νοητέον· "Ἐὰν δύω ὑμῶν φανῶσιν-συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς." *Quomodo intelligendum: « Si duo ex vobis appareant consentientes super terram ».*

Fol. 112. ΞΓ'. Τοῦ κυρίου λέγοντος πρὸς τοὺς ἁγίους αὐτοῦ. "Ὅσα ἂν δήσητε, ἔσται δεδεμένα." Ἐάν τις παροργίσειεν ἅγιον, καὶ ἀποστείλῃ νόσον ἢ δαίμονα ἢ θάνατον, ἢ ἄλλην τινὰ τιμωρίαν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἆρα δύναται ὁ ἄνθρωπος παρακαλέσαι ἕτερον ἅγιον ἐκφυγεῖν τῆς ἀποφάσεως τοῦ ἁγίου ἀνδρός. *Cum dicat Dominus sanctis suis: « Quaecumque ligaveritis, erunt ligata » siquis ad*

iram concitaverit (virum) *sanctum, et hic miserit morbum vel dæmonem vel mortem, vel aliquod aliud supplicium in domum eius; an potest homo, alium sanctum invocare ad effugiendam sententiam* (illius) *viri sancti.*

Fol. 113. v. ΞΓ'. Τοῦ Κυρίου πάλιν λέγοντος. "Εάν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας ἀφίενται αὐτοῖς·" Ἐὰν ἁμαρτήσῃ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, καὶ μετὰ τοῦτο μετανοήσας αὐτῷ λάβῃ συγχώρησιν παρ' αὐτοῦ, ἆρα συνεχωρήθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ. *Cum rursus dicat Dominus: « Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; » si peccavit homo in hominem, et postea poenitentia ductus ab ipso acceperit condonationem, an a Deo quoque veniam accepit.*

Fol. 115. v. ΞΔ'. Τοῦ χριστοῦ λέγοντος· "Οὐ τὰ εἰσερχόμενα διὰ τοῦ στόματος κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον." καὶ διὰ τί οἱ πατέρες ὥρισαν, μὴ ἐσθίειν κρέα ἐν ταῖς ἁγίαις νηστείαις; *Cum Christus dicat: « Non quæ intrant per os coinquinant hominem; » cur statuerunt Patres, ne vesceremur carnibus in sanctis jejuniis?*

Fol. 120. Ο'. Πῶς νοητέον τὸ· "Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε." *Quomodo intelligendum: « Nolite judicare, et non judicabimini. »*

Fol. 121. ΟΓ'. Πῶς ὁ λῃστὴς πρὸ τῆς ἀναστάσεως εἰσῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον; *Quomodo latro ante resurrectionem ingressus est in paradisum?*

Fol. 122. v. ΡΝΔ'. Μαξίμου. Τίνος τύπον καὶ εἰκόνα ἐπέχει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. *Ex Maximo. Cujus typum et imaginem Ecclesia gerat.* Sed *Responsio* hæc subito abrumpitur, deperditis inde aliquot foliis.

Fol. 123. Or. de *Pseudoprophetis*, in spuriis opp. S. Joan. Xmi. (Mtf. t. VIII), incipit: Ὀδυνηρὸς λόγος. *Lugubris oratio.* At in Codice, elapsis foliis, apparet ab extremo §. 6. (ὁ λόγος) ὑμῶν ἐξέλειπεν. *Sermo vester defecit.*

Fol. 137. Λόγος εἰς τὸν μάταιον βίον, καὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν. Κύριε εὐλόγησον. *Sermo in hanc vanam vitam, et in secundum Adventum. Domine benedic.* Incipit autem: Ὅσοι τὰ τοῦ βίου μάταια καὶ ἀπολλύμενα πράγματα κατελείπατε. *Quotquot vitae huius vanas et perditas res reliquistis.* Est opus S. Ephraem Syri. Cfr. edit. Asseman. t. III p. 308.

Fol. 142. v. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ χρυσορόμου· περὶ σωτηρίας ψυχῆς, καὶ περὶ ὑπομονῆς καὶ εὐχαριστείας, καὶ εἰς τὸ μὴ σφόδρα θρηνεῖν τοὺς τελευτῶντας. Κε εὐλόγησον. *S. P. N. Joannis archiepiscopi Constantinopolitani Chrysostomi. De salute animae, nec non de patientia et gratiarum actione; tum quod non sunt nimis lugendi defuncti. Benedic Domine.* Italica interpretatione donatam edidit cl. Cozza an. 1869 ex hoc Codice, quin exhiberet græcum textum. Incipit a verbis: Ἀδελφοί, καὶ γὰρ πολλάκις ὑμᾶς περὶ τούτου παρεκάλεσα. *Fratres sane vos de hac re saepe consolatus sum.* Porro est eadem oratio, tantum decurtata principio, quam Montefalconius edit inter spurias Chrysostomi t. IX, cui hoc initium praejacet: Φέρε σήμερον μάλιστα τῶν προτέρων ἡμερῶν. *Age, hodie diligentius quam praeteritis diebus.* Sed, ut usuvenit, in variationes textus passim offendimus.

Fol. 152. v. Λόγος τοῦ ἁγίου Αββὰ Συμεὼν κιωνίτου ὄντα (sic) μονῆς τοῦ Ορους τοῦ θαυμαστοῦ, ὃν εἶπεῖν διήγειρεν ὁ θεὸς ὡς τὸν Δανιὴλ διὰ Πνεύματος ἁγίου· Περὶ πονηρᾶς τελευτῆς ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναπαύσει κοιμήσεως δικαίου· ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας. *Sermo abbatis sancti Symeonis stylitae qui fuit e monasterio Montis admirabilis, quem dicere suscitavit Deus per Spiritum Sanctum ceu* (alium) *Danielem: De mala morte peccatoris et de quieta dormitione Justi: cum ageret quartum et decimum annum aetatis suae.* Primum e Cod. Vaticano Gr. 2021 eruit Card. Mai, et typis impressit, paravitque suae NOVAE PATRUM BIBLIOTHECAE, sed cum cl. Viro octavum operis tomum mors intercepisset, vulgavit cum Epistolis Theodorianis cl. Cozza, confecitque paratum volumen Romae apud Jos. Spithöver an. 1871. Haec igitur oratio in serie inscribitur undecima prima. At cunctas ibique editas, tribus dumtaxat exceptis prioribus, ipse ego rogatus a cl. viro dissertatione quadam instruxi de *αὐθεντία*, quam Tomi ipsius Praefationi inserui. Nunc autem earum legitimae originis novum, quod me tum latebat, argumentum accedit ex superiori inscriptione.

Fol. 156. Λόγος τοῦ ἁγίου ἀββὰ Συμεὼν περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ θεοῦ Λόγου, καὶ δικαίας ἀνταποδώσεως· ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας. *Sermo S. abbatis Symeonis de secundo Adventu Verbi Dei, et de iusta retributione:* (habitus) *anno XIV ætatis eius.* Hanc etiam retulit in Editione Maiana cl. Cozza sub num. XII, priorem autem fecit XI.

Fol. 159.-205. Habentur excerpta quædam copiosissima ex N. Testamento, quæ retuli in Cod. A. β. II. Ser. I.

Fol. 205. Ιωάννου ἀρχιεπ. Κωνσταντινουπ. τοῦ Χρυσοστόμου. Εἰς τὴν Ανάστασιν. *Joannis archiep. CPolitani Chrysostomi. In Resurrectionem.* Incipit: Χαίρετε ἐν κυρίῳ, πάντες ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. *Gaudete in Domino, cuncti dilecti fratres.* Editur a Migne inter sp. opp. S. Patris tom. II p. II.

Fol. 211. Τοῦ Θεολόγου ἐκ τοῦ εἰς τὴν Νέαν Κυριακήν. scilicet *Gregorii Theologi Nazianzeni e sermone in Dominicam Novam* quæ Græcis etiam indigitatur *S. Thomæ,* Latinis autem *in Albis.* Verum paullo amplior inscriptio orationis inest Editioni BILLII et MORELLI (Lipsiæ 1690): appingitur enim: Καὶ εἰς τὰ ἔαρ καὶ εἰς τὸν μάρτυρ. Μάμαντα. *Et in veris tempus et in martyrem Mamantem.* At si forte hæc erant in Codice suo, non exscripsit Calligraphus, consulto quidem, dixerim, eo quod proœmium ipsum Orationis sat longum omnino præcidit; orditur vero ex his verbis: Ινα ὥσπερ ἡ πρώτη κτίσις τὴν ἀρχὴν ἀπὸ κυριακῆς λαμβάνει. *Ut, quemadmodum prima creatio, initium sumit a Dominica:* succidit item quidquid de *veris tempore* subnectitur usque ad illa verba: Εγω σοι ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καινή. *Sit tibi novum cœlum et terra nova.*

Fol. 213. v. Τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Αθανασίου ἀρχιεπ. Αλεξανδρείας λόγος περὶ Τριάδος. *S. P. N. Athanasii archiep. Alexandriae sermo de Trinitate.* Incipit: Ερωτ. Πιστεύσαντες καὶ βαπτισθέντες εἰς Τριάδα. Interrog. *Credentes et*

baptizati in Trinitatem. Ita deinceps alia quædam excerpta ex iis quæ datæ sunt *Quæstiones ad Antiochum Ducem*, quarum potior saltem pars, auctore Cavæo (Sæcul. Nestorian.), tribuenda est *Athanasio juniori*, qui ep. Alexandriae floruit an. 490.

Fol. 220. Τὰ ῥήματα ἁγίων πατέρων ὀφέλιμα πάνυ. *Dicta SS. Patrum valde utilia.* Sub nomine *apophtegmata Patrum*, graece habentur apud Migne (Bibl. graec. t. LXV.). Sed noster Calligraphus ex spirituali hoc viridario tantum flores hac illac *pulchros et suaves virtutis* decerpsit.

Fol. 227. v. ad calcem: Ερώτησις τοῦ ἁγ. Κλήμεντος πρὸς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Πέτρον. *Interrogatio S. Clementis ad S. apostolum Petrum.* Incipit: Πλὴν περὶ ἀληθείας πρῶτον πληροφορηθῆναι θέλω. *Verum quoad veritatem primum certior fieri cupio.*

Excerptum hoc est ex Epitome Clementina *de Gestis S. Petri Apostoli*, edita Antuerpiae MDCXCVIII. Verum non valde consonat Editioni. Incipit a medio paragrapho XVI ad XIX iam inceptum. Prosequitur hinc per alias, quas nondum comperi, partes, sed ista notasse sat est.

Fol. 236. Οκτώ εἰσι πάντες οἱ γενικώτατοι τῆς κακίας λογισμοί. *Octo omnino sunt capitales malitiae cogitationes.* Tum accedunt alia excerpta ἐκ τοῦ ἁγ. Μαξίμου: *ex S. Maximo.* Περὶ ψυχῆς ἀρετῶν. *De virtutibus animae.* Videntur notulae vel a Calligrapho vel ab alio ante ipsum auctorem desumptae e SS. Patribus.

Fol. 237. Ευχαὶ τῶν ὡρῶν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός. *Preces nempe dicendae diei horis et noctis.* Εὐχὴ τῆς μεταλήψεως τῶν ἀχράντων μυστηρίων. *Oratio in sumptionem sacrorum mysteriorum.* Incip: Κύριε οὐκ εἰμὶ ἄξιος. *Domine non sum dignus.*

Fol. 238. Εὐχὴ τῆς κοιμήσεως. *Oratio in dormitione* (dicenda antequam quis cubitum eat). Incip: Κύριε Ιησοῦ Χριστὲ, βασιλεῦ αἰώνιε. *Domine Jesu Christe, aeterne Rex.*

Fol. eod. v. Τί σοὶ προσάξω. *Quid afferam tibi.*

Fol. 239. v. Δέησις τῆς ὑπεραγ. Θεοτόκου. *Deprecatio in SS. Deiparam.* Incip: Πολλῶν καὶ μεγάλων ἀπολαῦσαι. *Multis magnisque frui donis.*

Fol. 242. Εὐχὴ εἰς τὸν Δεσπότην. *Oratio in Dominum.* Incip: Δέσποτα κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν. *Dominator Domine Deus noster.*

Fol. 243. Ευχὴ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον. *Oratio in Deiparam Sanctam.* Incip: Παναγία δέσποινα Θεοτόκε. *Sanctissima Domina genitrix Dei.*

Ibidem. Εκ τῶν ἐπιστολῶν Ισιδώρου ἐκ τοῦ β'. βιβλίου. *Ex altero libro Epistolarum Isidori.* Λόγος ις'. *Sermo* XVI. Ita quidem inscribitur Epist. *ad Palladium Diaconum*, quae est XVI libri II iuxta Codicem nostrum Isidorianum B. α. I. fol. 66.

Fol. 247. Ισιδώρῳ διακόνῳ λόγος ν'. *Isidoro diacono ser. L*, fol. 72. v.

Fol. eod. v. Στρατηγίῳ μονάζοντι λόγος τριακοστος-ὸς πρῶτος· περὶ πορνείας. *Strategio monacho sermo tercentesimus primus. De fornicatione:* fol. 106. Margine numerantur paragraphi, ut fit in Codice Isidoriano.

Fol. 250. Κυρίλλου (sic) ἐπισκόπῳ λόγος τκζ'. *Cyrillo episcopo, sermo CCCXXVII*, fol. 109. v.

Fol. eod. v. Θέωνι ἐπισκόπω φιζ'. *Theoni episcopo DXVII*, f. 136 v.

Fol. 251. Αλυπίῳ σχολαστικῷ φνς'. *Alypio scholastico DLVI*, fol. 140. v.

Ibidem. Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ. *Cyrillo episcopo.* Non adnumeratur, sed in Codice est *quadrigentesima octagesima prima:* fol. 144.

Fol. eod. v. Νείλῳ λόγος φπε'. *Nilo sermo DLXXXV*, fol. 144. v.

Ibidem. Παλλαδίῳ διακόνῳ λόγος φπη'. *Palladio Diac. ser. D. LXXX. VIII*, fol. 144. v.

Fol. 252. Ερμηνίῳ κώμητι λόγος φπθ'. *Herminio Comiti, sermo DLXXXIX*, fol. 144. v.

Fol. eod. v. Ισιδώρῳ ἐπισκόπῳ λόγος φμβ'. *Isidoro episcopo, sermo DXCII*, fol. 145. v.

Fol. 253. v. Ιωσὴφ πρεσβυτέρῳ λόγος χκδ'. *Iosepho presbytero, sermo DCXXIV*, fol. 149.

Fol. 254. Ερμηνίῳ κώμητι λόγος ψξθ'. *Herminio Comiti, sermo DCCLXIX*, fol. 166. v.

Fol. eod. v. Θεοπέμπτῳ πρεσβυτέρῳ. *Theopempto presbytero*, (sermo *CMXVIII*) fol. 182. v.

Ibidem. v. Περὶ Πατρὸς· Τί πατὴρ, καὶ κατὰ τί εἴρηται πατὴρ καὶ ὁσαχῶς ἐπὶ θεοῦ ἡ πατρώτης. *De Patre* divino *Quid est pater, et secundum quid dicitur pater, et quotuplex paternitas est in Deo.* Datis tribus responsionibus seu definitionibus pergitur ad definiendum περὶ υἱοῦ, *de Filio* περὶ πνεύματος *de Spiritu*, περὶ ἀειδίου *de æterno*, περὶ ἰδιωμάτων *de idiomatibus*, περὶ ὁμοουσίου *de consubstantiali*, postremo περὶ ψυχῆς *de anima, deque ad eam pertinentibus.* At continuo interrumpitur sermo intereunte Codice. Porro ista sunt quaedam laciniae Anastasii sinaitae operis cui titulus: Οδηγὸς. *Dux viae.* Migne Patrol. Graec. t. LXXXIX.

CODEX OCTAVUS

B. α. VIII.

Codex ms. membran. graecus saeculi XI, folia excipiens 175, longitud. metri 0, 15, latitud. 0, 12, mutilus principio tantum paullulum est, quod initio pagellae attritu et madore pessum iverint mediae

vero quaedam omnino interierunt. Character non minus ligatus, at nitidus: tituli, si qui occurrant, literis uncialibus exscribuntur. Atramentum quidem iam diu flavescit, at vividae sunt literae capitales rubro et caeruleo colore confectae, nodulisque conjectae.

Complectitur sermones XL ISAAC vel ISACII SYRI monachi: et Ἀνακεφαλαίωσις seu *recapitulatio* vel epitome e *Scala perfectionis* S. JOANNIS CLYMACI et aliquot eiusdem sermones. Præcurrit quidam indiculus non absolutus alterius manus.

Ex folio igitur primo non restat, nisi oblonga lacinia ad eam, qua paginae adhaerent, partem. Praetextum tantum quiddam ornatus, et tituli sermonis primi apparent. Epigraphem vero praebet Index: Περὶ τῆς ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας. *De renunciatione et conversatione monastica.*

Fol. 13. Τοῦ αὐτοῦ λόγος δεύτερος. *Eiusdem sermo alter.* Deest titulus. Incip. Πολλὴν ὁ θεὸς δέδωκεν τοῖς ἀνθρώποις. *Multam Deus dedit hominibus.*

Fol. 27. v. Τοῦ αὐτοῦ λόγος τρίτος. *Eiusdem sermo III* est ita anepigraphus. Incipit autem: Τὸ ἕν τινι συμπτώματι τῆς ἁμαρτίας ὀλισθαίνειν. *Incidere in aliquem peccati.*

Fol. 40. v. Τοῦ αὐτοῦ κατ' ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν. *Eiusdem per interrogationem et responsionem.* In marg. additur δ'. nempe *quartus* et est anepigraphus. Inc: Ποίῳ δεσμῷ συνέχεται καρδία. *Quo vinculo contineatur cor.*

Fol. 49. v. Περὶ τῆς τῶν δακρύων διαφορᾶς. *De lacrymarum discrimine.* Incip: Εἰσὶ τινὰ μὲν τῶν δακρύων καίοντα καὶ εἰσὶ δάκρυα πιαίνοντα. *Sunt sane quædam lacrymæ quæ urunt, et sunt lacrymæ quæ pinguefaciunt.* Pars est præcipua sermonis IV.

Fol. 54. Περὶ τάξεως τῆς μοναχικῆς πολιτείας, συντομίας τε καὶ διαφορᾶς, πῶς τε καὶ ποίῳ τρόπῳ τίκτονται αἱ ἀρεταὶ ἐξ ἀλλήλων. Ε'. *De ordine monasticae vitæ necnon de concisione et discrimine, tum quo pacto altera ab altera vicissim nascantur virtutes. V Sermo.* Incipit: Ἐκ τῆς βιαίας ἐργασίας τίκτεται. *Ex violenta operatione gignitur.*

Fol. 55. v. Περὶ διαφόρων τρόπων τοῦ πολέμου τοῦ ἐκ τοῦ διαβόλου πρὸς τοὺς ἐν τῇ στενῇ ὁδῷ τῇ ὑπερεχούσῃ τὸν κόσμον πορευομένους. *De diversis rationibus quibus Diabolus bellum infert iis qui ambulant angusta illa via, qua vincitur mundus.* Est *sextus* ς'. sermo. Incip: Ἔχει ἔθος πάλιν ὁ διάβολος ἀντίπαλος ἡμῶν. *Morem veterem habet adversarius noster Diabolus.*

Fol. 57. Δεύτερος τρόπος τῶν πολέμων τοῦ ἐχθροῦ. *Altera ratio bellorum hostis.* Sermo *septimus* ζ'. Incip: Οὓς δὲ ἀνδρείους καὶ δυνατοὺς θεωρεῖ ὁ διάβολος. *Quos vero Diabolus fortes potentesque inspicit.*

Fol. 60. Τρίτος τρόπος πρὸς τοὺς ἀνδρείους. *Tertia ratio* (belli) *contra fortes.* Sermo *octavus* η'. Inc: Οταν οὖν μετὰ ταῦτα ὅλα ἐπανας-ῇ ὁ διάβολος. *Quum igitur post haec omnia surrexerit Diabolus.*

Fol. 60. v. Αντίῤῥησις ἄλλη τοῦ πολέμου. *Alia belli repulsio.* Est sermo *nonus* θ'. Incipit: Λοιπὸν τοῦτο μόνον ὑπελείφθην (sic) αὐτῷ. *Ceterum hoc unum adsumitur contra eum.*

Fol. 67. v. Sermo decimus ι'. Inscriptio quæ datur in præfixo Indice non inspici desita est præ attritu et obscuritate chartae. Incipit autem: Μακάριος ἄνθρωπος ὁ γινώσκων τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν. *Beatus homo qui novit infirmitatem suam.*

Fol. 68. v. Περὶ τῶν λόγων τῆς θείας γραφῆς τῶν πρὸς μετάνοιαν αἱρετιζόντων. Οτι πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀνθρώπων ἐῤῥέθησαν, ἵνα μὴ ἀπόλωνται ἀπὸ θεοῦ ζῶντος· καὶ ὅτι οὐ δεῖ πρὸς ἀφορμὴν τοῦ ἁμαρτάνειν ἐκβαλεῖν αὐτούς. *De divinæ scripturae verbis ad eos qui pœnitentiam amplectuntur; quoniam detulerunt se ad* (considerandam) *humanam infirmitatem, ne disperderentur a Deo vivente. Et quod non oporteat se ipsos conjicere in occasionem peccandi.* Incip: Τὴν ἀνδρίαν ἣνπερ οἱ πατέρες ἐν ταῖς γραφαῖς τεθείκασι. *Virtutem illam quam patres constituerunt in scripturis.*

Fol. 71. Εν τινι φυλάττεται τὸ κάλλος τῆς μοναχικῆς πολιτείας· καί τις ὁ τρόπος τῆς μοναχικῆς δοξολογίας. *Quo pacto custodiatur species status monastici, et quæ sit ratio, qua monachi Deum glorificent.* Est sermo *decimus secundus* ιβ'. Incip: Δεῖ τὸν μοναχὸν εἶναι. *Oportet ut monachus sit.*

Fol. 72 v. Περὶ τῆς ἐναλλαγῆς καὶ τροπῆς τῆς γινομένης τοῖς ὁδεύουσιν ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἡσυχίας τῇ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένῃ, συμβαίνει γὰρ σκυθρωπότης καὶ ψυχικὸς πνιγμὸς, καὶ ἐξαίφνης χαρὰ καὶ ἀσυνήθης θερμότης. Δόξα τῷ εὐθετοῦντι τὰς ὁδοὺς ἡμῶν. Αμήν. *De alternatione et mutatione quæ evenit eis qui viam quietis ambulant sibi a Deo ordinata: accidit enim eis mœstitia et mystica suffocatio, subito autem gaudium, et insolitus fervor. Gloria Deo qui apte disponit vias nostras. Amen.* Sermo est *decimus tertius* ιγ'. Incipit: Ο συνελθὼν τῷ νοὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἡσυχίᾳ πολιτεύσασθαι. *Cui contigit gerere se in quiete mentis suæ.*

Fol. 73. Περὶ τῶν ἡσυχαζόντων. Πότε ἄρχονται νοεῖν ποῦ ἔφθασαν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν ἐν τῇ ἀπεράντῳ θαλάσσῃ ἤτοι τῇ διαγωγῇ τῆς ἡσυχίας; καὶ πότε δύναται ἐλπίσαι μικρὸν ὅτι ἤρξατο διδόναι αὐτοῖς οἱ κόποι αὐτῶν καρποὺς. *De iis qui quietam agunt vitam. Interdum cogitare incipiunt, quomodo se gesserint in operibus suis in mari infinito, quod est institutum vitæ quietis; interdum vero puram in spem se erigere possunt, eo quod labores eorum cœperunt dare eis fructus suos.* Est *decimus quartus* sermo. ιδ'. Inc. Λέγω σοι πρᾶγμα. *Rem tibi enarro.*

Fol. 74. v. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ τὸν πτωχεύσαντα ἀπὸ τῶν κοσμικῶν καὶ ἐξεληλυθότα εἰς ἀναζήτησιν ἑαυτοῦ διὰ τὸ μὴ ἐφθακέναι τὴν κατάληψιν τῆς ἀληθείας, φόβῳ τοῦ παύσασθαι τῆς ἀναζητήσεως, καὶ μὴ ψυχρανθῆναι τῆς θέρμης τῆς τικτομένης ἀπὸ τοῦ πόθου τῶν θείων, καὶ τῆς ἐρευνήσεως τῶν μυστηρίων αὐτῶν. Δι' ὧν τρόπων πέφυκεν ὁ νοῦς φύρεσθαι ἐν τῇ μνήμῃ τῶν παθῶν. ιε'. Ser. XV. *Quod servo Dei, qui pauper est rebus mundanis, et venit ad inquirendum se ipsum, ut non præveniat acquisitionem veritatis, non sit cessandum ab* (hac) *inquisitione ex timore neque refrigescendum a fervore*

qui paritur tum amore rerum divinarum, tum meditatione mysteriorum. Quibus modis contingat ut animus trahatur ad recordandos sui motus. Incip. Τρεῖς εἰσι τάξεις. *Tres sunt ordines.*

Fol. 76. v. Περὶ τῶν τρόπων τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος· καὶ τίνα δεῖ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν θεὸν. καὶ τίς ἐστιν ὁ ἀφρόνως καὶ ἀσυνέτως ἔχων τὴν ἐλπίδα. *De speciebus spei in Deum. Et quae sperari oportet a Deo, et quis est qui insipientem et stultam spem habet.* Ser. XVI. Incipit: Γίνεται ἐλπὶς ἐπὶ τῷ Θεῷ. *Spes in Deo fit.*

Fol. 79. v. Περὶ ἀποταγῆς κόσμου, καὶ ἀποτευχῆς (sic) τῆς πρὸς ἀνθρώπους παῤῥησίας. *De renunciatione mundi, deque infelici successu confidentiæ in hominibus.* Ser. XVII. Inc. Οταν ἀγαπήσωμεν. *Cum diligamus.*

Fol. 83. Οτι ὀφέλιμος τοῖς ἡσυχασταῖς ἡ ἀργία τῶν φροντίδων, καὶ ἐπιζήμιος ἡ εἴσοδος καὶ ἡ ἔξοδος. *Quod utilis est eremitis vacatio a curis, et exitialis ingressus et regressus.* Ser. XVIII. Inc. Ανθρωπος πολυμέριμνος. *Homo multis adstrictus curis.*

Fol. 85. v. Περὶ των ὁδῶν τῶν πλησιάζειν τῷ Θεῷ ποιουσῶν, φανερουμένων τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ τῶν ἡδέων ἔργων τῆς νυκτερινῆς ἀγρυπνίας. Καὶ ὅτι οἱ ἐν τῇ διαγωγῇ ταύτῃ ἐργαζόμενοι μέλι τρέφονται πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. *De viis quæ faciunt accedere ad Deum, quæ manifestæ fiunt homini ex dulcibus operibus nocturnæ vigiliæ. Et quod illi qui operantur in huiusmodi vitæ instituto, melle nutriuntur cunctis diebus vitæ suæ.* Serm. XIX. Inc. Μὴ νομίσῃς ὦ ἄνθρωπε. *Ne putes, o homo.*

Fol. 89. v. Περὶ δυνάμεως ἐνεργείας τῶν κακιῶν, ὑπὸ τίνων συνίστανται καὶ ὑπὸ τίνων ἀναλύονται. *De virtute actionis malitiarum, quibus vero congregentur, quibus autem dissolvantur.* Ser. XX. Incipit: Εως ἂν μὴ ἀληθῶς. *Usquedum non vere.*

Fol. 94. v. Περὶ φυλακῆς καρδίας καί θεωρίας λεπτοτέρας. *De custodia cordis et de tenuiori contemplatione.* Ser. XXI. Inc. Εἰ κατὰ μόνας ὑπάρχεις. *Si segregatus es.*

Fol. 96. Περὶ σημείων ἐνεργημάτων τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ. *De insignibus operationibus amoris Dei.* Ser. XXII. Inc. Η ἀγάπη τοῦ Θεοῦ. *Amor Dei.*

Fol. 97. Περὶ τῶν τρόπων τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων. *De virtutum speciebus, deque iis quæ tales non sunt.* Ser. XXIII. Incipit: Η ἄσκησις μήτηρ. *Solitudo mater.*

Fol. 99. Περὶ τῆς ἀδιαλήπτου νηστείας, καὶ τοῦ συνάξαι ἑαυτὸν ἐν ἑνὶ τόπῳ καὶ τί τὰ ἐκ τούτων γεννώμενα, καὶ ὅτι ἐν γνώσει τῆς διακρίσεως ἐδιδάχθη τὴν ἀκρίβειαν τῆς χρήσεως τῶν τοιούτων. *De jugi jejunio et de eo, ut quis seipsum colligat in unum locum, et quæ inde nascantur: et quod in cognoscenda discretione quisque edocetur diligentiam* (circa) *usum earum rerum* (jejunii et secessus). Ser. XXIV. Incip. Εν πολλῷ καιρῷ πειραζόμενος. *Multo tempore tentatus.*

Fol. 108. Περὶ σιωπῆς καὶ ἡσυχίας. *De silentio et quiete.* Serm. XXV. Incip. Τὸ ἀεὶ σιωπᾶν. *Semper tacere.*

Fol. 60. v. Αντίῤῥησις ἄλλη τοῦ πολέμου. *Alia belli repulsio.* Est sermo *nonus θ'.* Incipit: Λοιπὸν τοῦτο μόνον ὑπελείφθην (sic) αὐτῷ. *Ceterum hoc unum adsumitur contra eum.*

Fol. 67. v. Sermo decimus *ι'.* Inscriptio quæ datur in præfixo Indice non inspici desita est præ attritu et obscuritate chartae. Incipit autem: Μακάριος ἄνθρωπος ὁ γινώσκων τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν. *Beatus homo qui novit infirmitatem suam.*

Fol. 68. v. Περὶ τῶν λόγων τῆς θείας γραφῆς τῶν πρὸς μετάνοιαν αἱρετιζόντων. Οτι πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀνθρώπων ἐῤῥέθησαν, ἵνα μὴ ἀπόλωνται ἀπὸ θεοῦ ζῶντος· καὶ ὅτι οὐ δεῖ πρὸς ἀφορμὴν τοῦ ἁμαρτάνειν ἐκβαλεῖν αὐτούς. *De divinæ scripturae verbis ad eos qui pœnitentiam amplectuntur; quoniam detulerunt se ad* (considerandam) *humanam infirmitatem, ne disperderentur a Deo vivente. Et quod non oporteat se ipsos conjicere in occasionem peccandi.* Incip: Τὴν ἀνδρίαν ἣνπερ οἱ πατέρες ἐν ταῖς γραφαῖς τεθείκασι. *Virtutem illam quam patres constituerunt in scripturis.*

Fol. 71. Εν τινι φυλάττεται τὸ κάλλος τῆς μοναχικῆς πολιτείας· καί τις ὁ τρόπος τῆς μοναχικῆς δοξολογίας. *Quo pacto custodiatur species status monastici, et quæ sit ratio, qua monachi Deum glorificent.* Est sermo *decimus secundus ιβ'.* Incip: Δεῖ τὸν μοναχὸν εἶναι. *Oportet ut monachus sit.*

Fol. 72 v. Περὶ τῆς ἐναλλαγῆς καὶ τροπῆς τῆς γινομένης τοῖς ὁδεύουσιν ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἡσυχίας τῇ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένῃ, συμβαίνει γὰρ σκυθρωπότης καὶ ψυχικὸς πνιγμὸς, καὶ ἐξαίφνης χαρὰ καὶ ἀσυνήθης θερμότης. Δόξα τῷ εὐθετοῦντι τὰς ὁδοὺς ἡμῶν. Αμήν. *De alternatione et mutatione quæ evenit eis qui viam quietis ambulant sibi a Deo ordinata: accidit enim eis mœstitia et mystica suffocatio, subito autem gaudium, et insolitus fervor. Gloria Deo qui apte disponit vias nostras. Amen.* Sermo est *decimus tertius ιγ'.* Incipit: Ο συνελθὼν τῷ νοὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἡσυχίᾳ πολιτεύσασθαι. *Cui contigit gerere se in quiete mentis suæ.*

Fol. 73. Περὶ τῶν ἡσυχαζόντων. Πότε ἄρχονται νοεῖν ποῦ ἔφθασαν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν ἐν τῇ ἀπεράντῳ θαλάσσῃ ἤτοι τῇ διαγωγῇ τῆς ἡσυχίας; καὶ πότε δύνανται ἐλπίσαι μικρὸν ὅτι ἤρξατο διδόναι αὐτοῖς οἱ κόποι αὐτῶν καρπούς. *De iis qui quietam agunt vitam. Interdum cogitare incipiunt, quomodo se gesserint in operibus suis in mari infinito, quod est institutum vitæ quietis; interdum vero puram in spem se erigere possunt, eo quod labores eorum cœperunt dare eis fructus suos.* Est *decimus quartus* sermo. *ιδ'.* Inc. Λέγω σοι πρᾶγμα. *Rem tibi enarro.*

Fol. 74. v. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ τὸν πτωχεύσαντα ἀπὸ τῶν κοσμικῶν καὶ ἐξεληλυθότα εἰς ἀναζήτησιν ἑαυτοῦ διὰ τὸ μὴ ἐφθακέναι τὴν κατάληψιν τῆς ἀληθείας, φόβῳ τοῦ παύσασθαι τῆς ἀναζητήσεως, καὶ μὴ ψυχρανθῆναι τῆς θέρμης τῆς τικτομένης ἀπὸ τοῦ πόθου τῶν θείων, καὶ τῆς ἐρευνήσεως τῶν μυστηρίων αὐτῶν. Δι' ὧν τρόπων πέφυκεν ὁ νοῦς φύρεσθαι ἐν τῇ μνήμῃ τῶν παθῶν. *ιε'.* Ser. XV. *Quod servo Dei, qui pauper est rebus mundanis, et venit ad inquirendum se ipsum, ut non præveniat acquisitionem veritatis, non sit cessandum ab* (hac) *inquisitione ex timore neque refrigescendum a fervore*

qui paritur tum amore rerum divinarum, tum meditatione mysteriorum. Quibus modis contingat ut animus trahatur ad recordandos sui motus. Incip. Τρεῖς εἰσι τάξεις. *Tres sunt ordines.*

Fol. 76. v. Περὶ τῶν τρόπων τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος· καὶ τίνα δεῖ ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν θεὸν. καὶ τίς ἐστιν ὁ ἀφρόνως καὶ ἀσυνέτως ἔχων τὴν ἐλπίδα. *De speciebus spei in Deum. Et quae sperari oportet a Deo, et quis est qui insipientem et stultam spem habet.* Ser. XVI. Incipit: Γίνεται ἐλπὶς ἐπὶ τῷ Θεῷ. *Spes in Deo fit.*

Fol. 79. v. Περὶ ἀποταγῆς κόσμου, καὶ ἀποτευχῆς (sic) τῆς πρὸς ἀνθρώπους παῤῥησίας. *De renunciatione mundi, deque infelici successu confidentiæ in hominibus.* Ser. XVII. Inc. Οταν ἀγαπήσωμεν. *Cum diligamus.*

Fol. 83. Οτι ὀφέλιμος τοῖς ἡσυχασταῖς ἡ ἀργία τῶν φροντίδων, καὶ ἐπιζήμιος ἡ εἴσοδος καὶ ἡ ἔξοδος. *Quod utilis est eremitis vacatio a curis, et exitialis ingressus et regressus.* Ser. XVIII. Inc. Ανθρωπος πολυμέριμνος. *Homo multis adstrictus curis.*

Fol. 85. v. Περὶ των ὁδῶν τῶν πλησιάζειν τῷ Θεῷ ποιουσῶν, φανερουμένων τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ τῶν ἡδέων ἔργων τῆς νυκτερινῆς ἀγρυπνίας. Καὶ ὅτι οἱ ἐν τῇ διαγωγῇ ταύτῃ ἐργαζόμενοι μέλι τρέφονται πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. *De viis quæ faciunt accedere ad Deum, quæ manifestæ fiunt homini ex dulcibus operibus nocturnæ vigiliæ. Et quod illi qui operantur in huiusmodi vitæ instituto, melle nutriuntur cunctis diebus vitæ suæ.* Serm. XIX. Inc. Μὴ νομίσῃς ὦ ἄνθρωπε. *Ne putes, o homo.*

Fol. 89. v. Περὶ δυνάμεως ἐνεργείας τῶν κακιῶν, ὑπὸ τίνων συνίστανται καὶ ὑπὸ τίνων ἀναλύονται. *De virtute actionis malitiarum, quibus vero congregentur, quibus autem dissolvantur.* Ser. XX. Incipit: Εως ἂν μὴ ἀληθῶς. *Usquedum non vere.*

Fol. 94. v. Περὶ φυλακῆς καρδίας καὶ θεωρίας λεπτοτέρας. *De custodia cordis et de tenuiori contemplatione.* Ser. XXI. Inc. Εἰ κατὰ μόνας ὑπάρχεις. *Si segregatus es.*

Fol. 96. Περὶ σημείων ἐνεργημάτων τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ. *De insignibus operationibus amoris Dei.* Ser. XXII. Inc. Η ἀγάπη τοῦ Θεοῦ. *Amor Dei.*

Fol. 97. Περὶ τῶν τρόπων τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων. *De virtutum speciebus, deque iis quæ tales non sunt.* Ser. XXIII. Incipit: Η ἄσκησις μήτηρ. *Solitudo mater.*

Fol. 99. Περὶ τῆς ἀδιαλήπτου νηστείας, καὶ τοῦ συνάξαι ἑαυτὸν ἐν ἑνὶ τόπῳ καὶ τί τὰ ἐκ τούτων γεννώμενα, καὶ ὅτι ἐν γνώσει τῆς διακρίσεως ἐδιδάχθη τὴν ἀκρίβειαν τῆς χρήσεως τῶν τοιούτων. *De jugi jejunio et de eo, ut quis seipsum colligat in unum locum, et quæ inde nascantur: et quod in cognoscenda discretione quisque edocetur diligentiam* (circa) *usum earum rerum* (jejunii et secessus). Ser. XXIV. Incip. Εν πολλῷ καιρῷ πειραζόμενος. *Multo tempore tentatus.*

Fol. 108. Περὶ σιωπῆς καὶ ἡσυχίας. *De silentio et quiete.* Serm. XXV. Incip. Τὸ ἀεὶ σιωπᾶν. *Semper tacere.*

Fol. 109. Περὶ κινήσεως τοῦ σώματος. *De motu corporis.* Serm. XXVI. Inc. Η δὲ κίνησις. *Commotio autem.*.

Fol. 112. Περὶ τῶν εἰδῶν τῶν διαφόρων πειρασμῶν καὶ πόσην ἔχουσιν ἡδύτητα οἱ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας γινόμενοι καὶ ὑπομενόμενοι. Καὶ βαθμοὶ καὶ τάξεις ἐν αἷς ὁ συνετὸς ἄνθρωπος πορεύεται. *De multiplicium tentationum generibus, et quantam dulcedinem habeant qui sunt pro veritate, et sustinent. De gradibus et ordinibus per quos intelligens homo graditur.* Serm. XXVII. Incip. Αἱ ἀρεταὶ ἀλλήλας διαδέχονται. *Virtutes sese mutuas excipiunt.*

Fol. 116. Περὶ ὑπερηφανίας. *De superbia.* Serm. XXVIII. Incipit: Οἱ δὲ πειρασμοὶ. *Tentationes autem.*

Fol. 119. Τοῦ αὐτοῦ· Ερμηνεία τῶν τρόπων τῆς ἀρετῆς. καὶ τίς ἡ ἰσχὺς ἑκάστης αὐτῶν καὶ τίς ἡ διαφορά. *Eiusdem. Interpretatio generum virtutis, et quae cuiusque virtutis sit vis, quodque discrimen.* Ser. XXIX. Inc. Η ἀρετὴ ἡ σωματικὴ. *Virtus corporea.*

Fol. 121. v. Περὶ τῆς καθάρσεως τοῦ σώματος, καὶ τῆς καθάρσεως τῆς ψυχῆς, καὶ τῆς καθάρσεως τοῦ νοός. *De munditia corporis et de munditia animæ, et de munditia mentis.* Serm. XXX. Inc. Η κάθαρσις τοῦ σώματος. *Munditia corporis.*

Fol. 122. Τοῦ αὐτοῦ· Λόγοι ἀντιληπτικοὶ καὶ ὑποθέσεις ὠφέλιμοι πεπληρομέναι τῆς σοφίας τοῦ πνεύματος. *Eiusdem. Sermones intellectu faciles et argumenta utilia plena sapientiæ spiritus.* Ser. XXXI. Inc. Χάρις μετὰ χάριν. *Gratia post gratiam.*

Fol. 123. Περὶ μετανοίας. *De pœnitentia.* Serm. XXXII.

Fol. 125. Τοῦ αὐτοῦ· Πῶς γίνεται τὸ μέτρον τῆς γνώσεως καὶ τὰ μέτρα τῆς πίστεως. *Eiusdem. Unde fiant mensura scientiae, et mensuræ fidei.* Ser. XXXIII. Incip. Ἐστι γνῶσις προηγουμένη. *Cognitio quæ præcedit.*

Fol. 128. Τοῦ αὐτοῦ· Συμβουλίαι πεπληρωμέναι ὠφελείας ἃς ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐλάλησε τοῖς ἐν ταπεινώσει ἀκούουσιν αὐτόν. *Eiusdem. Consilia utilitatis plena, quæ in amore loquutus est iis, qui ipsum in humilitate audiebant.* Ser. XXXIV. Incip. Οὐκ ἔστιν ἔννοια ἀγαθή. *Non est bona cogitatio.*

Fol. 138. Τοῦ αὐτοῦ· Περὶ τῆς ἀγγελικῆς κινήσεως τῆς πρὸς προκοπὴν τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς πνευματικοῖς διὰ τῆς προνοίας τοῦ θεοῦ ἐξυπνιζομένης ἐν ἡμῖν. *Eiusdem. De angelica motione ad profectum animæ in rebus spiritualibus, quæ ex providentia Dei excitatur in nobis.* Ser. XXXV. Incipit: Πρώτη ἔννοια. *Prima cogitatio.*

Fol. 140. Τοῦ αὐτοῦ· Περὶ δευτέρας ἐργασίας ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. *Eiusdem. De secunda operatione in homine.* Ser. XXXVI. Incip: Εργασία ἑτέρα μετὰ ταύτην. *Altera post hanc operatio.*

Fol. 141. Περὶ ἀλλοιώσεως τῆς ἐν τῇ ψυχῇ γινομένης ἐν παντὶ καιρῷ φωτὸς καὶ σκότους· καὶ ἐμβιβασμὸς ἐν τοῖς δεξιοῖς καὶ ἀριστεροῖς γινομένοις. *De mutatione, quæ fit in anima omni tempore, lucis et tenebrarum, et impulsus in iis quæ accidunt sive dextris sive sinistris.* Ser. XXXVII. Inc. Ιδομεν, ὦ ἀγαπητοὶ. *Vidimus, dilecti.*

Fol. 143. Τοῦ αὐτοῦ· Κεφάλαια μικρὰ, ἐν οἷς ὑπάρχουσι νόες παρηλλαγμένοι, ἐν

ὑις διδασκει τὴν βλάβην τοῦ ζήλου, τοῦ μωροῦ τοῦ ἐμπροσώπου τοῦ θείου, τον φόβον τε καὶ βοήθειαν τὴν ἐκ τῆς πραότητος, σὺν καὶ ἄλλοις τρόποις. *Eiusdem. Parva capitula, in quibus jacent hac illac passæ sententiae: et in quibus ipse docet perniciem zeli stulti præ divino, tum etiam timorem et auxilium, quod ex mansuetudine comparatur, atque alias institutiones.* Ser. XXXVIII. Incip. Ανθρωπος ζηλωτὴς. *Zelotes homo.*

Fol. 152. Περὶ λογισμῶν ἀκουσίων τῶν ἐκ τῆς λύσεως τῆς ἀμελείας τῆς πρὸς αὐτῶν γινομένης γινομένων. *De involuntariis cogitationibus, quæ nascuntur e nimia incuria, quae adhibeatur contra eas.* Sermo XXXIX. Incipit: Εἰσί τινες οἱ. *Sunt quidam qui.*

Fol. 157. Περὶ ὑπομονῆς τῆς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ, καὶ πόση ἀντίληψις εὑρίσκεται ἐν αὐτῇ. *De patientia quæ habetur ex amore Dei, et quanta utilitas reperiatur in ea.* Ser. XL. Inc. Οταν καταφρονήσῃ ἄνθρωπος. *Cum despexerit homo.*

Fol. 160. Ανακεφαλαίωσις ἐν ἐπιτόμῳ τῆς ἱερᾶς κλίμακος. *Brevis recapitulatio sacrae Scalae;* illius nempe praeclarissimi operis S. Joannis Synaitae, qui ex eiusdem titulo *Climacus* vulgo indigitatur. Incip. Πίστις βεβαία ἀποταγῆς μήτηρ. *Firma fides mater renunciationis.*

Fol. 165. Περὶ τῆς ἐπιγείου οὐρανίου τῆς θεομιμήτου ἀπαθείας, καὶ τελειότητος καὶ ἀναστάσεως ψυχῆς πρὸ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως. Λόγος κθ'. *De cœlesti super terram imitatrice Dei tranquillitate et perfectione; nec non de resurrectione animæ ante communem resurrectionem.* Sermo XXIX. Qui huiusmodi disponitur in *Scala* sacri auctoris. Incip. Ἰδοὺ λοιπὸν καὶ ἡμεῖς. *Ecce ceterum etiam nos.*

Fol. 168. Περὶ τῆς (sic) συνδέσμου τῆς ἐναρέτου τριάδος ἐν ἀρεταῖς βαθμὸς λ'. *De vinculo eximiæ triadis in virtutibus.* Gradus XXX, idemque ex *Scala* S. Joannis. Porro trinitas virtutum huiusmodi explicatur in sermone, ut sint fides, spes et charitas. Incip. Νυνὶ δὲ λοιπὸν μετὰ πάντα. *Nunc autem restat post omnia.*

Fol. 172. Περὶ μνήμης θανάτου· λόγος ς'. *De memoria mortis.* Ser. VI. Incip: Παντὸς λόγου προηγεῖται ἔννοια. *Omnem sermonem præcedit cogitatio.*

ANIMADVERSIONES

Sermones Isaaci Syri cum titulis profert in sua Bibliotheca græca Regia Neapolitana cl. Cyrillus ad Cod. XLIII, numero plus minus quinquaginta, tametsi XCVII inibi extare dicat. Tituli, quos exscribit, fere omnes a nostris discrepant, ita ut dubium mihi insit, ne sermones illi apud nos adeo pauciores discerpti sint, et in plures divisi, quod ex ipso nostro Codice fieri posse patet. Idem dicatur de tercentis illis quinquaginta et uno, quos præbent Pasinius in cod Reg. Taurinensi et Assemannus in Biblioth. Orientali. Magnam eorum partem editam esse Lypsiæ an. 1770 a Nicephoro Theotokio auctor mihi est idem Cyrillus. Migne demum ex Gallando latine tantum edidit tres et quinquaginta. Bibl. Græc. t. LXXXVI.

Quoad Anacephalæosim Jo. Climaci, quae Isaacianis sermonibus subest, hactenus incompertum habeo, an alibi reperiatur hoc titulo inscriptum opus; quamquam id non vero absimile existimem, cum ex. gr. Bibliotheca Medicea Laurentiana Codicem habeat cum hoc præfixo titulo: *Joannis Scholastici varia.*

Postremo ætatem Codicis nostri et scriptorem præsefert epigraphe, quæ mox subscribitur Operi S. Isacii scilicet:

(Fol. 166.) Ετελειώθη ἡ μικρὰ αὕτη δέλτος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ισαὰκ τοῦ ἀσκητοῦ καὶ ἀναχωρητοῦ τοῦ Σύρου διὰ χειρὸς τοῦ ταπεινοῦ Παύλου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου Δυρραχίτου, μηνὶ μαΐῳ εἰς τὴν λά ἡμέραν σαββάτου ὥρᾳ ι' ἔτους ςφοα'. *Parvus hic liber S. P. N. Isaac ascetæ et anachoretae Syri absolutus est manu humilis Pauli monachi et presbyteri Dyrrachiensis, mense Majo, die XXXI, sabbato, hora X, anno* 6571. Huic inscripto anno, deductis de more 5508, annus respondet Christi nati 1063.

Huic inscriptioni appingitur alia rhythmo jambico:

Δόξα σοὶ χριστὲ πανβασιλεῦ τῆς δόξης.
Gloria tibi, Christe magne rex gloriæ.

Postremo duo priora folia sunt palimpsesta uncialia transversim libro compacta, hudore nigrescentia, quæ pertinere videntur ad Biblicum PALIMPSESTUM, quod semel iterumque descripsimus in Codd. A. γ. III et XV.

CODEX NONUS

B. α. IX.

Cod. ms. membran. græcus sæculi XII, foliis constans 164, longitud. metri 0, 31, latitud. 0, 23. Scribendi ratio non valde quidem composita, sed perspicua est, in primis correcta, nec valde abhorret a scriptura Joannis Rhosi. Quod in hisce usuvenit grandioribus codicibus non columna exaratis, si dictio quædam ad finem lineae properat, completur syllaba majuscula litera, sed eadem in minuta forma exscripta. Denique atramento vetustate rubescente literæ subrutilae apparent, sed grandiores quæque, cunctaeque aliae in titulis rubrae omnino sunt dilutiore confecta cinnabari.

Sanctorum Patrum JOANNIS DAMASCENI et EPIPHANII EPISCOPI opera quaedam Codex complectitur, quibus prætexitur index folio uno, ut arbitror, mutilus.

Fol. 3. Τοῦ μακαρίου Ιωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ δαμασκηνοῦ. Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ πατρὶ Κοσμᾷ ἐπισκόπῳ τοῦ Μαϊουμᾶ Ιωάννης ἐλάχιστος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. *B. Joannis monachi et presbyteri Damasceni. SSmo et et venerabili in Deo Patri Cosmæ Episcopo Majumae Joannes minimus in Domino salutem.* Procemium hinc præveniunt illa quae in Indice adnotantur Κεφάλαια φιλόσοφα (sic), *Capita Philosophica*, ad Dialecticam pertinentia. Incipit vero procemium his verbis: Τὸ μὲν ςενὸν τῆς διανοίας. *Exiguitas quidem ingenii.*

Fol. 4. Περὶ τοῦ ὄντος, οὐσίας τε καὶ συμβεβηκότος. β'. *De Ente et substantia et accidente. II.* Est in nostro Codice primum omnium capitum, quod ex incluso procemio notari credo numero β'. *secundum*. Patet inde, quod præmittendum est, huiusmodi Capita neque plane universa, neque eodem ordine digesta esse in Codice, atque in editione Michaëlis Lequienii apud Migne conspiciuntur.

Ibid. Περὶ γενους καὶ εἴδους τοῦ γενικωτατου καὶ εἰδικωτατου καὶ τῶν ὑπ' ἀλ-

λλων. γ'. *De genere et specie entis tum universalissimi cum specialissimi, nec non earum rerum quæ ad utrumque spectant. III.*

Fol. 6. Περὶ ἀτόμου. δ'. *De individuo. IV.*

Fol. eod. v. Περὶ διαφορᾶς. ε'. *De differentia. V.*

Ibid. Περὶ συμβεβηκότος. ς'. *De accidente. VI.*

Fol. 7. Περὶ ἰδίου. ζ'. *De proprio. VII.*

Ibid. Περὶ τῶν κατηγορουμένων. η'. *De prædicatis. VIII.*

Fol. 8. Περὶ συνωνύμου καὶ ὁμωνύμου κατηγορίας. θ'. *De prædicatione synonyma et æquivoca. IX.*

Fol. eod. v. Περὶ τῆς ἐν τῷ τί ἐς-ι κατηγορίας καὶ τῆς ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐς-ι κατηγορίας. ι'. *De prædicatione in quo quid est, et de prædicatione in quo quale quid est. X.*

Fol. 9. Περὶ ὑπος-άσεως καὶ ἐνυπος-άτου καὶ ἀνυπος-άτου. ια'. *De hypostase et enhypostato et anhypostato. XI.*

Ibid. Περὶ οὐσίας καὶ φύσεως καὶ μορφῆς ἀτόμου τε καὶ προσώπου καὶ ὑποστάσεως. ιβ'. *De substantia et natura et forma deque individuo et persona et hypostasi. XII.*

Fol. eod. v. Περὶ διαιρέσεων. ιγ'. *De divisione. XIII.*

Fol. 10. v. Περὶ τοῦ φύσει πρoτέρου. ιδ'. *De priori secundum naturam. XIV.*

Ibid. Περὶ ὁρισμοῦ. ιε'. *De definitione. XV.*

Fol. 11. v. Περὶ ὁμωνύμου. ις'. *De æquivoco. XVI.*

Hactenus Codex consonat Codicibus quinque regiis collatis a cl. Lequienio iuxta illum quem exhibet indiculum contra Editionem Basileensem. Sed hinc a cunctis Codd. et editionibus recedit noster, ut mox inde patet.

Ibid. Περὶ συνωνύμων. ιζ'. *De synonimis. XVII.*

Fol. 12. Περὶ πολυωνύμων. ιη'. *De polyonymis. XVIII.*

Ibid. Περὶ ἑτέρων καὶ ἑτερωνύμων. ιθ'. *De alteris* (diversis) *et heteronymis. XIX.*

Ibid. Περὶ παρωνύμων. κ'. *De denominativis.* XX.

Fol. eod. v. Περὶ τῶν ι' γενικωτάτων γενῶν. κα'. *De X supremis* (universalissimis) *generibus.* XXI.

Ibid. Περὶ ὁμογενῶν καὶ ὁμοειδῶν, ἑτερογενῶντε καὶ ἑτεροειδῶν, καὶ ἀριθμῷ διαφερόντων. κβ'. *De homogeneis et homoideis, et heterogeneis et heteroideis, deque numero differentibus.* XXII.

Fol. 13. Περὶ τοῦ ἐν τίνι. κγ'. *De in quo.* XXIII.

Fol. eod. v. Περὶ οὐσίας. κδ'. *De substantia.* XXIV.

Ibid. Ετι περὶ οὐσίας. κε'. *Rursus de substantia.* XXV.

Fol. 14. Περὶ φύσεως. κς'. *De natura.* XXVI.

Fol. eod. v. Περὶ μορφῆς. κζ'. *De forma.* XXVII.

Fol. 15. Περὶ ὑπος-άσεως. κη'. *De hypostasi.* XXVIII.

Ibid. Περὶ προσώπου. κθ'. *De persona.* XXIX.

Fol. eod. v. Περὶ ἐνυποστάτου. λ'. *De enhypostato.* XXX.

Fol. 16. Περὶ ἀνυποστάτου. λα'. *De anhypostato.* XXXI.

Ibid. Διαίρεσις τῆς οὐσίας. λβ'. *Divisio substantiae.* XXXII.

Fol. 17. Ετι περὶ ὁμογενῶν καὶ ὁμοειδῶν, ἑτερογενῶν τε καὶ ἑτεροειδῶν καὶ ὁμυποστάτων καὶ ἀριθμῷ διαφερόντων. λγ'. *Rursus de homogeneis et homoideis, et heterogeneis et heteroideis, et homohypostatis deque numero differentibus.* XXXIII.

Fol. eod. v. Περὶ ποσοῦ καὶ ποσότητος. λδ'. *De quanto et quantitate.* XXXIV.

Fol. 19. Περὶ τῶν πρός τι. λε'. *De iis quæ ad aliquid.* XXXV.

Fol. 20. Περὶ ποιοῦ καὶ ποιότητος. λς'. *De quali et qualitate.* XXXVI.

Fol. 22. Περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν. λζ'. *De agere et pati.* XXXVII.

Fol. 23. Περὶ τοῦ κεῖσθαι. λη'. *De situm esse.* XXXVIII.

Ibid. Περὶ τοῦ ποῦ. λθ'. *De ubi.* XXXIX.

Ibid. Περὶ τῆς (sic) ποτε. μ'. *De quando.* XL.

Fol. eod. v. Περὶ τοῦ ἔχειν. μα'. *De habere.* XLI.

Ibid. Περὶ ἀντικειμένων. μβ'. *De oppositis.* XLII.

Fol. 25. v. Περὶ ἕξεως καὶ στερήσεως. μγ'. *De habitu et privatione.* XLIII.

Fol. 25. Περὶ προτέρου καὶ ὑστέρου. μδ'. *De priori et posteriori.* XLIV.

Fol. eod. v. Περὶ τοῦ ἅμα. με'. *De simul.* XLV.

Fol. 26. Περὶ κινήσεως. μς'. *De motu.* XLVI.

Fol. 27. Περὶ τοῦ ἔχειν. μζ'. *De habere.* XLVII.

Ibid. Περὶ ἀποφάνσεως, ἀποφάσεώς τε καὶ καταφάσεως. μη'. *De enuntiatione, et affirmatione et negatione. XLVIII.*

Fol. eod. v. Περὶ ὅρου καὶ προτάσεως καὶ συλλογισμοῦ. μθ'. *De termino et propositione et syllogismo. XLIX.*

Fol. 31. Ετι περὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως. ν'. *Rursus de hypostatica unione. L.*

Fol. eod. v. Τοῦ αὐτοῦ ὁσιωτάτου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ κεφάλαια δογματικά. Κεφ. α'. Οτι ἀκατάληπτον τὸ θεῖον. Καὶ ὅτι οὐ δεῖ ζητεῖν καὶ περιεργάζεσθαι τὰ παραδεδομένα ἡμῖν ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν καὶ ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν. *Eiusdem SS. monachi et presbyteri Joannis Damasceni capita dogmatica. Caput I. Quod divinitas comprehendi non potest, et quod ea quæ nobis a sanctis prophetis, apostolis et evangelistis tradita sunt, non oportet curiosius inquiri.*

Hinc igitur incipit Dogmatica Theologia S. Doctoris, vulgo sub nomine *De Fide Orthodoxa;* proinde hinc etiam incipit Liber I operis. Verum super hoc titulo in editione Lequienii legitur τὰ μὴ παραδεδομένα, quod μὴ deest in nostro codice. Quæ lectio nobis probabilior apparet, eo quod uti caput ipsum quisque perlegens facile sentiet, auctoris sensum penitius describit.

Fol. 32. Περὶ ῥητῶν καὶ ἀῤῥήτων καὶ γνωστῶν καὶ ἀγνώστων. β'. *De iis quæ exprimi possunt vel secus, itemque de iis quae noscuntur vel contra. II.*

Fol. 33. Ἀπόδειξις ὅτι ἔστι θεός. γ'. *Demonstratio quod est Deus. III.*

Fol. 34. Περὶ τοῦ· Τί ἐστι θεός, ὅτι ἀκατάληπτον. δ'. *De eo, quod quidditas Dei comprehendi non potest. IV.*

Fol. eod. v. Ἀπόδειξις ὅτι εἷς ἐστι θεὸς καὶ οὐ πολλοί. ε'. *Demonstratio quod Deus est unus et non plures. V.*

Fol. 35. Περὶ λόγου θεοῦ καὶ πνεύματος. ς'. *De Verbo Dei et de Spiritu. VI.*

Fol. eod. v. Περὶ πνεύματος ἁγίου. ζ'. *De Spiritu Sancto. VII.*

Fol. 36. v. Περὶ τῆς ἁγίας τριάδος. η'. *De Sancta Trinitate. VIII.*

Fol. 42. v. Περὶ τῶν ἐπὶ θεοῦ λεγομένων. θ'. *De iis quæ de Deo dicuntur. IX.*

Fol. 43. v. Περὶ τῶν σωματικῶς ἐπὶ θεοῦ λεγομένων. ι'. *De iis quae de Deo modo corporeo dicuntur. X.*

Fol. 44. v. Περὶ τῶν αὐτῶν. ια'. *De iisdem rebus. XI.*

Ibid. Περὶ θείων ὀνομάτων ἀκριβέστερον. ιβ'. *Accuratius de divinis nominibus. XII.*

Fol. 46. Περὶ τόπου θεοῦ καὶ ὅτι μόνον τὸ θεῖον ἀπερίγραπτον. ιγ'. *De loco Dei, et quod dumtaxat Divinitas est incircumscripta. XIII.*

Fol. 48. Τὰ ἰδιώματα τῆς θείας φύσεως. ιδ'. *Idiomata (proprietates) divinæ naturæ. XIV.*

Fol. 49. Περὶ αἰῶνος. ιε'. *De sæculo. XV.*

Fol. eod. v. Περὶ δημιουργίας. ις'. *De rerum creatione. XVI.*

Ibid. Περὶ ἀγγέλων. ιζ'. *De Angelis. XVII.*

Fol. 51. v. Περὶ διαβόλου καὶ δαιμόνων. ιη'. *De Diabolo et Daemonibus. XVII.*

Fol. 52. Περὶ πίστεως καὶ βαπτίσματος. ιθ'. *De fide et baptismate. XIX.*

Fol. 54. Περὶ πίστεως. κ'. *De fide. XX.*

Fol. eod. v. Περὶ σταυροῦ ἐν ᾧ καὶ περὶ πίστεως. κα'. *De Cruce, in quo etiam de fide. XXI.*

Fol. 56. v. Περὶ τοῦ προσκυνεῖν κατὰ ἀνατολάς. κβ'. *De adoratione ad orientem. XXII.*

Fol. 57. Περὶ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων τοῦ χριστοῦ μυστηρίων. κγ'. *De sanctis et immaculatis Christi mysteriis. XXIII.*

Fol. 61. Περὶ τῆς γενεαλογίας τοῦ κυρίου καὶ τῆς ἁγίας θεοτόκου. κδ'. *De genealogia Domini ac S. Deiparae. XXIV.*

Fol. 63. v. Περὶ τῶν ἁγίων καὶ τῶν λειψάνων αὐτῶν τιμῆς. κε'. *De honore erga Sanctos et eorum reliquias. XXV.*

Fol. 65. Περὶ εἰκόνων. κς'. *De imaginibus. XXVI.*

Fol. 66. Περὶ γραφῆς. κζ'. *De scriptura. XXVII.*

Fol. 68. Περὶ τῶν ἐπὶ χριστοῦ λεγομένων. κη'. *De iis quæ de Christo dicuntur. XXVIII.*

Fol. 71. v. Οτι οὐκ ἔστιν τῶν κακῶν αἴτιος ὁ θεός. κθ'. *Quod Deus non est auctor malorum. XXIX.*

Fol. 72. v. Οτι οὐ δύο ἀρχαί. λ'. *Quod non* (sunt) *duo principia. XXX.*

Fol. 73. v. Τίνος ἕνεκεν προγινώσκων ὁ θεὸς τοὺς ἁμαρτάνειν μέλλοντας καὶ μὴ μετανοεῖν ἔκτισεν. λα'. *Cur Deus eos condiderit quos prænosceret peccaturos esse neque tamen pœnitentiam acturos. XXXI.*

Ibid. Περὶ νόμου θεοῦ καὶ νόμου ἁμαρτίας. λβ'. *De lege Dei et de lege peccati. XXXII.*

Fol. 74. v. Κατὰ ἰουδαίων περὶ τοῦ σαββάτου. λγ'. *Contra Judaeos, de Sabbato. XXXIII.*

Fol. 76. v. Περὶ παρθενίας. λδ'. *De virginitate. XXXIV.*

Fol. 78. Περὶ τῆς περιτομῆς. λε'. *De circumcisione XXXV.*

Fol. eod. v. Περὶ τοῦ ἀντιχρίστου. λς'. *De Antichristo. XXXVI.*

Fol. 80. Περὶ ἀναστάσεως. λζ'. *De resurrectione. XXXVII.*

Fol. 82. v. Περὶ κτίσεως ὁρατῆς. λη'. *De creatura visibili. XXXVIII.*

Ibid. Περὶ οὐρανοῦ. λθ'. *De cœlo. XXXIX.*

Fol. 84. v. Περὶ φωτὸς, πυρὸς, φωστήρων, ἡλίου τε καὶ σελήνης. μ'. *De luce, igne, luminaribus et de sole ac luna. XL.*

Fol. 38. v. Περὶ ἀέρος καὶ ἀνέμων. μα'. *De aëre et ventis. XLI.*

Fol. 89. Περὶ ὑδάτων. μβ'. *De aquis. XLII.*

Fol. 90. v. Περὶ γῆς καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς. μγ'. *De terra et de iis quae ex ea* (producuntur). *XLIII.*

Fol. 92. Περὶ παραδείσου. μδ'. *De paradiso. XLIV.*

Fol. 94. Περὶ ἀνθρώπου. με'. *De homine. XLV.*

Fol. 97. Περὶ ἡδονῶν. μς'. *De voluptatibus. XLVI.*

Fol. eod. v. Περὶ λύπης. μζ'. *De dolore. XLVII.*

Ibid. Περὶ φόβου. μη'. *De timore. XLVIII.*

Ibid. Περὶ θυμοῦ. μθ'. *De ira* (furore). *XLIX.*

Fol. 98. v. Περὶ τοῦ φανταστικοῦ. ν'. *De phantasia. L.*

Ibid. Περὶ αἰσθήσεως. να'. *De sensu. LI.*

Fol. 100. Περὶ τοῦ διανοητικοῦ. νβ'. *De cogitatione. LII.*

Ibid. Περὶ τοῦ μνημονευτικοῦ. νγ'. *De memoria. LIII.*

Fol. eod. v. Περὶ ἐνδιαθέτου λόγου καὶ προφορικοῦ. νδ'. *De sermone intraneo et prolatitio* (seu de sermone mentis et verborum). *LIV.*

Ibidem. Περὶ πάθους καὶ ἐνεργείας. νε'. *De passione et actione. LV.*

Fol. 103. v. Περὶ ἐνεργείας. νς'. *De actu. LVI.*

Fol. 104. Περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου. νζ'. *De voluntario et involuntario. LVII.*

Fol. 105. Περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ἤγουν περὶ αὐτεξουσίου. νη'. *De eo quod penes nos est, idest de libero arbitrio. LVIII.*

Fol. 106. Περὶ τῶν γινομένων. νθ'. *De iis quae fiunt. LIX.*

Fol. eod. v. Διὰ ποίαν αἰτίαν αὐτεξούσιοι γεγόναμεν. ξ'. *Qua de causa libero arbitrio praediti sumus. LX.*

Fol. 107. Περὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ξα'. *De iis quae penes nos non sunt. LXI.*

Ibid. Περὶ προνοίας. ξβ'. *De providentia. LXII.*

Fol. 109. Περὶ προγνώσεως. ξγ'. *De praescientia. LXIII.*

Fol. 110. v. Περὶ τῆς θείας οἰκονομίας καὶ τῆς περὶ ἡμᾶς κηδεμονίας καὶ σωτηρίας. ξδ'. *De divina dispensatione, deque erga nos cura et salute. LXIV.*

Fol. 112. Περὶ τοῦ τρόπου τῆς συλλήψεως τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ σαρκώσεως. ξε'. *De ratione conceptionis Verbi Dei et de divina eius incarnatione. LXV.*

Fol. 113. Περὶ τῶν δύο φύσεων. ξς'. *De duabus naturis. LXVI.*

Fol. 115. v. Περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀντιδόσεως. ξζ'. *De modo communicationis proprietatum. LXVII.*

Fol. 116. v. Περὶ ἀριθμοῦ τῶν φύσεων. ξη'. *De numero naturarum. LXVIII.*

Ibid. Οτι πᾶσα ἡ θεία φύσις ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων ἡνώθη πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ οὐ μέρος μέρει. ξθ'. *Quod tota divina natura in una suarum personarum toti humanae naturae unita sit, et non pars parti. LXIX.*

Fol. 118. Περὶ τῆν μιᾶς τοῦ θεοῦ Λόγου συνθέτου ὑποστάσεως. ο'. *De una Dei Verbi conjuncta persona. LXX.*

Fol. 119. v. Πρὸς τοὺς λέγοντας· Εἰ ὑπὸ τὸ συνεχὲς ποσὸν ἀνάγονται αἱ τοῦ κυρίου φύσεις, ἢ ὑπὸ τὸ διωρισμένον. οα'. *Ad eos qui dicunt: Utrum ad continuam, an ad discretam quantitatem Domini naturæ reducantur. LXXI.*

Fol. 120. v. Πρὸς τὸ. Εἰ οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος, ἀπάντησις. οβ'. *Ad illud: Num sit ulla natura quæ subsistentia careat: Responsio. LXXII.*

Ibid. Περὶ τοῦ τρισαγίου. ογ'. *De Trisagio. LXXIII.*

Fol. 122. Περὶ τῆς ἐν εἴδει καὶ ἐν ἀτόμῳ θεωρουμένης φύσεως, καὶ διαφορᾶς ἑνώσεως καὶ σαρκώσεως· καὶ πῶς ἐκλειπτέον τὴν μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. οδ'. *De natura considerata in specie et in individuo, deque differentia unitionis et incarnationis: et quomodo illud accipiendum sit, unam Dei Verbi naturam incarnatam. LXXIV.*

Fol. 123. Οτι θεοτόκος ἡ ἁγία παρθένος. οε'. *Quod sancta Virgo (sit) Genitrix Dei. LXXV.*

Fol. 124. v. Τὰ ἰδιώματα τῶν δύο φύσεων. ος'. *Proprietates duarum naturarum. LXXVI.*

Fol. 125. Περὶ θουλημάτων καὶ αὐτεξουσιῶν. οζ'. *De voluntatibus et libertatibus. LXXVII.*

Fol. 129. Περὶ ἐνεργειῶν τῶν ἐν κυρίῳ ἡμῶν Ιησοῦ Χριστῷ. οη'. *De operationibus in Domino nostro Jesu Christo. LXXVIII.*

Fol. 134. Πρὸς τοὺς λέγοντας· Εἰ δύω φύσεων καὶ ἐνεργειῶν ὁ ἄνθρωπος, ἀνάγκη ἐπὶ χριστοῦ τρεῖς φύσεις λέγειν καὶ τοσαύτας τὰς ἐνεργείας. οθ'. *Adversus eos qui dicunt: Si duæ naturæ et actiones sunt in homine, necesse est ut dicantur tres in Christo naturæ, totidemque actiones. LXXIX.*

Fol. 135. v. Περὶ τοῦ τεθεῶσθαι τήν τε φύσιν τῆς τοῦ Κυρίου σαρκὸς καὶ τὸ θέλημα. π'. *De eo quod tum natura carnis Christi, cum voluntas deificata sit. LXXX.*

Fol. 136. v. Ετι περὶ θελημάτων καὶ αὐτεξουσιῶν, νοῶν τε καὶ γνώσεων καὶ

σοφιῶν. πα'. *Iterum de* duplici *voluntate et libertate, nec non de* duplici *mente, scientia et sapientia. LXXXI.*

Fol. 138. Περὶ τῆς θεανδρικῆς ἐνεργείας. πβ'. *De theandrica operatione.* LXXXII.

Fol. 139. Περὶ τῶν φυσικῶν καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν. πγ'. *De naturalibus et irreprehensibilibus passionibus. LXXXIII.*

Fol. eod. v. Περὶ ἀγνοίας καὶ δουλείας. πδ'. *De ignorantia et servitute. LXXXIV.*

Fol. 140. v. Περὶ προκοπῆς. πε'. *De profectu. LXXXV.*

Ibid. Περὶ δειλίας. πς'. *De timore. LXXXVI.*

Fol. 141. v. Περὶ τῆς τοῦ Κυρίου προσευχῆς. πζ'. *De oratione Domini. LXXXVII.*

Fol. 142. Περὶ οἰκειώσεως. πη'. *De appropriatione. LXXXVIII.*

Fol. eod. v. Περὶ τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου καὶ τῆς ἀπαθείας τῆς αὐτοῦ θεότητος. πθ'. *De passione Domini et de ipsius divinitatis impassibilitate. LXXXIX.*

Fol. 143. Περὶ τοῦ ἀχώριςτον διαμεῖναι τὴν τοῦ λόγου θεότητα τῆς ψηχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ ἐν τῷ θανάτῳ τοῦ Κυρίου, καὶ μίαν διαμεῖναι ὑπόςασιν. ς'. *Quod Verbi divinitas ab anima et corpore inseparabilis manserit etiam in Passione Domini, et quod* (interim) *una persona perstiterit. XC.*

Fol. eod. v. Περὶ φθορᾶς καὶ διαφθορᾶς. ςα'. *De corruptione et corruptela. XCI.*

Fol. 144. Περὶ τῆς ἐν τῷ ᾅδῃ καθόδου. ςβ'. *De descensu ad inferos. XCII.*

Fol. eod. v. Περὶ τῆς ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθέδρας. ςγ'. *De sessione ad dexteram Patris.* XCIII. Deest capit. Περὶ τῶν μετὰ τὴν ἀνάςασιν. *De iis quæ post resurrectionem subsequuta sunt.*

Fol. 145. Πρὸς τοὺς λέγοντας· Εἰ δύο φύσεις ὁ χριςὸς, ἢ καὶ τῇ κτίσει λατρεύετε, φύσιν κτιςὴν προσκυνοῦντες, ἢ μίαν φύσιν προσκυνητὴν λέγετε καὶ μίαν ἀπροσκύνητόν. ςδ'. *Ad eos qui dicunt: Si duae naturae Christus est, aut creaturam quoque colitis, naturam creatam adorando, aut alteram naturam dicitis adorandam et alteram non adorandam. XCIV.*

Fol. eod. v. Διὰ τί ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐνηνθρώπισεν, καὶ οὐχ ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὸ πνεῦμα· καὶ τί ἐναθρωπίσας κατώρθωσεν. ςε'. *Cur Dei Filius et non Pater nec Spiritus homo factus est? Et quid homo factus praestitit? XCV.*

Fol. 146. v. Πρὸς τοὺς ἐπερωτῶντας· εἰ ὑπόςασις τοῦ χριςοῦ κτιςή ἐςιν ἢ ἄκτιςος. ςς'. *Ad eos qui inquirunt, utrum Christi persona sit creata, an increata. XCVI.*

Fol. 147. Περὶ τοῦ πότε ἐκλήθη χριςός. ςζ'. *Quando Christus est appellatus. XCVII.*

Fol. eod. v. Εἰ δύο φύσεις ἐγέννησεν ἡ ἁγία θεοτόκος, εἰ δύο φύσεις ἐπὶ ςαυροῦ ἐκρέμαντο. ςη'. *Utrum duas naturas genuerit S. Deipara, et an duae naturae in Christo a cruce pependerint. XCVIII.*

Fol 148. Πῶς πρωτότοκος λέγεται ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ. ςθ'. *Quo pacto primogenitus dicitur unigenitus Filius Dei. XCIX.*

Fol. 149. Ex τῆς βίβλου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Επιφανίου ἐπισκόπου Κύπρου, τῆς κατὰ τῶν αἱρέσεων, ητις ἐπεκλήθη Πανάριον ἤτοι Κιβώτιον, γραφεῖσα παρ' αὐτοῦ ἀξιώσει τινῶν ἀρχιμανδριτῶν καὶ πρεσβυτέρων Ακακίου τε καὶ Παύλου, ὧν τὰ μοναστήρια ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κοιλῆς Συρίας. *E libro S. P. N. Epiphanii Episcopi Cyprii de haeresibus, qui liber* Panarium *seu* Arcula *appellatus fuit, ab eodem scriptus rogatu quorumdam Archimandritarum et presbyterorum Acacii et Pauli, quorum monasteria* (erant) *in partibus Coelae Syriae.*

Primus omnium hanc Epitomen ex lib. I. *Panarii* edidit cl. G. Dindorfius in suo *Epiphanio*, Vol. I. pag. 341-369 (Lipsiae T. O. Weigel 1862), usus Codice Parisino 854. Porro hoc compendium integrum exstat in nostro Cod. incipiens: Αδὰμ τῇ ἕκτῃ ἡμέρα πλασθεὶς ἀπὸ γῆς. *Adam sexta die plasmatus e terra.* Desinit autem: Καὶ γενέσθαι λέγουσι τέλειον. *Et ajunt integrum exstare.* Hisce verbis explicit Ms.

ANIMADVERSIONES

Cl. vir Dindorfius plurimus est in laudando textum Epiphanianum Cod. nostri prae codice Parisino; et in Præfat. p. II vol. III variantes eiusdem lectiones contra Parisinum tradit. Ad hasce autem hæc vir humanissimus doctissimusque præmittit. «Quo « magis inexpectatum accidit quod nuper « alius mihi innotuit Codex scriptus in mem- « branis saeculo duodecimo nunc in Biblio- « theca monasterii Basilianorum asservatus « (n. 14), qui post Jo. Damasceni scripta quæ- « dam libellum illum continet fol. 150-165 « centenis in locis Parisino vel emenda- « tiorem vel integriorem. Quamobrem opere « pretium erit scripturæ diversitatem inte- « gram proponi, permittentibus qui huius a- « liorumque codicum usum liberalissime con- « cesserunt, monasterii patribus, litterarum « studiis eximie faventibus, et ab invidia « vel inertia, quacum in aliis bibliothecis « interdum conflictandum est, alienissimis. »

Codex vero non solum bene asservatur, sed unus est ex antiquis MSS. nostrorum Patrum, ut mihi auctor est cl. Josephus Cozza, notatus autem olim hoc signo C. 14. Folia denique diligenter supputata centum sexaginta quatuor tantum nuper reperta sunt, dum majorem aliam tum temporis adnumerationem præseferebat. Verum Dindorfio non ipsi innotuit Codex, sed Muellero Professori Patavinae Academiae, qui praesens invisit, accuratissime contulit, variationesque a Parisino cod. cl. Editori remisit: quique etiam hoc breve *mnemosynon* in codicis ipsius laudationem reliquit:

« *Epitome* Πανα ρίου. — *Questa* Επιτομὴ *è stampata nell' Appendice dell' edizione di Dindorf, tolta da un codice Parigino, più recente di quello della Biblioteca di Grottaferrata, e molto scorretto. Gli errori del codice Parigino si emendano bene con questo codice. Di più nel Parigino manca un foglio il quale esiste qui, così che supplisce anche alla lacuna. Venne confrontato coll' edizione di Dindorf, e spedito a questi l' elenco delle varianti, nonchè la copia del foglio mancante.* »

CODEX DECIMUS

B. α. X.

Codex ms. bombycinus, grœcus saec. XIII, constans foliis 149, longitud. metri fere 0, 35, latitud. fere 0, 23. Mutilus est principio et fine, incipit enim a quaternione sexto, cui medio desunt duo folia, quaternioni autem decimo secundo septimum folium deperiit, cætera

continuatim sequuntur usque ad quaternionem decimum quartum, ex quo misere desinit. At haec praeter Codex vel succo atramenti, vel tineis est valde labefactatus maxime vero in extremis hinc inde pagellis. Duabus columnis exaratur, charactere non longe diverso, quam qui praebetur in specimine primo palaeographico apud Montefalconium (lib. IV. c. 9. p. 833).

Complectitur *Panopliam* dogmaticam Euthymii Zigabeni, a Titulo VIII iam inito ad Titul. (iuxta alios) XXV inexpletum. Verum non omnino convenit cum Editione Mignana (Bibl. græc. t. CXXX.), sed plures tituli testimoniis Patrum imminuuntur, maxime *octavus, decimus et undecimus*, dum contra ea titulus *decimus nonus* augetur auctoritate Gregorii Nysseni. Ceterum plerique testes diverso ordine dispensantur, cum nihilominus tituli eumdem perpetuo servent atque in editionibus, quapropter supervacaneum duxi syllabum eorum appingere.

ANIMADVERSIONES

Cum characteris forma minime sinat, ætatem codicis differri citra sæculum XIII vel XIV, pretium inde illi vigescit præ multis qui ex aliis Bibliothecis circumferuntur.

Insuper in titulis habetur etiam tertius decimus de *Processione Spiritus Sancti ab uno Patre*, qui titulus recentioribus Codd. sublatus merito est, nam totus quantusque est hæresi laborat solemniter damnata in Concil. Florentino, ita ut Codex, a catholicis monachis exscriptus, multum sane ætatem illam præcessisse dicendus sit.

Demum illud animadvertendum est, quod qui titulus XXV inscribitur in aliis Codicibus, in hoc ea consequutio est tituli XXIV contra Paulicianos, ut non modo nulla prætexatur inscriptio illi tractationi *de Cruce, de Baptismate* etc, sed uno versu desinat extrema periodus unius, excipiatque prima alterius tractatus. Porro hic alter tractatus, uti e vestigio dicitur, item contra Paulicianos contenditur, itaque potiori jure Codex noster utrumque connectit sub uno eodemque Titulo XXIV. Deficit autem Codex universus paullo post initium articuli *De participatione eucharistici mysterii*, quod græce dicitur: Περὶ τῆς μεταλήψεως τοῦ θεσπστικοῦ σωματος καὶ αἵματος, quam vocem quidam vertunt *transmutationem*, at minus proprie, uti ostendit ipse Euthymianus contextus.

CODEX UNDECIMUS

B. α. XI.

Cod. ms. membranaceus, græc. sæc. X, constans foliis 194, longitud. metri 0, 19, latitud. forme 0, 14. Eam firmat ætatem character uncialis quo tituli omnes, iidemque quamplurimi exscribuntur rubro colore, uti etiam capitalium forma literarum. Textus characterem ligatum præsefert, scilicet non valde compositum, sed interdum calligraphus peculiaris peritiæ periculum facit; et cum ita se gerat, tum scripturam conficit illi omnino similem, quam habes in Cod. A. β. I. Unius igitur librorum manus, aut saltem scholae uterque Codex esse videtur.

Mutilus fine, et plures ostendit lacunas. Opus habet s. JOANNIS DAMASCENI *De fide orthodoxa*, ut mox prima exhibet inscriptio: Τοῦ ὁσίου ἀββὰ Ἰωάννου πρεσβυτέρου ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. *Sancti abbatis Joannis presbyteri Damasceni expositio accurata orthodoxæ fidei.* Continuo incipit a capite primo, quod calligraphus in margine consignat literis numeralibus να', scilicet *quinquagesimum primum*. Id innuit, hisce *dogmaticis* capitibus præcessisse *quinquaginta philosophica*, ea nempe quæ in superiori Codice β. α. IX. numerata conspeximus. Verum heic minime oportet ut capita recensere aggrediamur, cum eodem cuncta ordine pone sequantur, atque in editis apud Migne in sua Bibliotheca græca t. XCIV. Ad conferenda autem singula Codicis nostri cum editione nil præter opus est, quam ut singulis notis numeralibus deducatur numerus *quinquaginta*.

Ad *fidem Orthodoxam* accedunt fragmenta nuper ordinata de *Hæresibus*, opus eiusdem auctoris, quorum primum omnium apparet de *Simonianis*, notato numero κα', XXI iuxta editionem.

ANIMADVERSIONES

Aetatem Codicis magis magisque confirmant additiones marginales aliquot pulchellulo charactere exaratæ manu quæ videtur Neophyti monachi, qui scripsit Cod. B. α. IV, cui fortasse hic Damascenicus tempore quidem antecellit, honore autem par esset, si a discipulis S. Nili exaratus etiam fuerit confectus.

Jamvero ex hisce notis ea præstat (fol. 40), qua singuli dies hebdomadae singulis septem planetis, iisdem etiam singula metalla ita assignantur: Ονόματα ζωδιων ἤτοι τῶν ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος· α'. ἡλίου κυριακῆς χρυσὸς, β'. σελήνης ἄργυρος, γ'. ἄρεος σίδηρος, ἑρμοῦ δ'. κασσίτερος, διὸς ε'. ὑδράργυρος, ἀφροδίτης παρασκευῆς χαλκὸς, κρόνου σαββάτου μόλυβδος. *Nomina signorum coelestium nempe dierum hebdomadae: I.* (diei) *Solis, Dominicae, aurum, II. Lunae argentum, III. Martis ferrum, IV. Mercurii stannum, V. Jovis argentum vivum, VI. Veneris, Parasceves, æs, VII. Saturnii, Sabbati, plumbum.*

Aliquid simile habes in Cod. Colb. 4780, et S. Hil. (Cfr. edit. tom. cit. MIGNE.).

CODEX DECIMUS SECUNDUS

B. α. XII.

Codex ms. chartaceus, graecus saec. XV, constans foliis 29 longitud. metri 0, 15, latitud. 0, 11, denso sed nitido charactere exaratus.

Excipit sermonem S. P. N. EPHRAEM, qui mox referetur in Cod. B. α. XIV, ex quo cod. sermo editus fuit inter opp. S. Patris, Romæ 1743 tom. II p. 247, cum hoc titulo: Εἰς τὸν Σταυρὸν καὶ περὶ μετανοίας καὶ δευτέρας παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. *In Crucem et de poenitentia et de secundo adventu D. N. I. C.* Desunt initio pauca.

Percelebrem locum afferam, quo nempe quisque damnatus e valle Josaphat profecturus ista clamans inducitur:

Δικαία γὰρ ἡ κρίσις τοῦ θεοῦ. Οὐκ ἔτι ὀψώμεθα τὰ τάγματα τῶν ἁγίων, οὐκ ἔτι θεασώμεθα τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ἅπερ φυγήθειμεν ἀπὸ πάντων. Καὶ λυποῦντες εἴπωμεν· Σώζεσθε πάντες δίκαιοι· σώζεσθε ἅγιοι ἀπόστολοι καὶ προφῆται καὶ μάρτυρες. σώζου ὁ χορὸς τῶν πατριαρχῶν, σώζου τὸ τάγμα τῶν μοναζόντων, σώζου τίμιε καὶ ζωοποιὲ σταυρὲ· σώζου ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· σώζου ἡ ἄνω Ιερουσαλὴμ, ἡ μήτηρ τῶν πρωτοτόκων· σώζου παράδεισος τῆς τρυφῆς· σώζου καὶ σὺ δέσποινα θεοτόκε μήτηρ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ· σώζεσθε... *Justum quippe judicium Dei! Non amplius conspiciemus sanctorum exercitus, non amplius intuebimur lucem veram, derelinquemur ab omnibus. Id unum restat ut dicamus: Salvete omnes iusti, salvete sancti apostoli et prophetae ac martyres, salve chorus patriarcharum, salve ordo monachorum, salve veneranda et vivifica Crux, salve regnum coelorum, salve superna Jerusalem primogenitis mater, salve paradise deliciarum, salve tu quoque Domina Deigenitrix mater humanissimi Dei.*

Fol. 22. Fragmentum accedit ex Typico S. Sabae Jerosolymitano, cui præjacet haec inscriptio:

Αρχὴ συν θεῷ ἁγίῳ. Προοίμιον τῆς ἱερᾶς βίβλου τοῦ καθ' Ιεροσόλυμα μοναστηρίου σύμπαντος τοῦ Τυπικοῦ, γραφὲν παρὰ τῶν ἐξ Ιεροσολύμων διασωθέντων μακαρίων πατέρων καὶ ἐν τῷ κατ' Ασίαν ἱερῷ τοῦ Λάτρους ὄρει θεοῦ κατοικησάντων καὶ ἀσκουμένων· Αὕτη δὲ ἡ ἀκολουθία ψάλλεται ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Σάβα λαύρᾳ, καὶ ἐν τοῖς λοιποις (sic) τῶν Ιεροσολύμων ἁγίων μονῶν. *Initium, auspice Deo sancto. Proœmium sacri voluminis Typici universi* (in usum) *monasterii prope Jerosoliman, scriptum ab iis qui ex Jerosolimis effugerunt beatis patribus et in sacrum Dei montem Latrem in Asia se receperunt, et sese exercent. Porro hic officii ordo servatur in Laura S. Sabae, et in reliquis prope Jerosolima sanctis mansionibus.* Typici vulgo S. Sabae editionem prae oculis habeo Venetiis excusam an. 1545 in officina Sabieorum fratrum. Prima tituli pars multum differt a superiore Codice. Fragmentum vero mox ita incipit: Πρὸ τοῦ δῦναι τὸν ἥλιον. *Antequam sol occidat, et deest ex illis* ὡς πληροῦσθαι (τὸ ψαλτήριον) ἑκάστῃ ἑβδομάδι.. *ut absolvatur psalterium singula hebdomade.*

CODEX DECIMUS TERTIUS

B. α. XIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 46, longitud. metri 0, 22, latitud. 0, 18, mutilus principio et fine, marginis praeterea decerptus plures et pagellarum oris niger. Binis columnis exaratus a librario non admodum calligraphia graeca perito.

Plura continet vel Acta Sanctorum vel Patrum sermones et homilias.

Fol. 1. Vita est *S. Basilii Magni* AMPHILOCHIO ICONIENSI primum tributa ab Urso S. R. E. subdiacono, qui primus latinam fecit quam interpretationem edidit sine textu graeco Migne in sua Bibl. Lat. t. LXXIII. Graecus autem textus Codicis incipit in cap. II. Quae omnia inde sequuntur, dispescuntur titulis nempe: Περὶ λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ. *De Libanio sophista*, quod caput latine *tertio* respondet. Περὶ τοῦ Εβραίου τοῦ γενομένου χριστιανοῦ. *De Hebraeo qui Christi fidem amplexus est;* quod graece II, latine vero est cap. VII. Περὶ Ιωσὴφ τοῦ Εβραίου. *De Josepho Hebraeo:* sed latinae editioni deest.

Quamquam haec historia sit vetusta, et ipsi Euthymio Zigabeno probabilis visa, et inde etiam Combifisio, tamen nedum alii, hic ipse fassus est a monachis tractu temporis fuisse falsis traditionibus et historiolis interpolatam. (Cfr. Fogginium in *Prolegom.* ad Euthymium: Migne Bibl. graec. t. CXXVIII.)

Fol. 5. v. Βίος ἤγουν πολιτεία Σιλβέστρου πάπα ῥώμης. *Vita seu conversatio Silvestri Rom. Pontificis.* Incip. Εὐσέβιος ὁ Καισαρεὺς ὁ καὶ Παμφίλου. *Eusebius Caesariensis qui et Pamphili filius.* Extat etiam e Codd. Mediceo et Mazarino cum versione notisque edita a Fr. Combefisio, Parisiis an. 1659 in lectis Christi martyrum triumphis.

20. v. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI sermo *in Sancta Lumina* (scilicet in Epiphaniam Domini). Incipit: Οἱ ἀνθηρότατοι λειμῶνες. *Horti perfloridi.* Datur spuriis in Editionibus S. P. (Migne, Bibl. Graec. t. VIII.), sed sermo inscribitur Εἰς τὸν πρόδρομον. *In S. Joan. Baptistam*, quippe forte legebatur die VII Januarii, qua etiam die Graeci memoriam recolunt S. Praecursoris cum octava Epiphaniae Domini.

Fol. 22. S. EPIPHANII EP. CONSTANTIAE in Cypro homilia in *Ypapantem D. N. J. C.* Incipit: Μέγα φῶς ἐν ἡμέρᾳ φωτὸς. *Magna lux in die lucis.* Deest in Editionibus; at nil mirum, cum Fabricius *in Epiphanio* (Bibl. Graeca) plura sub eius nomine in Bibliothecis inscripta passim reperiri fateatur.

Fol. 23. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Στρατηλάτου. *Martyrium S. Theodori Ductoris militum.* Incipit: Ὥσπερ φαίνει ὁ ἥλιος τοῖς ὁρῶσιν. *Quemadmodum sol videtur ab iis qui vident eum.* Hanc homiliam tradit Allatius exscriptam graece a Metaphraste *(De scriptis Symeon. Metaphr.)*, et latine habetur in Surio d. VII Febr.

Fol. 27. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Βλασίου. *Martyrium S. Blasii.* Incipit: Ηνίκα ὁ καιρὸς τῶν εἰδώλων ἐπεκράτει. *Quo tempore vigebat cultus idolorum.* Editur in *Addendis* ad Metaphrastem: Migne, Bibl. Graec. t. CXVI, latine apud Surium d. III Febr.

Fol. 30. v. S. JO. CHRYSOSTOMI sermo *in primum hominem Adam et Evam. Dominica Tyrophagi* (Latinis Dominica in LX^ma.) Incipit: Ἠκούσαμεν ἀρτίως ἀγαπητοί. *Audivimus nuper, o charissimi.* Non editur inter opp. S. Patris.

Fol. 31. v. Μαρτύριον τῶν ἁγγ. Μ'. μαρτύρων τῶν ἐν Σεβαστίᾳ ἀθλησάντων. *Martyrium SS. XL. Martyrum qui Sebaste certamen subiere.* Incipit: Κατὰ τοὺς καιροὺς Διοκλητιανοῦ ἦν διωγμὸς μέγας τῶν χριστιανῶν. *Temporibus Diocletiani erat magna in Christianos persequutio.* Deest in editis Metaphrastis: cum spurium habeat Allatius, in cuius titulo legitur Λικιννίου *Licinii* pro Διοκλητιανου. Cfr. Fabric.

Fol. 35. S. PROCLI ARCHIEP. EP. *In Adnunciationem S. Deiparae.* Incip. Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια. *Rursus nuncia gaudii.* Editur inter spurias homil. Chrysostomi: Migne t. II. P. post. pag. 791.

Fol. 37. v. B. EPIPHANII EP. CONSTANTIÆ in Cypro sermo *in Palmarum ramos.* Incipit: Χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών. *Laetare valde, filia Sion.* Editur inter dubia et spuria opp. S. Patris: Migne, tom. III.

Fol. 40. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI sermo *in proditionem Judae: Fer. V magna.* Incipit: Στυγνὴν τὴν Ἐκκλησίαν ὁρῶ. *Mœstam Ecclesiam video.* Inest spuriis S. Patris. Migne t. X. p. 687.

Fol. 41. v. S GREGORII EP. NAZIANZENI, Theologi, sermo *in S. Pascha.* Incipit: Ἀναστάσεως ἡμέρα. Opus legitimum, citatur num. XLI in eius Orationibus juxta edit. Lipsiensem.

Fol. 42. v. Μαρτύριον τοῦ ἁγ. Γεωργίου. *Martyrium S. Georgii.* Incipit: Ἡ μὲν τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προαιώνια βασιλεία. *Regnum quidem Salvatoris nostri Iesu Christi sempiternum.* Hanc historiam non reperi in Editis Metaphrastis, sed Allatius nos docet Acta S. Martyris a se exscripta fuisse. Citatur etiam in bibl. Coisliniana p. 196.

ANIMADVERSIONES

Quantus initio fuerit Codex, nullo negotio conjici potest ex altero sermone seu vita *S. Silvestri* signata numero ιθ'. nempe XIX, ex qua deinceps continenter notati sequuntur ceteri usque ad superius relatum, qui signatur λ'. XXX. Hinc patet *Vitam Basilii* consignatam olim fuisse numero XVIII, cui proinde præcurrerant septem et decem omnino huiusmodi orationes. Ad finem vero quod attinet, cum ex relatis quidem animadverterim singulas singulis mensibus propemodum adduci, *Certamen* autem *b. Georgii* in Aprilem mensem compositum esse, et in quinque ceteros menses usque ad Septembrem quinque plus minus alia varia scripta sive ex Actis SS. sive ex Homiliis Patrum addita fuisse a Calligrapho, totidem nunc fere deesse crederem.

CODEX DECIMUS QUARTUS

B. α. XIV.

Codex ms. membran. graecus saec. X, folia excipiens 324, metri longitud. 0, 23. latitud. 0, 17, sat bono charactere exscriptus, ligato quidem in textu, unciali autem in titulis, iisdemque saepe etiam multicolori decoratis ornatu, quo quidem literae capitales quam plurimæ praestant.

Lectionarium *Patristicum* per annuas solemnitates confectum ex orationibus SS. Patrum, Chrysostomi praesertim exhibet, inter divina Officia, ut Matius noster animadvertit, legendis.

Fol. 1. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Or. in illud: Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Incipit: Ἥλιος μὲν ἐπὶ γῆς. *Sol quidem super terram.* Inseritur spuriis opp. S. P. Migne t. XIII. p. 683.

Fol. 8. Eiusdem sermo *In parabolam operariorum.* Incipit: Ὁρῶ τῇ ποίμνῃ. *Video gregi.* Inest in spuriis tom. VIII p. 577.

Fol. 20. v. Eiusdem sermo in *Prodigum.* Incipit: Ἀεὶ μὲν τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν. *Semper quidem benignitatem Dei.* Est inter spuria opp. eiusd. S. Doct. t. VIII p. 515.

Fol. 27. v. Eiusdem sermo *In Samaritanam.* Incipit: Σήμερον ὁ χριστός. *Hodie Christus.* Inest spuriis opp. S. P. t. VIII p. 535.

Fol. 36. v. S. ATHANASII EP. Alexandriae sermo *In Coecum natum.* Inc. Πολλυσπούδαστον πᾶσιν ἀνθρώποις. *Summa cura cunctis hominibus.* Spuriis datur in opp. S. Doct. Migne t. IV. p. 1002.

Fol. 49. v. S. JO. CHRYSOSTOMI sermo *In Coecum a nativitate.* Inc. Ἔτι μου τοῖς ἀδύτοις τῆς ψυχῆς. *Adhuc in penetralibus animae meae.* In Indice alphabetico homil. S. P. nunciatur spuria ac praetermissa.

Fol. 53. Eiusdem sermo *In Divitem et in Lazarum.* Inc. Μέγιστόν ἐστι διδασκαλεῖον. *Maxima schola est.* Spuriis demandatur opp. S. Patris t. VIII p. 591.

Fol. 57. v. Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου Εὐοΐας (sic.) μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου. Εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον. S. JOANNIS EUBOEAE monachi et presbyteri in *Lazarum quatriduanum.* Incipit: Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος. *Omnis scriptura a Deo inspirata.* De Eubaeense vid. Le Quien *Oriens Christ.* t. II p. 214.

Fol. 64 v. B. HESYCHII PRESB. Hierosolymitani homilia *In Lazarum quatriduanum.* Incipit: Δεῖπνον ἡμῖν πολυτελές. *Cœnam nobis valde utilem.* Ineditus hactenus iste sermo exstat in Bibliotheca Ambros. Cfr. Fabricium Bibl. graec. t. VII p. 548 ed. Harles, nec non Migne t. XCIII.

Fol. 71. S. JO. CHRYSOSTOMI sermo *In Lazarum quatriduanum.* Inc.

Ωσπερ μήτηρ φιλότεκνος. *Tamquam mater filiorum amans.* Additur spuriis. t. XI p. 775.

Fol. 74. S. ANDREÆ ARCH. CRETÆ sermo *In Lazarum quatriduanum.* Incipit: Λάζαρος τὸν παρόντα συγκεκρότηκε σύλλογον. *Lazarus praesentem indixit conventum.* Edid. Combefis. Migne Bibl. graec. t. XCVII. p. 959. Verum sermo sub finem continuo disrumpitur et alia de re nata appingitur ex alio crediderim sermone desumpta; ipse autem calligraphus marginali obelo adnotat.

Fol. 91. v. Eiusdem sermo *In Ramos* incipiens: Χθὲς ἡμᾶς. *Heri nos.* tom. cit. p. 986.

Fol. 107. v. S. EPIPHANII EP. CYPRI sermo *In Ramos palmarum.* Incip. Χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών. *Gaudio magno perfundere, filia Sion.* Datur spuriis Migne opp. S. P. tom III p. 427.

Fol. 114. S. ATHANASII ARCHIEP. ALEXANDRIAE sermo *In illud: Ite in castellum quod contra vos est, et invenietis asinam alligatam et pullum cum ea, solventes adducite mihi.* Incip. Πάλιν ἡμᾶς. *Rursus nos.* Rejicitur inter spuria S. P. opp. Mign. t. IV p. 1023.

Fol. 125. LEONTII PRESB. HIEROSOLYMORUM sermo *In Prophosismata et in Ramos palmarum et in resurrectionem Lazari.* Incip. Ηδη τῆς δεσποτικῆς πανηγύρεως. *Jam dominicae festivitatis.* Abest ab Edit. Migne. Bibl. graec. t. LXXXVI. At id nihil evincit, cum inibi Gallandius testetur: *Complura scripsit Leontius, quorum alia iam edita prostant, alia necdum in lucem emissa.* Renuntiat autem nobis Allatius (Diatriba de script. Metaphrastis, Migne Patr. Graec. t. CXIV) et Fabricius cum Harl. in catalog. Vitarum SS. t. X.

Fol. 132. v. BEATI EPHRAEM SYRI sermo *In perpulchrum Joseph, legendus in magna feria V.* Porro Joseph hic ille est Jacobi filius, unus ex patriarchis, cuius acta ex Genesi leguntur in *Vesperis* per illos dies majoris hebdomadae. Incipit: Ο θεὸς τοῦ Αβραάμ. *Deus Abraham.* Editur inter Patris opp. tom. II. Romae 1743, ibique (tom. I) adnotatur in Prolegomenis sermonem hunc haberi in Cod. Cryptofer. 13 p. 21, qui est hic ipse relatus, quique pridem secus ordinatus erat, nec non in Cod. 52 p. 68, et in Cod. 87 p. 123.

Fol. 154. v. S. JO. CHRYSOSTOMI *In illud: Congregaverunt Judaei synedrium et dixerunt: Quid faciemus. In S. Feria II.* P. Εοίκασιν οἱ τῆς ἐκκλησίας φίλτατοι. *Persimiles sunt amici Ecclesiae.* t. VIII p. 525.

Fol. 159. Eiusdem ser. *In ficum arefactam. In eadem Feria II.* Inc. Οφθαλμὸς μὲν ὁρῶν. *Oculus quidem videns.* Additur spuriis t. VIII p. 585.

Fol. 165. Eiusdem sermo *In decem virgines.* Incipit: Οτ' ἀν τὸ εὐδαπάνητον. *Cum fragilem.* Exstat inter opp. spuria Chrysostomi, Migne

t. VIII p. 527. De hoc, puto, animadvertit Ang. Mai (Bibl. PP. t. II) inscriptam inveniri S. *Cyrillo* in Cod. Syr. Vatic. 97.

Fol. 171. Eiusdem ser. *In turturem: in sancta et magna feria V.* Incipit: Η τρυγὼν ἡ φιλέρημος. *Turtur solitudinis amans.* t. V. p. 599.

Fol. 178. v. S. EPHRAEM sermo *In peccatricem, legendus in feria sancta IV.* Incipit: Πολλῶν ὄντων ὁσίων. *Cum multi sint sancti.* Editur e nostris Codd. t. II. p. 297.

Fol. 188. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI sermo *In peccatricem et in Pharisæum.* Inc. Σήμερον ὁ φαρισαῖος. *Hodie Pharisæus.* Editur in spuriis, Migne, t. X p. 709.

Fol. 190. v. Eiusdem sermo *In magnam feriam V, super proditione Judæ.* Incip. Στυγνὴν τὴν ἐκκλησίαν ὁρῶ. *Ecclesiam video tristem.* Est inter spuria, t. X p. 687.

Fol. 193. Eiusdem *In Judae proditionem, et in Pascha, et in traditionem mysteriorum, et in injuriarum recordationem,* (sermo) *legendus in sancta et magna feria V.* Inc. Ολίγα ἀνάγχη σήμερον. *Parva quidem necessitas.* Editur inter genuinas t. II p. 373.

Fol. 207. S. ATHANASII ARCHIEP. ALEXANDR. *In sanctam et magnam Parasceven.* Inc. Μέγα μὲν ὁ οὐρανός. *Magnum quidem coelum.* Editur inter spuria S. P. Migne, t. IV. p. 1053.

Fol. 211. v. S. JO. CHRYSOSTOMI *In sanctam Parasceven.* Inc. Επέστη τῶν ἱερῶν μυστηρίων. *Sacrorum mysteriorum adest.* In Cod. Ottoboniano tribuitur S. PROCLO, Migne, tom. LXV p. 778.

Fol. 213. S. GREGORII EP. NYSSENI sermo *In sanctum Sabbatum et in sanctam Resurrectionem.* Inc. Επαινετὸς τῆς ἐκκλησίας οὗτος ὁ νόμος. *Mos hic Ecclesiae laudabilis.* Graece et lat. edidit Combefis. t. I Actuarii p. 827 tribuens GREGORIO ANTIOCHENO (Cfr. Fabr. cum Harl.).

Fol. 221 v. S. EPIPHANII EP. CYPRI, *In Dei secundum carnem sepulturam D. N. I. C. et in Josephum ab Arimathea et in Descensionem ad inferos factam a Domino mirabiliter post salutiferam passionem.* Incip. Τί τοῦτο; σήμερον. *Quid istud? hodie.* Editur in dubiis et spuriis S. Doctoris apud Migne t. III p. 439. Sed in multis Codd. refertur (Cfr. ibi Prolegomena) eo quod, arbitror, teste Fabricio, haec Homilia in magno sabbato apud Graecos et Russos recitatur.

Fol. 239. v. S. GREGORII EP. NAZIANZI *In Pascha et in tarditatem.* Inc. Αναστάσεως ἡμέρα. *Resurrectionis dies.* Est XLI in edit. Lips. 1680.

Fol. 242. Eiusdem sermo *In S. Pascha.* Incip. Επὶ τῆς φυλακῆς μου. *In custodia mea.* Est XLII in ead. editione.

Fol. 258. S. EPIPHANII ARCHIEP. CYPRI sermo *In triduanam D. N. resurrectionem.* Incip. Ο τῆς δικαιοσύνης. *Justitiae.* Migne t. III p. 465.

Fol. 267 S. EPHRÆM *In Crucem nec non de pœnitentia et secundo*

Adventu D. N. I. C. Incipit: Πᾶσα ἑορτή. *Omne festum.* Edit. cit. t. II p. 247. Sequuntur autem quinque *Interrogationes.*

Fol. 274. Prima incip: Ερώτησις. Εἰπὲ ἡμῖν καὶ τὰ λοιπὰ ἵνα ἀκούσωμεν. *Interrogatio. Dic nobis et reliqua ut audiamus.* Απόκρισις. Τότε πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης. *Responsio. Tunc cunctum humanum genus.*

Fol 274. v. Est altera, incip. Εἰπὲ ἡμῖν παρακαλοῦμεν. *Dicito nobis, precamur.* Resp. Αδελφοί μου φιλόχριστοι. *Fratres mei, Christi amantes.*

Fol. 276. Est tertia, incip. Εἰς μῖαν κόλασιν ἀπέρχονται; *In unum supplicium ibunt?* Resp. Διάφοροι κολάσεις εἰσίν. *Varia sunt supplicia.*

Fol. 276. v. Est quarta, incip. Εἰπὲ ἡμῖν τὴν διαφορὰν τῶν πολάσεων. *Dic nobis suppliciorum varietatem.* Resp. Αλλως κολάζεται ὁ μοιχός. *Secus punitur adulter.*

Fol. 277. Est quinta, incip. Παρακαλοῦμεν εἰπὲ ἡμῖν. *Precamur, dicito nobis.* Resp. Ω ἀδελφοί μου ἀγαπητοί. *O dilecti mei fratres.* Hae autem divisae interrogationes eduntur una tamquam partes ipsius sermonis.

Fol. 282. Αναστασίου μοναχοῦ τοῦ Σινᾶ ὁρους ὁμηλία ῥηθεῖσα εἰς τὸν ἕκτον ψαλμόν. ANASTASII MONACHI *m. Sina homilia habita super psalmum VI.* Incip. Πρέπουσα ἀρχή. *Principium aptum.* Migne, t. LXXXIX.

Fol. 298. S. P. N. BASILII ARCHIEP. CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA sermo *In initium jejuniorum.* Incipit: Σαλπίσατε φησίν ἐν νεομηνίᾳ. *Clangite in neomenia.* Editur inter opp. t. I. Edit. MORELLI, Parisiis 1618.

Fol. 308. Eiusdem sermo alter *In initium jejuniorum.* Incipit: Παρακαλεῖτε, φησίν. *Exhortamini, inquit.* In ead. edit. hic pone sequitur priorem.

Fol. 115. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI sermo *In adnunciationem S. Deiparae.* Incip. Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια. *Rursus gaudii nuntia.* Inseritur spuriis t. II P. II p. 791.

ANIMADVERSIONES

Fol. 44. v. Exeunte quodam sermone appingitur magnum monocondylum, valde implexum et explicatu difficile.

Folia demum duo Codici compacta scripta sunt Syriaco charactere, et agunt de re medica, ut nobis interpretatus est cl. BOLLING S. I. Procustode Bibliothecæ Vaticanæ.

Ad marg. ibid. notulæ quædam scriptæ sunt memoriæ caussa,quibus contra DU CANGE (Vocab. græco - barb) accipies vocem κόκκος mensuræ, ponderisve genus esse, uti τάριον vel σιτάριον ibidem relatas.

CODEX DECIMUS QUINTUS

B. α. XV.

Codex ms. membran. græcus saeculi XI, folia complectens 91, longitud. metri fere 0, 18, latitudinis 0, 14. Mutilus est principio et fine; hudore autem et attritu multa evanuerunt. Character est valde

rotundus, ligatus, nec male compositus, in titulis vero uncialis, neque raro etiam in textu. Quæ vero Codex complectitur, ex syllabo disce.

Fol. 1. Acephala est homilia inter spurias CHRYSOSTOMI (Edit. Migne tom. V pag. 565.), inscripta: Εἰς ἐπιγραφὴν τοῦ ψαλμοῦ. ν'. *In titulum psalmi L*, incipiens: Οἱ ζωγράφοι μιμοῦνται. *Pictores imitantur*. In Cod. vero exoritur a verbis illis: Οτε δὲ χρεῖα ἦν τοῦ ἐλέγχου. *Cum vero coarguendus* (ille) *fuit*, notatis sub exeunte §. 6, et integra pergit ad finem usque.

Fol. 7. v. Eiusdem sermo *In reliqua psalmi L*. P. Τὰ λείψανα τῆς χθεσινῆς τραπέζης. *Reliquiæ hesternæ mensæ*. T. V. p. 575.

Fol. 27. v. Eiusdem *De pœnitentia sermo tertius*. P. Ιδετε τὴ προτέρᾳ κυριακῇ. *Dominica superiore vidistis*. Prolixiori titulo editur a Montefalcone, Migne t. II. p. 283.

Fol. 38. v. Eiusdem sermo *In S. Baptisma Jesu et in S. Epiphaniam Domini et de precedenti synaxi SS. mysteriorum*, etc. Incipit: Πάντες μὲν ἡμεῖς ἐν εὐθυμίᾳ. *Nos quidem omnes in alacritate*. Migne tom. II. p. 363.

Fol. 52. v. Eiusdem sermo in illud: *Verumtamen frustra conturbatur omnis homo vivens*. P. Προτρέπεται καὶ κόλπος. *Excitat etiam sinus*. Migne in spuriis t. V p. 559.

Fol. 56. v. Eiusdem sermo *In eos qui omittunt sacras synaxes*. P. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἁπλῶς. *Non sufficit sane perfunctorie*. Non reperi.

Fol. 60. v. Eiusdem sermo. *Quod periculosum est theatra adire*. P. Πολλοῖς δοκεῖ. *Multis videtur*. Nescio utrum paucis initio variatis eadem sit ac quae in Indice (Migne t. XIII) enunciatur spuria et omissa, incipiens: Πολλοῖς οἶμαι τῶν. *Multis arbitror;* alia enim hisce verbis exordiens non indicatur.

Fol. 63. Eiusdem sermo *De jejunio et in Jonam*. Incipit: Σήμερον ἡμῖν ἡ ἐκκλησία. *Hodie nobis Ecclesia*. Abest in edit. Montefalc. apud Migne.

Fol. 71. Μαρτύριον τοῦ ἁγ. ἱερομαρτ. βλασίου. *Martyrium S. Blasii hieromartyris*. Incipit: Ηνίκα ὁ καιρὸς τῶν εἰδώλων. *Cum idolorum tempus*. Vid. Cod. superiorem B. α. XIII. p. 87.

Fol. 80. Μαρτύριον τῆς ἁγίας Φαύστης. *Martyrium S. Faustæ*. Incipit: Επὶ Μαξιμιανοῦ. *Sub Maximiano*. Tradit Allatius acta huius S. Martyris cum sociis *Evelasio et Maximina* exscripta fuisse a Metaphraste, at penes Allatium exordium huiusmodi non reperi; sed collata lectione græca cum Latina apud Surium (d. VI. Febr.) non in multis differre deprehendi.

Fol. 85. Μαρτύριον τοῦ ἁγ. καὶ ἐνδόξου μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Καλλιστράτου καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ. *Martyrium sancti et inclyti martyris Christi Cal-*

listrati et sociorum eius. P. Εν ταῖς ἡμέραις τῆς βασιλείας Οὐάλεντος καὶ Διοκλητιανοῦ. *In diebus regni Valentis et Diocletiani.* Aliud sane initium habent huius Martyris Acta apud Metaphr. (Mens. Septembri) nimirum: Τὴν τοῦ κυρίου ποίμνην. *Cum gregem Domini.* Verum nil mirum, quando saepe SS. historiae et Patrum homiliae sunt mancae vel mutilae, cum pii homines compendia facilius præ manibus haberent, vel apocopas sibi conficerent.

CODEX DECIMUS SEXTUS

B. α. XVI.

Cod. ms. membranaceus græcus sæculi XII, constans foliis 23, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 14, mutilus fine et aliquantulum medio. Charactere bono gaudet, omnino flavescente. Sermones quosdam habet B. EPHRÆM SYRI, cujus multas iam supra vidimus homilias, quas præ compunctione cordis et gravitate sententiarum in delicias habuere nostri monachi.

Fol. 1. I sermo *De pœnitentia.* P. Κατανύγηθι ψυχή μου. *Compungere, anima mea.* Notatur uti primus cum litera α'. Editur in Edit. Romana graeco-lat. t. I. p. 161, sed præsefert alium titulum: Λόγος κατανυκτικός. *Sermo compunctorius.*

Fol. 6. v. II sermo *De iudicio et resurrectione.* P. Δεῦτε πάντες ἀδελφοί. *Adeste, fratres omnes.* Editur ibid. t. III. p. 148.

Fol. 9. III sermo *De humilitate.* P. Επειδὴ ἐπερωτήσατε. *Quoniam rogastis.* Est ineditus.

Fol. 10. IV sermo *De humilitate, et de mansueta respondendi ratione.* P. Ωσπερ μέλι καὶ κηρίον. *Quemadmodum mel et cera.* Ibidem non editur.

Fol. 11. V sermo *De curis et vitæ negotiis.* P. Ως δεσμὸς καὶ ἄλυσις. *Sicuti vinculum et solutio.* Ineditus.

Fol. eod. VI sermo *De arrogantia et de operibus invidiæ et reprehensionis, et de transmigratione de loco in locum.* Inc. Ωσπερ ξύλον ὑψιλόν. *Sicuti lignum excelsum.* Ineditus.

Fol. 16. v. VII sermo, *quem habuit cum Nysibeni adierunt eum et rogarunt de virtutibus.* Desunt initio quædam ex abrepto folio. Editur tom. I. p. 1. cum hoc titulo: Περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν λόγος. *De virtutibus et vitiis* sermo. P. Μακαρίζω τὴν ὑμῶν ζωήν. *Vitam vestram prædico beatam.*

Fol. 18. VII sermo *De timore.* P. Μακάριος οὖν ὁ ἄνθρωπος. *Beatus igitur homo.* Editur t. I. p. 3.

Fol. 19. IX sermo *De eo qui non habet timorem* (Dei). P. ὁ δὲ μὴ ἔχων. *Qui autem non habet.* In Edit. pone sequitur superiorem, atque ita alii deinceps.

Fol. eod. X sermo *De dilectione.* Μακάριος ἄνθρωπος. *Beatus homo.*

Fol. 20. XI sermo *De iis qui charitatem non habent.* P. Ἄθλιος δὲ καὶ ταλαίπωρος. *Miser autem atque infelix.*

Fol. 21. XII sermo *De longanimitate.* P. Μακάριος ἀληθῶς. *Beatus profecto.*

Fol. eod. XIII sermo *De eo qui non habet longanimitatem.* P. ὁ δὲ μὴ ἔχων. *Qui autem non habet.*

Fol. eod. v. XIV sermo *De patientia.* P. Μακάριος ἀδελφός. *Beatus frater.*

Fol. 22. v. XV sermo *De eo qui patientiam non habet.* P. Ἄθλιος δὲ καὶ ταλαίπορος ὁ μὴ κτησάμενος ὑπομονήν. *Miser autem et infelix qui patientiam non possidet.*

Fol. 23. XVI sermo *De lenitate.* P. Μακάριος καὶ τρισμακάριος ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. *Beatus et ter beatus homo ille.*

Fol. eod. v. XVII sermo *De iracundia.* P. ὁ δὲ τῇ ὀξυχολίᾳ πάντοτε κρατούμενος. *Qui autem iracundia semper tenetur.* Desinit cum Codice ad illa verba: καὶ οἱ λογισμοὶ ποθαμηδὸν (ἀναβρύουσι). *Et cogitationes fluminis instar (scaturiunt).*

CODEX DECIMUS SEPTIMUS

B. α. XVII.

Codex ms. membran. græcus duplicis characteris et aetatis, constans foliis 21 longitud. metri 0, 18, latitud. 0, 14, consarctus fere totus ex membranis jampridem scriptis.

In fronte Cod. venit sermo quidam *de Angelis*, exaratus charactere alto ac rotundo, saec. XV vel XVI ineunte. Titulus ita inscribitur: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γεωργίου ἁγιοπολίτου λόγος ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὰ ἀσώματα· καὶ διὰ τί ταῦτα τῇ θείᾳ γραφῇ ἀποκέκρυπται· καὶ περὶ ῥητῶν καὶ ἀῤῥήτων. Εὐλόγησον.. S. P. N. GEORGII HAGIOPOLITI *laudatio in Substantias incorporeas et quare istae in divinis literis abscondantur, deque iis quae* (de Incorporeis) *dici possint vel secus.* Incip. Καὶ πάλαι τῷ θείῳ δαυὶδ περὶ ἡμῶν πάντων προκελαδῆσαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Olim profecto Spiritus Sanctus de nobis omnibus praecinens divino David.* De scriptore atque eius opere ita disserit Allatius (Fabric. Bibl. graec. t. XII p. 17 edit. Harles). « Hanc orationem hortatu religiosissimi et doctissimi viri « Boluitii Neapolitani Clerici Regularis, cuius scripta suspicio, lati-

« nam feci. » Verum nescimus utrum hic publici iuris etiam fecerit. Ille autem, vir emunctae naris, multa in Oratione deprehendit *nova, incompta et parum catholica*. Auctor proinde minime confundatur cum illo *Georgio hagiopolita* qui et *Sergius* dictus fuit, melodo sane non contemnendo. Quisnam autem noster hic fuerit, quave extiterit ætate Allatius se se latere fatetur.

Fol. 65. Adest diverso item vetustioris notae charactere exscriptus sermo de *Melchisedech*, non bene s. CYRILLO ALEXANDRINO tributus. Incip. Επειδὴ πολλοὺς ἀδημονοῦντας οἴδαμεν. *Quoniam multos vidimus timore perculsos*. Neque reperitur in editis huius Patris, nedum eius mentem olet, qui cum multa disserat praesertim supra *Genesi* de Melchisedech, nil de eius genealogia delibat, ut hic pluribus facit auctor noster. Proinde de Historico eadem atque de Historia ferenda sententia est, quam Maurini PP. de alia huic simillima *Melchisedechiana* fabula, item male D. Athanasio tributa (Cfr. Migne, Patrol. graec. t. XXVIII pp. 523 seqq. Notae). Non igitur valde dolendum est, si hoccine commentum una cum Cod. mutilum reperiatur.

ANIMADVERSIONES

Codicem olim grandiorem fuisse ostendit primæ pagellae nota numeralis 130, ut proinde huic præcurrisse necesse sit folia 129, nunc deperdita - Tum ista folia congesta sunt ex vetustioribus Codicibus chartisque membranaceis, ex quo PALIMPSESTORUM facta haud parva congeries est.

Igitur folia novem habent *Synaxaria* Sanctorum, duplici columna exscripta saec. X vel XI ineunte, quae inter inspexi Acta SS. MM. *Theodori*, item *Alexandri et Antoninae* nec non *Cypriani et Justinae*.

Folia octo, quorum aliquot lecturae vix pervia, excepisse videntur *Canones* seu Hymnos in Sanctos, unum praesertim in quosdam *Apostolos* vel potius Hymnum in *Commune* Apostolorum.

Folia decem produnt *Decreta* et *Instrumenta* vel graece vel latine conscripta, quorum unius alteriusve dumtaxat peculiaris ratio habenda erit in Syllabo *Diplomatum*. Ex altero vero subsistunt quaedam serius scripta monachorum *nomina*, quae heic referre minime confert.

Majoris momenti videntur fragmentum *Tractatus* Theologici, octo foliis exceptum, tum aliud Εἰς τὴν κοσμοποιΐαν seu *De Mundi creatione*, totidem foliis constans; quae sigillatim in proprio *Catalogi* ordine describenda reliquimus.

CODEX DECIMUS OCTAVUS

B. α. XVIII.

Cod. ms. membranaceus græcus saec. XII, excipiens folia 81, longitud. metri 0, 17, latitud. 0, 12, fine mutilus, foliisque multis foedatus. Character oblongus, quidquid in textu ligatus, quidquid in titulis uncialis ducitur. Orthographia mendosa, prorsus utilis qua vocalium et diphthongorum sonus genuinus hauriatur.

Multa *ascetica* exarantur, nempe sanctorum hominum vel acta vel dicta, quemadmodum mox syllabus indicat.

Fol. 1. Παραίνεσις τῶν ἁγίων πατέρων εἰς προκοπὴν τελειώτητος. *Exhortatio SS. Patrum ad proficiendum in perfectione.* Incipit: Ειπεν ἀββας Ησαΐας πρεσβύτερος· ὅτι ἔλεγέν τις τῶν πατέρων. *Dixit abbas Isaias presbyterus, quod quidam e patribus inquiebat.* Excerptum breve est ex Orat. XXIII earum, quas inscriptas abb. Isaiae latinas fecit Zinus Veronensis anno 1574, editasque post alias vulgavit Migne in Patrol. græc. t. LX.

Sub eodem titulo nectuntur alia *Isaiæ ab.* aliorumque Patrum dicta, quae sigillatim conferre longius esset. Descriptionem propterea ad magis praecipuos titulos persequemur.

Fol. 4. Περὶ κατανύξεως. *De compunctione.* Incipit: Εἶπεν ἀββα Αντώνιος· Πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες. *Dixit abbas Antonius: Præ oculis habentes.* Post hæc subnectitur aliud S. Abbatis dictum, incip: Καθεζόμενος ἐν τῷ κελλίῳ συνάγαγέ σου τὸν νοῦν. *Sedens in cella recollige mentem tuam.* Hoc porro dictum habetur in Edit. et lib. infra citandis; illud autem in Edit. Migne (Patr. graec. t. LXV) in libro cui titulus: Αποφθέγματα τῶν ἁγίων Πατέρων. *Sententiae SS. Patrum*, sub num. λγ'. 23, nisi quod pauca inest discrepantia.

Fol. 5. Ρήματα γερόντων καὶ παραίνεσις ἁγίων πατέρων εἰς προκοπὴν τελειώτητος. *Verba quorumdam senum, et exhortatio SS. Patrum ad proficiendum in perfectione.* Incipit: Ηρώτησέν τις τὸν ἀββὰ Αντώνιον λέγων· Τί φυλάξας τῷ θεῷ εὐαρεστήσω; *Rogavit quidam abb. Antonium inquiens: Quid custodiens placebo Deo?* Ibidem sub nr. 3.

Fol. 7. Οτι δει τὴν ἡσυχίαν πάσῃ σπουδῇ μεταδιώκειν. *Quod oportet ad quietem omni studio animum intendere.* Incipit: Εἶπεν ἀββὰ Αντώνιος· Ωσπερ οἱ ἰχθύες. *Dixit abbas Antonius: Sicut pisces.* Ibid. sub nr. 10.

Fol. 24. Περὶ ἐγκρατείας οὐ μόνον ἐπὶ βρωμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων. *De continentia non modo quoad cibos, sed etiam quoad animi motus.* Incip. Αδελφοὶ ἐρωτήσεως χάριν παρέλαβον ἀββᾶ Αντωνίῳ ἀπὸ Σκήθεος. *Fratres consultationis caussa adierunt de Scithi ad abb. Antonium.* Migne Patr. lat. tom. LXXIII, *De Vitis Patrum* lib. IV, cui titulus: *De continentia.*

Fol. 31. Διηγήματα διάφορα πρὸς ἀσφάλειαν τῶν ἐκ τῆς πορνίας ἐπανιστα μένων ἡμῖν λογισμῶν. *Narrationes variae ut contineantur cogitationes, quae de fornicatione nobis insurgant.* Incipit: Εἶπεν ἀββα Αντώνιος· Λογίζομαι ὅτι ἔχει τὸ σῶμα κίνησιν φυσικήν. *Dixit abbas Antonius: Aestimo quod habeat corpus motum naturalem.* Migne Patr. graec. t. LXV. l. c. nr. 22.

Fol. 40. Χίλωνος· ἰδίῳ μαθητῇ. *Chilonis* (sic),*discipulo suo.* Inc. Σωτηρίου πράγματος εὖ γενήσομαί σοι, γνήσιε ἀδελφέ. Sed titulus et proœmium epist. sunt ambo errata. Nam quoad titulum præter hunc Cod. in ceteris legitur: Χείλωνι ἰδίῳ μαθητῇ, vel Πρὸς Χείλωνα τὸν αὐτοῦ μαθητήν. *Ad Chilonem disci-*

pulum suum. Porro est haec *epistola*, seu *homilia* ascetica. Plures tribuunt S. BASILIO M. aliquis, *S. Nilo seniori*. Tum in proœmio præter unum alterumve Cod. qui habent εὐγενήσομαι vel εὖ γενήσομαι, caeteri legunt αἴτιος γενήσομαί σοι cum certo sensu, nempe: *Rei salutaris auctor ero tibi, germane frater*. Cfr. Migne Patr. græc. opp. S. Basilii M. t. IV p. 347.

Fol. 49. Βίος καὶ πολιτεία... καὶ οὐκ ἀνδρὸς Μα... *Vita et conversatio... et non hominis Ma...* Censeo titulum ita esse restituendum: *Vita et conversatio* (angeli) *et non hominis* (Martiniani) *anachoretae*. Incipit: Ἐστιν ὄρος ἔγγιστα. *Mons est prope*. Latine editur apud Bolland. t. II Martii d. XIII, qua eius memoria recolitur. Textus graecus deest in Metaphraste (edit. Migne,) ex quo dicitur usurpata. Verum, auctore Allatio (Diatriba de scriptis Metaphrastis, Migne Patr. Graec. t. CXIV.) exscripta est a quodam syncrono eiusdem s. viri, uti mox patet a principio. Cfr. Fabric. edit. Harl. t. X p. 288. Vita haec post folia 32 mutilatur cum Codice.

CODEX DECIMUS NONUS

B. α. XIX.

Codex ms. membran. graecus saeculi X, scriptus manu s. NILI abbatis et conditoris Monasterii Cryptae Ferratae. Excipit folia 87 altitud. metri 0, 25, latitud. 0, 19, seu undecim quaterniones, foliis quatuor exceptis. Exaratus est duplici columna, quarum singula constat lineis fere sex et triginta, charactere ligato, denso, composito, correcto. Habetur etiam *uncialis* perpetuo in notis marginalibus atque in titulis qui singulis sermonibus initio et fine suffigi solent, vel in margine. Scriptura omnis fit nigro atramento, quae cum multis in paginis evanuisset, restituta est. Capitales interdum literae ductis lineolis suffunduntur colore, plerumque flavo, quo etiam permulti tituli. Hisce autem, si libris praecurrant, praetexuntur ornatus multicolores, vermiculati, flosculis, protomis, aviculisque varie contexti.

Fol. 1 Τοῦ μακαρίου Μάρκου μοναχοῦ· περὶ μετανοίας τῆς πᾶσι πάντοτε προσηκούσης· ἧς τὴν δύναμιν οἱ πιστοὶ καὶ πρὸ τῆς ἐργασίας διὰ τοῦ βαπτίσματος ἔλαβον. BEATI MARCI MONACHI, *de pœnitentia omnibus ubique utili, cuius virtutem fideles etiam ante operationem per baptismum accepere*. Incipit: Ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις. *Dominus noster Jesus Christus, Dei virtus*. Editur sub titulo *Opusculum* III. Migne Patrol. græc. t. LXV p. 966.

Fol. 6. v. Τοῦ αὐτοῦ ἐρώτησις περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. *Eiusdem inter-*

rogatio de S. Baptismo. Inc. Επειδὴ οἱ μὲν τέλειον λέγουσι τὸ ἅγιον βάπτισμα. *Quandoquidem nonnulli dicunt s. baptismum esse perfectum.* In editione datur sub titulo *opusc.* IV. Nilus autem insignit num. β'. nempe II.

Fol. 18. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Νικόλαον καθεζόμενον εἰς Σκίτην, Λύκιον τῷ γένει. *Eiusdem epistola ad Nicolaum morantem in Sceti, Lycium genere.* Incipit: Επειδήπερ πρώην πολὺς ἦσθα φροντίζων περὶ τῆς σεαυτοῦ σωτηρίας. *Cum de tua ipsius salute nuper admodum sollicitus essem.* Idem sermo datur subinde in Editione; verum alius titulus est, graece et latine: *Epistola ad Nicolaum*: *Præcepta animae salutaria.*

Fol. 24. Αντίγραφον Νικολάου πρὸς Μάρκον ἀσκητήν. *Responsum Nicolai ad Marcum ascetam.* Incip. Χάρις τῷ θεῷ χάρις. *Gratiæ Deo gratiae.* Deest in edit. Migne, at Fessler ait in editionib. Marci subjungi huic opusculo *Nicolai re-criptum.*

Fol. 25. Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸν Μελχισεδέκ. *Eiusdem, in Melchisedec.* Incip. Ο κύριος τὸν μὲν κόσμον ἀγρῷ. *Cum Dominus mundum quidem agro.*

Fol. 30. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ νηστείας. *Eiusdem, de Jejunio.* Incip. Προσήκει τοὺς ἀσκοῦντας ἐναρχομένους καὶ ἐπιτελεῖν. *Expedit ut qui sese exercere ceperunt etiam perficiant.*

Fol. 31. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ νόμου πνευματικοῦ. *Eiusdem, de lege spirituali.* Incip. Επειδὴ πολλάκις ἐβουλήθητε γνῶναι. *Cum sæpe numero scire desideraveritis.*

Fol. 36. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τῶν οἰομένων ἐξ ἔργων δικαιοῦσθαι. *Eiusdem, de his qui putant se ex operibus justificari.* Incipit: Η τῶν ἔξωθεν κακοπιστία ἐν τοῖς ὑπογεγραμμένοις ἐλέγχεται. *Fides in rebus externis male collocata, his quae infra scripta sunt, refellitur.*

Fol. 44. Τοῦ αὐτοῦ, συμβουλία νοὸς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. *Eiusdem, consilium mentis ad suam ipsius animam.* Incipit: Ακουε ψυχὴ λογική. *Audi, anima rationalis.*

Fol. 46. Τοῦ αὐτοῦ, ἀντιβολὴ πρός τινα σχολαστικόν. *Eiusdem, disputatio cum quodam Causidico.* Incipit: Ερώτησέ τις τῶν ἐν λόγοις δικανικὸς γέροντα ἀσκητήν. *Quidam causarum forensium peritus percontatus est senem monachum.* Edit. hab t δικανικῶν.

Fol. 54. v. Τοῦ αὐτοῦ, πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ ἡνοῦσθαι τὴν ἁγίαν σάρκα μετὰ τοῦ λόγου, ἀλλ' ὡς ἱμάτιον μονομερῶς περίκεισθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἄλλως μὲν ἔχειν περὶ τὸν φοροῦντα, ἄλλως δὲ περὶ τὸν φορούμενον. Λόγος δογματικός. *Eiusdem, adversus eos qui dicunt sanctum carnem non fuisse unitam cum Verbo, sed tantum eum circumplecti vestis instar, ideoque alio modo se habere quoad eum qui portat, alio vero modo quoad eum qui portatur. Sermo dogmaticus.* Incipit. Επειδὴ πολλάκις ἡμῖν παρεζητήσατε τὰς περὶ πίστεως πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀποκρίσεις. *Quandoquidem saepe numero vos petiistis a me responsiones de rebus fidei contra inimicos.* Deest in editione Migne, neque ullam alii editores de hac mentionem faciunt.

Fol. 63. Διαδόχου ἐπ. Φωτικῆς τῆς Ηπείρου κεφάλαια γνωστικὰ ρ'. DIADOCHI EP. PHOTICES *in Epiro capita spiritualia C.* Incip. Πρῶτος ὅρος τῆς πίστεως. *Prima definitio fidei.* At enim sunt istae e vestigio, quae in Codd. vulgo circumferuntur *decem definitiones*, quae procemii vice funguntur his *C. capitibus*. Cfr. Photium (Bibl. cod. CCI). Tum mox Nilus ipsa capita exscripturus, uti inferius, titulum instaurat.

Fol. eod. v. Λόγοι κρίσεως καὶ διακρίσεως πνευματικῆς Διαδόχου ἐπ. Φωτικῆς τῆς Ηπείρου· διὰ ποίας δεῖ γνώσεως εἰς τὴν προδεδηλωμένην τοῦ κυρίου ἡμᾶς ὁδηγοῦντος καταφθάσαι τελειώτητα· ἵν' ἕκαστος τῶν κατὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐλευθερικῆς παραβολῆς τοῦ λόγου σπέρμα καρποφορήσωμεν. *Sermones judicii et discretionis spiritualis* DIADOCHI EP. PHOTICES *in Epiro, quanam sententia oporteat ad perfectionem, duce Domino præostensam, nos pervenire, ut nos singuli sub umbra liberæ parabolæ semen verbi ferax reddamus.* Incipit: Α'. Πάσης πνευματικῆς ἀδελφοὶ ἡγείσθω θεωρίας πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη. I. *Omnis spiritalis contemplationis, fratres, ductrices sint fides, spes, charitas.* Cum in Migne (Patr. graec. tom. LXV, p. 1167) *definitiones* vacent omnino, capita hæc habentur latine tantum ex interpretatione Fr. Turriani. Expleto sermoni b. Nilus subnexuit aliquot jambos de quibus in *Animadvers.* Versa autem pagella Paulus abbas, uti docet calligraphiae genus (Cfr. Cod. β. α'. 1), addidit quae sequuntur.

Fol. 83. v. Βασιλείου ἐπ. Σελευκίας ἀπόδειξις κατὰ Ιουδαίων περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας. BASILII EP. SELEUCIÆ *contra Judæos de Salvatoris adventu demonstratio.* Incipit: Επειδήπερ πολλῆς μαρτυρίας οὔσης. *Cum multa sint testimonia.* Migne Patr. graec. t. LXXXV p. 399.

Fol. 86. Τίς συνετὸς καὶ ἀγαπητικὸς ἄνθρωπος. *Qui sit intelligens ac diligens homo.* Brevis tractatus quinque capitulis complexus, quorum primum incipit: Οὐ πᾶς γνωστικός. *Non omnis scientia instructus.*

ANIMADVERSIONES

Codicem hunc, aliosque duos (A. α. XX. B. β. 1.) postea describendos (qui priusquam Jos. Cozza ab. in tres apte dividi et singulum externis pellibus inauratis obtegi jussisset unum volumen conficiebant) laborem extitisse manuum S. Nili, primus omnium, uti traditur, detegit cl. Gregorius Placentinius, praecipue ductus tum ex semel iterumque notato in Cod. nomine b. Patris, cum ex scripturae ratione, quam in Eius vita prodit S. Barptolomaeus. Hic enim non modo tradit Nilum *librorum copiam eleganter exscripsisse* (Vita Nili a Caryoph. Lat. facta p. 33 ed. Rom. 1624), sed etiam illud refert quod: *A prima luce usque ad tertiam velociter politeque exscribebat, literarum forma utens minuta et densa, ut singulis diebus quaternionem impleret* (p. 28); atque talem nimirum sese exhibet characteris forma.

Quoad vero S. Patris nomen praecipue hoc in Cod. notatum habemus in acrostichide initialium literarum, quas transverso calamo claritatis gratia exscribimus hisce quinque jambis praefixas, continuo post opus Diadochi subnexis.

Δός μοι, σῶτερ, λιταῖς τοῦ διαδόχου
πεῦσιαν γνώμης τῆς εἰς σὲ θυμιδίας
λέγειν καὶ πράττειν τὰ σοὶ φίλα δεόντως,
ὀκίσα πνεῦμα παρέχων μοι τὸ θεῖον,
λύσης παθῶν με καθαίρων τὸν σὸν λάτριν.

Tribuas mihi, Salvator, precibus Diadochi,
Timentis te animi alacritatem,
Ut loquar et rite agam quae tibi placita sunt,
Citissime mihi præbens Spiritum divinum
Qui mundet me servum tuum de limo passionum.

Accipe igitur in acrosticho hymnulo nomen Νέλcυ (Nili) quod pro Νείλου confecit auctor *jonice* (Woss. Literar. permut.) mutato ει in ε, inserviens sacro rhythmo, nam jambos quinos jungere solent hymnographi, et tamen sex literae *nominis* excedebant quinarii illius legem. Itemque *jonice* indulsit sibi Nilus inscribens ο pro ω in voce ὄκιζα ipsius acrostichidis gratia.

Sed tamen S. Scriptoris diligentiam admodum compensant quae, omissa in contextu, ad marginem passim suffecit; nec non perpetuae notulae ad textum ex. gr. σημείωσον, *nota!* γνώμη, *sententia!* ὡραῖον, *pulchrum!* qua lectoris mentem conciliat. Neque oculos mihi etiam effugerunt notae quaedam numericae usque ad nr. μς', 46 (fol. 51. ex quo amplius non apparent), quae forte calligraphici operis intermissiones signarent?

Illud etiam mireris, sermoni b. Marci ad *Causidicum* Nilum versuum supputationem ex antigrapho appegisse his verbis ςίχοι χείλιοι πεντήκοντα, *versus mille quinquaginta*. Quod notatum volui, quandoquidem extrema ςίχων supputatio arguit Codicis exemplar ad saec. V vel VI pertigisse, ut me ipse cl. CH. GRAUX, Accademiae Sorbonensis professor et Bibliothecarius, docuit. Ceterum quae inde is inferat, vide in eius opusc. *Nouvelles recherches sur la stichometrie* (Revue de philologie II. 1878), aut in op. *Griech. palaeogr.* cl. V. GARDTHAUSEN, sese ad illum referentis (Lipsiae 1879 p. 132).

Denique in extrema pagella v. duae historicae notae inscriptae sunt. Prior est ista male notata: Εἰς τὴν ιθ'. τοῦ ἀπριλλίου ἡμέρα γ'. ὥρα δ'. τῆς νυκτὸς ε.... κεν ἡ βροντὴ καὶ παραχωροῦντος τοῦ θεοῦ ἐράγι τῶ καμπανάρην ἀπὸ ανο εος κάτω καὶ ἐκ τὴν ἀποιλὴν τῆς θείκης ἐξυψεν ωσπερ φλοξ πυρίς. *Die IX Aprilis fer. III, h. IV noctis fragor intonuit, et Deo permittente a vertice ad imum fracta est turris campanaria, et divina* (ira) *minante irrupit veluti flamma ignis.* Sed omittitur annus.

Altera notitia infra signatur: Ετει ςφςβ'. ἰνδ. ζ'. μαΐου μηνὸς κθ'. ἡμ. γ'. ὥρα γ'. ἐπέβη ὁ δεὺξ εἰς τὴν ῥωμην καὶ ἐπόρθησεν αὐτήν. *Anno* 6592 *indict. VI mense Maio XXIX fer. III, h. III Dux Romam invasit eamque vastavit.* Superiori anno juxta Graecos respondet an. a Christo nato 1084, quo, itemque feria III, Robertus Wiscardus Romam armata manu expugnatam occupat et vastat. Hanc notam ex hoc ipso Cod. refert Montfaucon. Itin. Ital. p. 336: inde etiam usurpat Mansi in adnotat. ad Pagii criticam. Annal. Baron. tom. XVII p. 552.

CODEX VIGESIMUS

B. α. XX.

Codex ms. membran. grœcus saec. X, constans foliis 63 eiusdem dimensionis et characteris, proindeque et auctoris B. NILI, quam Codex B. α. XIX proxime superior. Excipit ea quae tradit Index a nobis regestus.

Fol. 1. Επιςολὴ πρὸς τὸν αἰτήσαντα ἀδελφὸν πεμφθῆναι αὐτῶ τοὺς εὑρεθέντας λόγους τοῦ Αββὰ Δωροθέου. *Epistola ad fratrem qui petebat sibi mitti repertos sermones abbatis Dorothei.* Incipit. Επαινῶ σου τὴν προαίρεσιν. *Laudo propositum tuum.* Mox post proœmium quoddam referri solent in Editionibus operum Dorothei (Cfr. Migne Patrol. graec. tom. LXXXVIII) hae literae, nescio a quo datae non diu post mortem S. Abbatis; uti etiamnunc latet, quis sit auctor illius proœmii, quod etiam nostro Codici deest. Itemque Codici deest quidquid latine appingitur post extrema epistolae verba: καὶ τὸν ἀγῶνα τῆς κατὰ χριστὸν ὑποταγῆς ἐξανύοντος: *et consumantis certamen illius quae est secundum Chri-*

tum subiectionis. Haec verba absolvunt pericopen, qua nunciatur missio etiam Vitae Dosithei, sed eiusdem scriptor minime refertur.

Fol. 2. v. Περὶ τοῦ ἀββὰ Δοσιθέου. *De abbate Dositheo*. Incip. Ο μακάριος ὄντως ἀββὰς Δοσίθεος. *Vere beatus ille Dositheus abbas*. Haec Vita datur latine interpretata a Corderio S. I. in Actis Bollandianis sub die XXIII Febr. t. III. Transtulit etiam a graeca in latinam linguam Chrysostomus Calaber Casinensis, atque edidit Cremonae cum Doctrinis b. Dorothei Petrus Zennarius an. 1595.

Fol. 6. Τοῦ ἀββὰ Δωροθέου διδασκαλίαι διάφοροι πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ ἐκ (sic) τοῦ ἀββὰ Σεριδου καὶ τὸ ἴδιον σὺν θεῷ συστησάμενου μοναστήριον μετὰ τὴν τοῦ ἀββὰ Ιωάννου προφήτου τελευτὴν καὶ τελείαν σιωπὴν τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν βαρσανουφίου. Περὶ ἀποταγῆς. ABBATIS DOROTHEI *doctrinae variae ad suos discipulos, cum ipse secessum fecisset ab abbate* Ven. *Serido, atque Deo auspicante, constituisset suum monasterium, defuncto iam vita abbate Joanne* propheta, *et postquam secessisset S. P. N. Barsanuphius silentiarius. De renunciatione*. P. Εν ἀρχῇ ὅτι ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον. *Quum in principio Deus creavisset hominem*. Editur *doctrina prima* inter opp. Dorothei: Migne t. LXXXVIII; verum ibidem deest prolixior illa epigraphe. Huiusmodi vero est argumentum sermonis, non autem *de obedientia* (ὑποταγῆς) uti falso deceptus Chrysostomus fide alicuius Codicis titulum praetulit.

Fol. 12. v. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ ταπεινοφροσύνης. *Eiusdem, de humilitate*. Incipit: Εἶπέν τις τῶν γερόντων. *Dixit quidam seniorum*. In Edit. haec pone sequitur priorem.

Fol. 16. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ συνειδήσεως. *Eiusdem, de conscientia*. Incipit: Οτε ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον. *Cum Deus creasset hominem*. Item tertius sermo in Editione.

Fol. 17. v. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ θείου φόβου. *Eiusdem, de divino timore*. Inc. Λέγει ἐν ταῖς καθολικαῖς ὁ ἅγιος Ιωάννης. *Dicit in catholicis* epp. *S. Joannes*.

Fol. 22. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ μὴ ὀφείλειν τινὰ συνεχεῖν τῇ ἰδίᾳ συνέσει. *Eiusdem, quod neminem oporteat sua cum prudentia incedere*. Incip. Εν ταῖς παροιμίαις λέγει *Dicitur in Proverbiis*.

Fol. 25. Περὶ τοῦ μὴ κρίνειν τὸ πλησίον. *Ne proximum judicemus*. Inc. Εἰ ἐμνημονεύομεν, ἀδελφοί. *Si meminerimus, fratres*.

Fol. 28. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ ἑαυτὸν μέμφεσθαι. *Eiusdem, de accusatione sui ipsius*. Incip. Ζητήσωμεν, ἀδελφοί. *Quaeramus, fratres*.

Fol. 31. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ μνησικακίας. *Eiusdem, de simultate*. Incipit: Εὐάγριος εἶπεν. *Evagrius dixit*. At editio Mignana ea vice legit: Οἱ πατέρες εἶπον, et exinde, ut in Codice, ὅτι τὸ ξένον μοναχοῖς ὀργίζειν. *Quod irasci est monachis alienum*. Facile mihi persuadeor, sententiam esse quidem Evagrii, cuius multa ascetica adhuc in Editionibus (Mig. Pat. graec. tom. XL), quaedam etiam deperdita sunt. At cum Evagrius

olim Origenianismo subolens a quibusdam male audiret, studio calligraphus aliquis hanc mutationem invexit.

Fol. 33. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ ψεύδους. *Eiusdem, de mendacio.* Incip. Θέλω ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, ἀδελφοί. *Volo ut vos recordemini, fratres.*

Fol. 36. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ μετὰ σκοποῦ καὶ νήψεως ὁδεύειν τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ. *Eiusdem, quod cum praefixo scopo et cum sobrietate per viam Dei procedamus.* Incip. Φροντίσωμεν ἑαυτῶν, ἀδελφοί. *Curemus nos ipsos, fratres.*

Fol. 39. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ σπουδάζειν ταχέων ἐκκόπτειν τὰ πάθη πρὸ τοῦ ἐν ἕξει κακῇ γενέσθαι τὴν ψυχήν. *Eiusdem, quod nobis studendum est praecidere statim passiones, priusquam in habitum animae transeant.* Incipit: Θέτε τὸν νοῦν ὑμῶν, ἀδελφοί. *Advertite animum, fratres.*

Fol. 42. v. Περὶ φόβου τῆς μελλούσης κολάσεως· καὶ ὅτι χρὴ τὸν θέλοντα σωθῆναι μηδέποτε ἀμερ[ι]μνεῖν (sic) τῆς ἰδίας σωτηρίας. *De timore futurae punitionis, et quod illi, qui salvus esse cupit, non sit negligenda propria salus.* Incip. Ἐν τῷ ἀλγεῖν με τοὺς πόδας. *Cum pedibus laborarem.*

Fol. 46. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ ἀταράχως ὑποφέρειν τοὺς πειρασμούς. *Eiusdem, ut viriliter tentationes sufferamus.* Incipit: Καλῶς εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμήν. *Praeclare dixit abbas Pastor.*

Fol. 49. Περὶ οἰκοδομῆς καὶ ἁρμολογίας τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν. *De aedificio et harmonia virtutum animae.* Inc. Ἡ γραφὴ λέγει περὶ ἐκείνων τῶν μαιῶν. *Narrat Scriptura de obstetricibus illis.* Hactenus eodem ordine subsequuti sunt sermones in Editione.

Fol. 53. Πρὸς τὸν ἔχοντα τὴν διακονίαν τοῦ κελλαρίου. *Ad eum qui penum administrat.* Incip. Εἰ θυμῷ καὶ μνησικακίᾳ περιπίπτειν οὐ θέλεις. *Si in iram et in recordationem injuriarum relabi non vis.* Edit. habet Ἐν θυμῷ, at propositio est interrogantis. Emendatior est illa dictio, in qua Dativi casus inserviunt *modalitati* vocis verbalis absolutae, περιπίπτειν.

Fol. 54. Τοῦ αὐτοῦ, πρός τινας κελλιώτας ἐρωτήσαντας περὶ τοῦ παραβάλλειν. *Eiusdem, ad quosdam solitarios rogantes eum de colloquiis.* Incipit: Λέγουσιν οἱ πατέρες. *Dicunt patres.*

Fol. 55. Πρὸς τοὺς ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἐπισκάτας καὶ μαθητάς, πῶς δεῖ ἐπιτάττειν ἀδελφῷ, καὶ πῶς τοῖς ἐπιτάττουσιν ὑποτασσεσθαι. *Ad moderatores et ad discipulos in monasterio, quo pacto oporteat moderari fratrem, et quomodo subjici moderatoribus.* Incipit: Ἐὰν εἴ ἀδελφῶν ἐπισκάτης. *Si forte sis fratrum antistes.*

Fol. 56. v. Περὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν. *De sanctis jejuniis.* Incip. Ἐν τῷ νόμῳ προσέταξεν ὁ θεός. *In lege praecepit Deus.*

Fol. 58. v. Τοῦ αὐτοῦ ῥήματα διάφορα ἐν συντόμῳ. *Eiusdem variarum sententiarum compendium.* Incip. Ὁ ἀββᾶς Δωρόθεος ἔλεγεν. *Abbas Dorotheus aiebat.*

Fol. 59. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς ἀδελφὸν ἐπερωτήσαντα αὐτὸν περὶ ἀναισθησίας ψυχῆς καὶ περὶ ψύξεως ἀγάπης. *Eiusdem epistola ad fratrem qui rogaverat eum de insensibilitate* (torpore) *animae et de refrigescente*

charitate. Incipit. Περὶ τῆς ἀναισθησίας τῆς ψυχῆς, ἀδελφέ. *Quod ad insensibilitatem animae attinet, frater* - Desinit in hoc sermone Nilus opera Dorothei, et subnexa quadam *memoria*, de qua inferius erit dicendum, pergit ad alia.

Fol. eod. v. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπ. ΚΠ. τοῦ Χρυσοστόμου, σύγκρισις βασιλικῆς δυναστείας καὶ πλούτου καὶ ὑπεροχῆς πρὸς μοναχὸν συζῶντα τῇ ἀληθεστάτῃ καὶ κατὰ χριστὸν φιλοσοφίᾳ. S. P. N. JOANNIS *archiepiscopi Cpolitani, Chrysostomi, comparatio regiae potestatis, et divitiarum et praeeminentiae cum monacho qui vivit iuxta admodum vera et christiana philosophia*. Incip. Ὁρῶν ἐγὼ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων. *Cum ego intuear ex hominibus complures.*

Fol. 62. v. Ἀλφάβητον εἰς εὐταξείαν· ποίημα Θεοδοσίου μητροπολίτου Δυρραχίου. *Hymnus alphabeticus in ordinationem vitae, opus* THEODOSII METROPOL. DYRRACHII. Inc. Ἀγάπη ὁ θεός ἐστιν. *Deus charitas est*. Porro rhythmicae strophae sunt XXIV, quaeque ex una literarum alphabeti ordine incipiens, et quatuor septenariis versibus constans.

ANIMADVERSIONES

Ad fol. v. 59 Nilus subnectit sermoni ultimo S. Dorothei hanc inscriptionem: Τῷ ἑξακισχιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ τρίτῳ τοῦ κόσμου ἔτει ἔπαυεν τὸ φονεύσατον Μανουὴλ τοῦ πατρικίου εἰς τὰ ῥήματα, καὶ αὐτὰτὰ ῥήματα ἐλήφθη, καὶ ἡ κοινωνησία ἐγένετο μεγάλη σφόδρα. Καὶ χειρὶ Νεσελχ (sic) μοναχοῦ ἐγράφη ἡ τοῦ ἁγίου Δωροθέου τ.τύξ. *Anno sexiesmillesimo, quadrigentesimo, septuagesimo tertio mundi exercitus sui profligationem passus est Manuel Patricii* (filius) *ad Rhemata, et Rhemata ipsa capta sunt, et facta est caedes valde magna. Et manu Nili monachi scriptus est S. Dorothei liber.* Annus iste prænotatus a mundi aetate respondet anno post Christum natum nongentesimo sexagesimo quinto. Miserrimum pugnae exitum hunc testantur Leo Diaconus, Liutprandus, Joannes Zonaras et Lupus protospatha, qui ait: *Anno 965 introivit Manuel patricius in Siciliam, et ibi mortuus est.* Tum internecionem Græcorum atque locum, quo facta est, designat ipse Liutprandus inquiens: *Scribit etiam præfatus Hippolytus Graecos non debere Saracenos sed Francos conterere, qua lege Saraceni animati, ante triennium cum Manuele patricio, Nicephori nepote* (at melius dixisset *fratre consobrino*) *juxta Scyllam et Charybdim in mari Siculo bellum parant, cuius immensas copias cum prostravissent, ipsum comprehenderunt, capiteque truncum suspenderunt* (Cfr. Zonar. Ann. L. XVI, Migne Patr. græc. t CXXXX, col. 117-118. n. 59.). Porro quid indicent verba illa εἰς τὰ ῥήματα, adhuc mihi incompertum, ni forte ita scripta sint pro ῥύματα tamquam *fluenta*, quod cohaereret cum Historia. Sed profecto non bene mihi vocem illam vertit Placentinius noster (Epit. Palæogr. graec. XI), qui ῥήματα interpretans tamquam *verba* ait: *Ut fama fuit, et haec ipsa fama relicta fuit:* nescio enim num ea profligatio in dubium vocari nedum silentio comprimi posset. Cæterum Nili nomen scriptum literis arcanis (Cfr. Epit. cit.) præcipua ratio Placentinio fuit, cur S. Abbati codices istos eadem manu exaratos adjudicaret.

Fol. 62. v. Versus cum acrostichide alphabetaria scripsit Paulus monachus, utrum is de quo superius (Cfr. Cod. B. α. I et XIX) dictum est an alius, alii videant. At mihi quidem multum inter hanc atque illam scripturam tum characteris tum orthographiæ ratione interest; hæc enim illa se multo deteriorem exhibet. Quid mirum, si plures homonymi monachi essent? Quisquis tandem ille sit, opello hæc subscribebat: Μέμνησθε Παύλου ταπεινοῦ μοναχοῦ τοῦ γράψαντος, εἴ ἀναγινώσκοντες διὰ τὸν κύριον. Ἀμήν. *Memores propter Dominum estote Pauli humilis monachi qui ista conscripsit, o vos qui legitis. Amen.*

CODEX VIGESIMUS PRIMUS

B. α. XXI.

Cod. ms. membran. græc. PALIMPSESTUS, pertinens ad sæc. X, vel XI incip. et constans foliis 168 long. m. 0, 18, latitud. 0, 15. Excipit recentiori manu exaratos cantus quosdam ecclesiasticos notis musicis praesignatos, quorum descriptionem in Cod. E. α. XIII contexemus. Nunc tantum de iis quae priori manu scripta sunt, brevi sermone complectemur.

Jam vero haec prior scriptura charactere aequali sed multum ligato gaudet, ac pluribus scatet ubique mendis. Complectitur *Catechesim parvam* S. P. N. THEODORI STUDITAE. Porro sermones sunt isti, quotquot Laevinejus latinos a se factos edidit (Cfr. Migne, Patrol. Graec. tom. XCIX), quibus sane paucis *Palimpsestum* est imminutum, quamquam vero ordine suo deturbatis.

His accedit eiusdem *Testamentum, Actorum epitome et* pretiosi Transitus *Relatio* facta a Naucratio discipulo. Ceterum confer descriptionem ipsius Palimpsesti magis enucleatam in Cod. B. α. LIV, ubi de nostro *Apographo* agendum erit.

CODEX VIGESIMUS SECUNDUS

B. α. XXII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVII, constans foliis 230 longitud. metri 0, 21, latitud. 0, 16, pluribus exaratus manibus itemque characteribus, minutis, non tam bene compositis sed correctis.

Perpulchra *Miscellanea* est Patrum et scriptorum ecclesiasticorum orientalium, quibus accedunt aliqua ab iis aliena, quae nos in aliam seriem rejicimus.

Apographum e vestigio adest PHOTII EP. CPOLITANI aliquot *quaestionum ad Amphilochium* hunc titulum ferens. Πρὸς Ἀμφιλόχιον τὸν ὁσιώτατον μητροπολίτην Κυζίκου ἐν καιρῷ τῶν πειρασμῶν, ζητημάτων διαφόρων, εἰς ἀριθμὸν τριακοσίων συντεινόντων, ἐπίλυσιν αἰτησάμενον. « *Tempore tentationum, ad Amphilochium sanctissimum Cyzici metropolitam, qui variarum quaestionum ad nr. CCCXIII* (sic) *vertentium solutionem fl agitaverat.* » Tum mox subsequitur graecus Index cunctarum omnium quaestionum, in quo docti apographistae cura enitet, ut super quibusdam enunciet titulos alios, in quibus res eaedem agendae vel iam actae essent.

Fol. 16. Redit plus minus idem titulus, qui praefigitur in hisce editionibus, sed subnectitur: ἐκ τοῦ κωδικος τῆς Βαθικανῆς βιβλιοθήκης, τὸ προοίμιον: *e cod. biblioth. Vaticanæ proœmium*; tum additur latine *Ex cod. V. sub nr. 1923.* P. Τῆς σπουδῆς σου τὸ γνήσιον δυσωπηθείς. *Studii tui sinceritate permotus.*

Fol. eod. v. Ερώτησις κε'. Τίνος ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα· τοῦτο δὲ ὅλον γέγονε· πότερον τοῦ συγγραφέως ἢ τοῦ ἀρχαγγέλου. *Interrog. XXV. Cuiusnam vox illa dicens:* Hoc autem totum factum est; *utrum scriptoris an Archangeli?* P. Οτι μὲν ἐκπληττομένου καὶ θαυμάζοντός ἐστε τῶν ἔργων καὶ τῶν λόγων τὸ ὑπερφυές. *Quod stupescentis animi atque operam et sermonum nobilitatem admirantis est.* Desinit: Υπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου. *A Domino per prophetam.* Eumdem locum obtinet in Edit. E.mi Hergenroether. Migne Patr. graec. tom. CI.

Fol. 17. v. Adest XXVI, integra eademq. ac in superiore editione.

Fol. 20. Adest XXVII, uti in Edit. etiam quoad particulam tituli desinentis οὐδ' αμα. *neque simul.* Item ὑπερκειμένη θεολογία scribitur, uti mallet ipse cl. editor (n. 46), et illud ἀσπάζεσθαι (n. 47) corrigitur in marg. ἀσπάζεται. Aliae variationes additionesque iuxta Cod. Vat.

Fol. 23. Quaestio XXVIII.

Fol. 26. Quaestio XXIX.

Fol. 30. Quaest. XXX iuxta Edit. tituli, princip. et finis; sed media multa intercipiuntur. Accersitur autem lector ad aliam quaest. et scribitur in margine Ορα τὴν λζ' ἐρωτ. *Vid. quaest. XXXVII.*

Fol. 31. v. Quaest. XXXI.

Fol. 33. Quaest. XXXII.

Fol. 34. v. Quaest. XXXIII.

Fol. 36. v. Quaest. XXXIV.

Fol. 41. v. Quaestio XXXV.

Fol. 43. Quaest. XXXVII. Quaestio autem XXXVI exscribitur continuo post Quaestionem XL. fol. 53 v.

Fol. eod. v. Inchoato titulo quaest. XXX, illique apposito Ερωτ. λζ'. *Quaest. XXXVII*, calligraphus delet numerum et revocat lectorem ad super. XXX, professus quicquid hic exscripturus est, partem esse interjiciendam eidem quaest. Conf. Edit. not. 61 sub Quaest. XXX.

Fol. 45. v. Quaestio XXXVIII.

Fol. 48. v. Quaestio XXXIX.

Fol. 50. Quaestio XL.

Fol. 53. v. Exscriptor primum signaverat num. XLI, postea correxit. λς'. *XXXVI.* Cfr. notata *Fol. 43.*

Fol. 59. Quaestio XLI, ex correctione exscriptoris, quam signaverat XLII, quae ab eo nusquam signatur.

Fol. 61. Quaestio XLIII, quam cl. Editor signat XLII. Deficit apo-

graphon ad illud καὶ οἱ βουλὴν ποιοῦντες. *Et qui consilium faciunt*: non longe ab initio.

Fol. 63.-80. Quaedam occurrunt, quae cum abhorreant ab hac Catalogi serie, nos in alias rejicimus.

Fol. 80. Τοῦ ὁσ. καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Νείλου. Ἐκ τοῦ λόγου περὶ φιλοσοφίας. SANCTI ET DEIPHERI PATRIS NOSTRI NILI. *E sermone de philosophia*: lat. additur: *Excerpta*. Haec tractatio olim inscribebatur, ait Allatius in opp. ineditis S. Nili, Λόγος ἀσκητικὸς περὶ τῆς ἐν Χριστῷ φιλοσοφίας. *Sermo vel liber asceticus de Christiana philosophia;* nunc autem dicitur: *Tractatus de monastica exercitatione*. Incipit revera, ut ille aiebat: Φιλοσοφεῖν ἐπετήδευσαν. *Philosophiam professi sunt*. *Excerptum* vero incipit: Ὁ κύριος τῷ πλουσίῳ τὴν τελειότητα. *Dominus diviti qui perfectionem*. Cfr. editionem in fine Cap. XLIII eiusdem tractatus (Migne, Patrol. græc. t. LXXIX).

Fol. 85. v. Excerptum adducitur eiusdem S. Patris *de paupertate*, quod incipit: Ὁ γυμνὸς (φησὶν ἡ γραφή). *Nudus* (*scriptura dicit.*) Haec calligraphus noster in fastigio fol. praetexit his verbis: *Ex libro S. Nili vel tractatu περὶ ἀκτημοσύνης, ad Agathiam monachum*, sed nunc reperitur non longe ab initio cap. LXV *de Christiana philosophia*, quem supra memoravi. An, inquies, *liber ille asceticus* conflatus, perfectusque sit a calligraphis ex variis tractatibus b. Patris? Tractatus, qui forte in Cod. collato a calligrapho Περὶ ἀκτημοσύνης, *De paupertate* inscribebatur, nunc vero vulgo *Peristeria* ad Agathiam monachum ibidem editus. Contra ea sub illo titulo prostat in Editione tractatus ad *Magnam diaconissam Ancyræ*.

Fol. 87. v. Excerptum hom. *De Lazaro et divite*. Init. Πάτερ Ἀβραάμ, πέμψον Λάζαρον. Reperies in cap XIV. Sect. IV.

Fol. 90. Excerpta varia, quorum præcipuae inscriptiones sunt istæ: *De Job*; *De Joseph et de Susanna*; *De tribulationibus et de Job; Quod duplex merces sit apud Deum; Cur vicerit Jacob in lucta; Pro humilitate*. Haec ipse exscriptor fatetur ex eodem tractatu *ad Agathiam* eruta esse, quae passim in *Sectionibus* reperiri ac conferri possunt. Ad ea, quae agit S. Nilus de *victoria Jacobi*, adnotat calligraphus (fol. 92. v.): *Possunt hæc accommodari, cur Latini azymis utantur*. Confer tractat. *Peristeria*. Sect. XI cap. XV.

Fol. 94. Τοῦ μακαριωτάτου Γρηγορίου ἀρχιεπ. Ταυρομενίας τῆς Σικελίας τοῦ ἐπίκλην Κεραμέως εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους. Ὁμιλία. *Beatissimi* GREGORII ARCHIEP. *Taurominii in Sicilia, cognominati* CERAMEI (Figuli) *in* INDICTIONIS *seu novi anni principium. Homilia*. Incipit: Εὐλογητὸς ὁ θεός. *Benedictus Deus*. Verum Allatius in *Georgiis* hæc adnotat: GEORGIUS, *seu ut alii volunt* GREGORIUS CERAMEUS, *Taurominitanus Episcopus, cuius scripta etiam sub Theophanis, et si Diis placet, sub*

Philippi Ceramitæ nomine prostant. Hoc autem plane devictum debemus D. DOMINICO LANCIA mon. O. S. B., nunc Ep. Philadelph. qui *Theophanem* unum esse cum *Philippo*, eumdem autem non Taurominii sed Rossani archiep. extitisse contendit (*Sopra Teofane Cerameo* Ricerche e schiarimenti: Palermo 1877). Hanc vero homiliam, teste Allatio, edidit Dionys. Petavius cum Breviario historico Nicephori patriarchae Cpolitani: Parisiis in 8°. 1616, quam ipse editionem nondum vidi. Sed it mihi suppetias Franc. Scorsus qui hanc primam omnium vulgavit homiliarum sub Theophanis nomine (Migne Patr. graec. t. CXXXIII.). Cfr. ibidem editoris procœmium III.

Fol. 99. Notae ad superiorem orationem *Gregorii* Taurominitani ex *Dion. Petavio S. I.*

Fol. 101. Γεωργίου μοναχοῦ καὶ χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἐγκωμιον εἰς τὴν ὑπεραγ. Θεοτόκον, ὅτε προσηνέχθη τῷ ναῷ τριετίζουσα ὑπὸ τῶν αὐτῆς γονέων. Εὐλόγησον πάτερ. GEORGII *monachi et chartophylacis magnæ Ecclesiæ, Encomium in SS. Deiparam, cum trimula ducta est in templum a parentibus suis. Benedic pater.* Incipit: Καλὰς μὲν ὑποθέσεων ἀρχας. *Speciosa argumentorum initia.* Georgium Chartophylacem unum esse cum archiep. Nicomediensi evincunt plures eruditi viri (Vid. Fabricium cum Allatio: edit. Harl. XII. 2. — *Diatriba de Georgiis* VII). Sub huius nomine editur haec Homilia post Combefisium in Patrol. græca (Migne, t. C, coll. 1419-1420). Calligraphus noster exemplar hoc eruit e Biblioth. Vatic. Cod. sign. num. 654; idemque ad marg. adnotat: *Forte fuit episcopus Nicomediensis hic Georgius*, ut ex Surii inscriptione constat, tom. 6. d. 21. Novembr.

Fol. 11. Τοῦ Βασιλάκη κυρίου Νικηφόρου ἠθοποιΐαι. Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ δαυὶδ διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων καί μέλλων σφαγῆναι. BASILACÆ DOMNI NICEPHORI *ethopœiæ. Quos sermones habuisset David, cum persecutionem pateretur a Saule, et comprehensus esset ab Allophylis et neci tradendus esset.* Incipit: Εὖγε τῆς τῶν ὁμοφύλων ἀνοίας. *Oh contribulium stultitiam!*

Fol. 112. v. Τοῦ αὐτοῦ. Τίνας ἂν εἴποι λόγους κηπουρὸς κήπου ἐπιμελούμενος καὶ μεταφυτευσάμενος, καὶ κυπάριττον ἐπ' ἐλπίδι καρπῶν καὶ τῶν ἐλπίδων ἀστοχήσας. *Eiusdem. Quos sermones habuisset Olitor qui curam horti gessisset et transplantasset, et tamen cypressus sibi deesset in edendis fructibus quos ille sperasset.* Incipit: Ω κενῶν ἐκείνων πολλῶν ἐλπίδων. *O vanam illam spem multam!*

Fol. 114. v. Τοῦ αὐτοῦ. Τίνας ἂν εἴποι λόγους ἡ ἐξ Εδέσσης παρὰ τοῦ Γότθου ἀπατηθεῖσα κόρη. *Quos sermones habuisset puella Edessena a Gotho delusa.* Incipit: Ως ἄρα πιθανώτατόν τι χρῆμα γλῶσσα ψευδής. *Præclarissimum scilicet lucrum lingua mendax.*

Fol. 117. Τοῦ αὐτοῦ. Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Ιωσὴφ ἀπὸ τῆς αἰγυπτίας γυναικὸς κατηγορηθεὶς, καὶ εἰς εἰρκτὴν ἐμβληθείς. *Eiusdem. Quos sermones ha-*

buisset Joseph ab Aegyptia muliere accusatus, et in carcerem conjectus. Incip: Ως ἐπὶ δυστυχίᾳ γεγένημαι! *In quam miseriam lapsus sum!*

Fol. 118. v. Τοῦ αὐτοῦ. Τίνας ἂν εἶποι λόγους ὁ Δαυὶδ ὑπὸ τοῦ Αβεσσαλὼμ παιδὸς αὐτοῦ διωκόμενος. *Eiusdem. Quos sermones habuisset David, cum ab Absalone filio suo persecutionem pateretur.* Incipit: Οὐκ ἐπιλείπω καὶ βασιλείοις φυγαδευόμενος. *Non deficio, quamvis a regia depulsus.*

Fol. 119. v. Τοῦ αὐτοῦ. Τίνας ἂν εἶποι λόγους ὁ Ιωσὴφ τῆς εἰρκτῆς ἐκβληθείς· καὶ κρίνας τῷ βασιλεῖ τοὺς ὀνείρους καὶ τὴν ὅλην Αἴγυπτον οἰκονομῶν ἐγχειρισθείς. *Eiusdem. Quos sermones habuisset Joseph, cum custodia eductus esset, et cum, explicatis Regi somniis, totius etiam Aegypti administrationem suscepisset.*

Sex igitur has Ethopœias, quarum adnotat ipse Fabricius sed alio ordine titulos, edidit, eodem teste, cl. Allatius erutas, ut exscriptor ad marg. (fol. 111) admonet, e Codice Vatic. 1409 circa finem, atque in primo tomo *Variorum antiquorum* vulgavit (Bibliot. graeca t. VI, pag. 52).

Fol. 122 - 134. v. Habet quaedam quae alibi enucleanda omittimus.

Fol. 135. Εἰς τὰς βλασφημίας τοῦ ἄχαρι Ζαχαρία τοῦ Γεργάνου. Ιωαν. Ματθαίου Καρυοφύλλου τοῦ μακαρίτου. *In blasphemias ingrati Zachariae Gergani.* JOAN. MATTHÆI CARYOPHILI... Jambica tria epigrammata. Primum dedicatur Urbano VIII, et Fabricius quidem inter opp. Caryophili refert. Ελεγχος τῆς ψευδοχριστιανικῆς κατηχήσεως Ζαχαρίου τοῦ Γεργανοῦ ἀπὸ τὴν ἀρτην. *Refutatio (LXX) blasphemiarum quæ habentur in pseudochristiana catechesi, edita a Zacharia Gergano graeco. Ad Urbanum VIII, Romæ typis Congreg. de propaganda Fide an. 1631,* in 4°, *sermone Graecorum vernaculo cum latina versione.* Exscripsit autem versus hos mittebatque ad Allatium (?) Νεόφυτος Κοδινὸς, *Neophytus Codinus* (opp. cit. t. XI. p. 447), ibidem ita se ipsum subscribens.

Fol. 139. Τῷ σοφωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ καὶ αἰδεσιμωτάτῳ πατρὶ κυρίῳ Λεονάρδῳ τῷ Γαλλῷ Γεώργιος ὁ Κορέσιος τὴν ὀφειλομένην εὐλάβειαν. *Sapientissimo et eloquentissimo et Reverendissimo Patri Domino Leonardo Gallo* GEORGIUS CORESSIUS *debitam reverentiam.* Incipit: Εναγχος τῶν ἑταίρων τινὶ συμπεριπατοῦντί μοι περὶ τὴν ἑσπέραν. *Nuper cuidam ex amicis meis qui mecum sub vesperum deambulabat.* Hic sub epistolari forma tractatus est *de Processione Spiritus Sancti*, quem ipse Allatius *non sine stomacho*, ut alia huius auctoris opera, se legisse fatetur, credo equidem editum, ut infra patebit. *Georgius Coressius* Chius nobilis genere, professione medicus, pietate amphibius, haec scribebat contra Latinos, Urbani VIII temporibus. Qui plura desiderat, adeat Allatium *Diatriba de Georgiis* edita etiam a Fabricio (Op. cit. edit. Harles, tom. XII pp. 16, et seq.). Quae nostro Cod. insunt post epist. nuncupatoriam sunt ista: Περὶ τῆς προόδου γεννήσεως καὶ ἀγεννήτου. - Περὶ τῆς προόδου τῶν θεαρχικῶν προσώπων. - Περὶ διαφορᾶς τούτων. - Περὶ τοῦ ἀφ' οὗ ὅρου, - Περὶ τοῦ πεμπομένου.

Περι τοῦ πρὸς εν πέμπεται - Περὶ τοῦ χρόνου. - Περὶ γεννήσεως τῶν θεαρχικῶν προσώπων: et rursus Περὶ τῆς γεννήσεως τῶν θεαρχικῶν προσώπων - Περὶ τοῦ ἀγεννήτου. Desinit scriptum ὅτι οὐ γεννητῶς πρόεισιν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλ'ἐκπορευτῶς. *Quoniam non secundum generationem provenit a Patre, sed secundum processionem.*

Fol. 154 - 159. Occurrunt quaedam pauca vel philosophica vel poëtica suis locis describenda.

Fol. 160. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἐπισκόπου Σελευκείας Ισαυρίας. λόγος εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Θωμᾶν. S. P. N. BASILII EPISCOPI SELEUCIAE IN ISAURIA. *Sermo in S. Thomam apostolum.* Incipit: Ο μὲν παλαιὸς τῶν ἀνθρώπων βίος. *Vetusta hominum vita.* Citat hanc homiliam Allatius in Diatriba de scriptis Metaphrastis, tribuitque Basilio Seleuciensi (Migne Patr. graec. t. CXIV). At nec ipse indicat quo loci fuerit edita, neque vero in Edit. Migne t. LXXXV reperitur, quam tamen *Harlesius* ibi fatetur in quibusdam Codd. contineri.

Fol. 162. Βίος καὶ θαυμάτων διήγησις τοῦ ἁγ. ἱερομάρτυρος Θεραποντος ἐπισκόπου γενομένου Κύπρου. *Vita et miraculorum narratio s. hieromart. Therapontis ep. Cypri.* P. Γένος μὲν καὶ πατρίδα. *Genus et patriam.* Exscriptor fine testatur: λείπει, *deficit.* Non indicatur auctor, neque legitur in Fabricio, qui tantum exhibet perbreve Synaxarium ex Menolog. Basil. sub. d. XXV Maii. Narratio instauratur in fol. 202. v.

Fol. 163. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Τύχωνος ἐπ. πόλεως Αμαθοιώτων τῆς Κύπρου. *Vita et conversatio S. P. N. et thaumaturgi Tychonis ep. Amathuntis in Cypro.* P. Φιλόχριστοι τῷ Τύχωνι λίαν οἱ κατὰ σάρκα πατέρες. *Tychonis vero secundum carnem Christi amantes parentes.* Praeter synaxar. in Menolog. Bas. sub. d. XVI Junii aliud non reperi. Fabricius citat vitam e Cod. Parisiensi 1488 *initio mancam,* sed reticet omnino quaevis verba textus.

Fol. 167. Ιαννουαρίου ιθ'. Μνήμη τοῦ ἁγ. πατρὸς ἡμῶν Αρσενίου ἐπ. Κερκύρας. *Januarii d. XIX. Memoria S. P. N. Arsenii ep. Corcyrae.* P. Ο ἀοίδιμος οὗτος καὶ μέγας πατὴρ ἡμῶν.. *Celeber hic et magnus pater noster..* Ad h. diem ex Menaeis slavicis recenset cl. Io. Martinov S. I. qui etiam fatetur *vitam eius adhuc ineditam esse.* AN. ECCLESIAST. p. 48. Allatius in praecit. Diatriba duos sermones refert ceu opus Arsenii Corcyrensis, nullo *sanctitatis* titulo illi praefixo, alterum nempe in *S. Barbaram,* alterum in *S. Andream* ap. (Fabric. et Harl. tom. XI p. 580).

Fol. 170. Τοῦ ὁσ καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ιωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ· ἐγκώμιον εἰς τὸν ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ιωάννην τὸν χρυσόστομον ἀρχιεπ. Κωνσταντινουπόλεως. S. P. N. IOANNIS DAMASCENI *enconomium in S. Joannem Chrysostomum.* Εδει μέν ἔδει, ὦ Ιωάννη πάγχρυσε. *Necesse quidem erat, necesse, o Joannes qui totus aureus es.* Prostat in Edit. opp. Damasceni cura p. Le Quien qui sub ipsam haec adnotat « Ex Illustrissimi DD. Mauritii Le

« Tellier archiep. Remensis codice, qui transiit in biblioth. Regiam. « Orationem hanc Savilius habuit et Allatius ad cl. Aubertum mise- « rat. » Ad illa verba: Φοιτᾷ πρὸς Μελέτιον, exscriptor haec marginaliter animadvertit: « Huius Meletii ep. Antiocheni memoria tantum in hono- « re et praetio fuit apud Antiochenos, ut eius effigiem ubique pingi « et in anulis exsculpi ubique solitum fuerit. Niceph. l. 12 c. 11. « Synod. 2. Nicaen. Act. 4. Ex eod. Chrysot. in encomio Meletii. « Refertur a Dno Stephano Duranto pag. 27. »

Fol. 180. *Beati et Deiferi Patris nostri Joannis Damasceni Encomium in S. Patrem Nostrum Joannem Chrysostomum Archiepiscopum Constantinopolitanum, Francisco Arcudio imterprete, cum notis paucis marginalibus.* Incipit. *Oporteret equidem, oporteret, o totus ex auro Joannes.* Ex primis vocibus patet versionem deductam esse e superiore textu.

Fol. 190. v. « *Eiusdem D. Nili inediti ex tractatu de Philosophia Christiana.* Τοιαύτη γὰρ ἡ ἕξις ὀξυῤῥεπὴς ἐστι τῆς ἀρετῆς... Desinit: λαμπάδα θείς ἀναμέσον αὐτῶ τὸν ἔλεγχον. Tum mox: « *Idem S. Nilus ibidem aliquanto superius* de sensibus custodiendis: » Παρατετηρημένως ἡ (ἡ θεία γραφὴ) καὶ τὸν ἐπὶ τεσσάρων πορευόμενον οὐχ ἁπλῶς. Heic ille consistit, sed postea prosequitur in fol. 193, quod videsis infra.

Fol. 191. « *Nota, Pro articulis nominum in sacra scriptura posi- « tis. A Parvis etiam peccatis abstinendum. S. Nilus nondum editus in « tractatu:* » Οτι διαφέρουσι τῶν ἐν πόλεσιν ἀσκουμένων.. Continuo post hanc notam alia suffigitur. Tum versa pag. alia notula venit sic inscripta: « *Pro cognoscendo profectu in vita spirituali. Idem S. Nilus in re- « troscripto tractatu prope finem.* » Διὰ τοῦτο λέγεται.. Desinit: καθ'ἑκάστην ἐγίνετο (sic) ἡ ἐπίδοσις.

Fol. 192. « *Pro Nomine Monachorum. Vide eam vitam S. Antonii editam graeco-lat. cum notis David Hœschelii in princip. notatam. S. Nilus in tractatu cit. laudans eremitas monachos et solitarios sic ait:* Τίς δὲ τὸν οὐχ ὁρώμενον μακαρίσει. *Quis laudabit quem non videt.* Desinit: Τῆς μακροθυμίας ἐσθ' ὅτε μεμφόμενος, κτ. Ad fastigii marg. scriptor habet: « *De distantia monachorum in civitate degentium et extra in desertis.* »

Fol. 193. « *S. Nilus ineditus de Philosophia christiana.* Pro sensum custodia. » Παρατετηρημένως γὰρ (ἡ θεία γραφή) καὶ τὸν ἐπὶ τεσσάρων πορευόμενον οὐχ ἁπλῶς εἶπεν ἀκάθαρτον.. Et in multa procedit usque ad haec verba quibus finem facit: Ταῖς δὲ κοσμικαῖς φροντῖσιν ἀποκλείων τὴν θύραν· τί γὰρ ἡμῖν..

Fol. 195. Τοῦ μακαρίου Βασιλείου ἐπ. Σελευκείας Ισαυρίας, λόγος εἰς τὸν πανεύφημον Θωμᾶν τὸν ἀπόστολον. B. BASILII EP. SELEUCIÆ *in Isauria, sermo in celebratissimum Thomam Apostolum.* P. 0 μὲν παλαιὸς τῶν ἀνθρώπων

βίος. *Vetusta hominum vita.* Est apographon sermonis, quem antea citavi in fol. 160.

Fol. 200. Τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Βασιλείου ἐπ. Σελευκείας πόλεως Ισαυρίας, λόγος εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν. *Eiusdem* B. BASILII EP. SELEUCIÆ, *civitatis Isauriae, sermo in S. Pentecosten.* P. Πυκνὰ μὲν ἡμῖν, ἀλλ' ἐπωφελῆ τῆς ἐκκλησίας τὰ πνευματικὰ θέατρα. *Crebra quidem sed perutilia spiritualia Ecclesiae spectacula* (quae sacra nempe nobis Ecclesia animo spectanda exhibet). Harlesius hanc item homiliam fatetur haberi in Cod. 3100 Bibl. Paris. adhuc (credo) ineditam.

Fol. 202. v. Redit ex apographo eadem narratio Vitae et miraculorum S. *Therapontis*, de qua superius dictum est.

Fol. 205. Τῆς θείας παρθένου τῆς θεοτόκου ἀποθέωσις. *Divinae Virginis Deiparæ Apotheosis.* Carmen polymetron graecum, cui accedit Latina versio. Est Deiparae laudatio per naturalium omne genus rerum emblemata, quae ad plures multiplicesque eiusdem virtutes relata spectari possint. Incipit: Κειρανίη ἀρετῶν διαδήματα σοὶ τάδε πέμπει. *Regina haec diademata virtutum tibi mittunt.*

Fol. 229. Ανδρὶ πανταχόθεν εἰς ἀρετῆς καὶ παιδεύσεως κάλλος ἐξησκημένῳ Νεοφύτῳ τῷ Ροδινῷ Αλέξανδρος ὁ Κιαμπέλλος εὖ πράττειν. *Viro undequaque virtutis atque scientiae decore exercito Neophyto Rhodino* ALEXANDER CIAMPELLUS *salutem.* P. Μαθὼν παρὰ τοῦ φιλτάτου Θωμᾶ. *Cum a Thoma carissimo accepissem.* Lucae data est IV Kal. Julii M. DCLVIII.

ANIMADVERSIONES

Apographon, quod initio dixi, quaestionum Photii *Amphilochiarum*, Allatii opus esse, characteris nota certo certius ostendit. Jam vero quid occasionis extitisse conjecerim clarissimo viro ut illas exscriberet, ex Jos. Christoph. Wolfio (Præfat. in Edit. Bas. 1741 *Amphiloch. Quæst.*) tradam. Etenim dum Romæ Allatius degeret, transmissus est illi ab Ant. Caracciolo Codex Neapoli nuper inventus, sane *antiquissimus*, vel *potius antiquissimi Cod. frustum*, quo continebantur novem et decem *responsa* Photii ad *Quæstiones Amphilochii*, vel octodecim, eadem prorsus quæ supra cognovimus, eo quod excipiendum sit ex hoc computo *Responsum* XXXVII, pars, ut liquido constat, *Responsi* XXX. Codex ille exhibebat omnium primam quæstionem XXV. Allatius ne verbum quidem facit in apographo de Cod. ex quo illa hauserit; sed profecto ex Cod. Vaticano 1923 præmisit illis Indicem, quem dixi, earum 318 quæstionum cum procœmio, et passim multa adiecit, quæ deerant Codici Neapolitano, forte enim opus edendum parabat adhuc ineditum. Hanc suam elucubrationem Allatius silentio reticuit, crediderim ex ingenio viri, ne præoccuparetur, tametsi ille tradat Arcudium ipsius Codicis apographon sibi confecisse, quod teste Emo Hergenrœhter (Præfat. edit. Amphiloch.) exstat in Bibl. Barberiniana. Hinc ad hoc usque tempus apographon Allatianum eruditis fortasse latuit. Ex dictis obiter tantum animadverto apographon Bibl. Regiae Neapolitanae non esse, uti existimat ol. *Cyrillo* (Codd. Bibl. Borbon. Cod. LV. II. B. 21.), adjudicandum saeculo XVI, qua aetate adhuc delitescebat Codex Neapol. sed ad summum sæc. XVII, ætate scilicet Franc. Caracioli et L. Allatii.

Ad *œnigmata* vero quod attinet Pselli, quae ab eadem manu qua *Amphilochiana* exscripta fuerunt, nempe Allatii, scriptor idem in Diatriba de Psellis aliquo pacto confirmat testimonium nostrum inquiens: « *Ad Michaëlem Ducam Aenigmata, versibus politicis et jambicis composita, apud me sunt num. XLI, nescio an omnia.* P. Εχι τι ζῶον λογικὸν, δέσποτα στεφηφόρε. » Fortasse latent

adhuc in Codd. et schedis. Confer Editionem *Michaëlis Pselli*. Mign. Patr. Græc. t. CXXII.

Allatius idem scriptor fuit exscerptorum ex Opp. S. Nili, nec non eorum quae sequuntur usque ad *Ocellum Lucanum*, fol.122. *Encomium* vero *Damasceni in Chrysostomum*, non quidem manu, sed certe cura Allatii exscriptum credam, uti patet ex Indiculo opp. eiusdem Patris per Allat. transmisso ad Joan. Aubertum (Σύμμικτα, Colon. Agripp. 1653), quem ille exorditur ex hac ipsa Homilia inc. Εδει μὲν ἔδει, ὦ Ιωάννη πάγχρυσε. Huic praeterea continuo istud subnectitur: « *cum interpretatione Latina Francisci Arcudii, Episcopi Nuscani, collatum et correctum* (encomium) *ex Cod. MS. Leonis Allatii* ». Hanc item forte exscripsit Allatius, nec non alia item ex opp. b. Nili usque ad fol. 193.

Demum manum cl. viri exhibet poema *Apotheoseos* Deiparae, saltem graecum, non ita latinum, quamquam nulla nobis ratio suppetat, ut dignoscamus utrum opus alienum an genuinum Allatii sit, quem ceteroquin versibus compingendis valde delectatum esse scimus (Vita Allatii ex Gradio Mai N. Bibl. PP. t. VI. p. II.). Ac revera opus illud scriptum est stylo saeculi XVII.

Versus (fol. 135.) *Caryophili contra Zach. Gerganum* sunt profecto exarati a *Neophyto Codino*, seu potius *Rhodino*; qui suo nomine ludens, mutato tantum ρ in κ aliud sibi festive compegerit, indeque Hellenicis ipsis novum; nam, ut eruditis constat, cognomen ipsum Κωδίνου (Georgii) per ω non per ο, quemadmodum istud, erat scribendum. Sed de his satis.

Postremo Epistolam *Georgii Coresii* ad *Leonardum Gallum*, et aliam *Alexandri Ciampelli* ad *Rhodinum* facile credam authographam esse utriusque, et in manus Allatii devenisse ob maximam necessitudinem, quae eum inter atque Rhodinum et Gallum intercedebat, quorum alter cum Arcudio, eodemque Allatii amicissimo, aliquantum temporis vixit.

Codex hic ita descriptus jam sub prelo erat, cum Athenis ad me dono mittebatur a cl. Spyrid. P. Lambros opusc. nuper a se editum, cui titulus: Κερκυραϊκὰ ἀνέκδοτα ἐκ χειρογράφων Αγίου Ορους, Κανταβριγίας.. *Anecdota Corcyraea e MSS. Montis Sancti, Cantabrigii..*, in quo praeter alia graece habetur opus eiusdem S. Arsenii encomium in *S. Therinum M.* incip. Εμέλλομεν, ὦ φίλοι, καὶ τὸν ὑμέτερον ἀναδέξασθαι πόλεμον. *Opus erat, amici, ut nos vestrum quoque bellum sustineremus.* En igitur post duos, quos supra (p. 110, f. 167) memoravi, tertius b. viri sermo, nedum ineditus sed absconditus in quodam monasterii (in *M. Athos*) Kutlumusii codice sign. nr. 189; ex quo cl. Lambros eruit, et in lucem dedit, aliud cimaelium doctrinae et pietatis S. Arsenii. In Praefatione autem Editor nos etiam docet, encomia in S. Andream ap. et S. Barbaram, *quorum parva fragmenta edita iampridem erant ab Allatio, primum integra typis vulgasse Mustoxyden in parergo op.* - Delle cose Corciresi. - Haec porro notata esse volumus honoris caussa et grati animi ergo in virum omni tum eruditione cum humanitate ornatissimum, cui palæographorum hominum coetum universum gratias habere et referre par est.

CODEX VIGESIMUS TERTIUS

B. α. XXIII.

Ad Codices SS. Patrum accedit theca pretiosissima, in qua eorum sermonum reliquiae omni eruditorum cultu dignae asservantur, aliquot vero intra sibi acclusae seu PALIMPSESTAE multo pretiosiores.

I. Folia duo longit. metri fere 0, 20, latitud. 0, 13, membranacea saeculi XII, nitido et oblongiori charactere exscripta, excipiunt fragmentum vitae cuiusdam s. Viri, qui nobis conjicitur esse Ioannes Calybites, nam prope finem haec leguntur. Θάπτεται μὲν οὖν ὁ γενναῖος ἀγωνιστὴς ἐν αὐτῇ τῇ καλύβῃ, ᾧ σπουδὴ καὶ περὶ τούτου ἐπέσκηψεν· ᾔδει γὰρ ὅτι τὰ κάτω ταπεινὰ μάλλον ἢ λαμπρότης τῶν ἄνω σκηνῶν διαδέχεται. Καὶ ναὸς αὐτῷ παρὰ τῶν τεκόντων ἱερὸς ἀνεγείρεται. *Sepelitur igitur generosus athleta in*

eodem tugurio; quae cura erga eum in hisce illud etiam suaserat, quod notum erat illum voluisse ut humilia potius, quam splendida tabernacula se susciperent. Sacrum igitur templum ab ipsis parentibus illi extructum est. Hinc finis imponitur historiae illud narrando consilium, quo parentes vitam monasticam, exemplo filii permoti, amplexi sunt. Porro haec omnia sensu quidem consona, sed verbis absona a narratione, quam Metaphrastes in Edit. Migne (Patrol. graec. tom. CXIV) instituit, sed conveniunt cum interpretatione græco-vernacula, quam de *metaphrastensi* vita Calybitæ edidit Agapius monachus Cretensis (Εν Ετίῃσι ᾳχπγ'. - *Venetiis 1683*).

II. Sub hac scriptura latet PALIMPSESTUM saec. IX vel VIII, duplici columna, uncialibus literis exaratum, *Evangeliarii* fragmentum habens. Pagella prima excipit Evangelium Joan. cap. X, censeo quidem pro *Missa* in honorem alicuius S. Ep. cuius memoria mense Junio recolatur. Huic absoluto continuo appingitur: Μηνὶ Ιουνίῳ κδ'. Τὸ γενέθλιον τοῦ προδρόμου. Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν κεφ. α'. *Junii mensis* (die) *XXIV. Nativitas Praecursoris, Evangelium secundum Lucam. Cap. I.* Pagella v. incipit: Επειδήπερ πολλοί. *Quoniam quidem multi;* atque inde prosequitur lectio in folium alterum quod desinit illis verbis: Καὶ ἀποκριθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπεν. *Et respondens mater eius dixit.*

III. Folia duo unita long. m. 0, 22, latit. 0, 14, saec. XIV (?) excipiunt quædam de Theologia *dogmatica* alicuius Patris græci *minoris*, qui testes contra hæreticos in Trinitatem adducit SS. Basilium et Epiphanium.

IV. Folia item duo bombycina habent consolatoriam epistolam vel orationem (deest enim initium) alicuius S. Patris in mortem cuiusdam pueri, in qua exemplo justi Jobi docet, nobis acquiescendum esse voluntati divinae.

V. Folia membranacea quatuor excipientia finem unius orationis ad deprecandas infirmitates, maximam vero partem alterius, cui hic titulus praefigitur: Προσευχὴ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ κατὰ πνεύματα διώκτου πρὸς φυλακτήριον ψυχῶν κατὰ πνεύματα τουτέστι φθόνου καὶ ζήλου.. *Oratio* S. GREGORII THAUMATURGI *contra spiritus Persecutoris ad custodiendas animas contra spiritus scilicet invidiae et zeli...* Incipit. Επικαλούμεθά σε, Δέσποτα, τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ χριστοῦ. *Invocamus te, Domine, Deum et Patrem Domini Nostri Jesu Christi.* Sat est prolixa, non tamen integra, abrumpitur enim desinente pagella octava. Verum nihil prorsus repertum est in editis sive Euchologiis, sive historia vel operibus huius S. Patris.

VI. Pagella membran. hinc quasdam orationes in *palimpsesto* nimis evanido præseferens, inde frustum alicuius narrationis sacrae.

VII. Quaternio membran. duplici columna exaratus saec. fortas-

se X, proferens fragmentum voluminis Homiliarum cuiusdam S. Patris. Quae vero in priori pagella se se exhibet, inscribitur: Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸν Αδὰμ καὶ εἰς τὸν Κάϊν καὶ εἰς τὸν Αβελ. *Eiusdem, in Adamum et in Cainum et in Abelem.* Incipit: Ορῶν ὑμῶν τῆς φιληκοίας τὸ ἀκόρεστον. *Videns vestrum insatiabile audiendi studium.* Olet quidem aliquid homiliae XIII s. JO. CHRYSOSTOMI in Genesim, at nedum verba, sed ipse titulus negant id opus esse S. Doctoris.

VIII. Fragmentum valde pretiosum, constans foliis 8, long. metri 0, 24, latitud. 0, 19, exscriptum in duabus columnis, charactere ligato et pulchre composito, qui consonat valde scripturae Cd. B. α. XI et XVIII, et pertinet ad sæc. X. Habentur homiliarum fragmenta, quorum primum quidem incip... τὰ (forte αὐτὰ) σχέσιν καὶ διάθεσιν ἄρδην ἐστέρηται: *ipsa* (res creatae ?) primigeno *habitu et dispositione funditus sunt viduata.* Alterum contra fragmentum, quod occipit in fol. 7: καί μοι πρὸς ἀλήθειαν τὸ καθ' ἡμᾶς ὑπογράφοντι πείσθητι: *et mihi vera describenti quae secundum nos sunt, crede.* Desinit de more cum illis: ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν. *Cui gloria, honor et virtus aeterna in sempiterna saecula saeculorum. Amen.*

IX. Fragmentum cod. sæc. XI, excipiens folia 22, longit. metri 0, 23, latitud. 0, 17, exscriptum in columnis ab optimo calligrapho.

Fol. 1. s. JOANNIS ARCHIEP. CP. sermo *In S. Joannem Baptistam*, Incip. Τί μοι σήμερον τὸ πνευματικὸν τοῦτο θέατρον; *Quid mihi hodie hoc spirituale spectaculum?* In Editis non reperiri videtur, nedum in Catalog. Vitarum SS. apud Fabric. (Ed. Harl. t. X).

Fol. 6. v. *Mense Junio die XXIII. In Dedicationem venerandi sancti Præcursoris.* Pone sequuntur tres Lectiones scripturæ, nempe prima e lib. I *Regnorum*: Εστη Σολωμών. *Stetit Salomon.* Altera e *Proverbiis*: Ο θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσεν τὴν γῆν. *Deus condidit in sapientia terram.* Tertia ex iisdem *Proverbiis*: Η σοφία ᾠκοδόμησεν αὑτῇ οἶκον. *Sapientia ædificavit sibi domum.*

Fol, 9. s. JOAN. CHRYSOSTOMI oratio *In saltationem* (Herodiadis) *et in obtruncationem capitis S. Joannis Baptistæ.* Incipit: Αγαπητοί, ὑπάρχων Ιωάννης ὥσπερ τὶς ἀνὴρ φιλέρημος. *Charissimi, cum esset Joannes tamquam vir solitudinis amans.* Est inter opera S. Joannis (Migne dop. t. VIII. p. 521,) desunt tantum initio verba: Αγαπητοί, ὑπάρχων Ιωάννης. Sed cfr. Fabric ed. Harles t. X. p. 259.

Fol. 14. *Narratio prodigii quod Chonis fecit dux* (coelestis) *militiæ Michaël.* Incip. Καὶ τὸ περὶ τῶν ἄλλων ἁγίων διεξιέναι. *Narrando quidem de aliis sanctis percurrere.* Sed pagella versa absoluta desinit Codex ex abreptis quaternioni duabus foliis. De auctore nihil certi compertum habeo; sed confer Fabricium (Edit. Harles t. X, p. 199.).

Fol. 15. Alia homilia *In amputationem capitis Baptistae*, muti-

la æque fine et initio, quam esse opus Chrysostomi, vel Seleuciensis, vel Cretensis nusquam reperi in Patrol. graeca Jo. B. Migne.

X. Folia quatuor quæ excipiunt expositionem *Divinæ Liturgiae*, auctore S. GERMANO ARCHIEP. CPOLITANO, rudiori calamo sed correcte exaratam, saeculo credam XIV. Cum pauca contulerim cum Editione Gallandianæ apud Migne (Patr. graec. t. XCVIII), mox deprehendi quaedam a calligrapho intercepta, quaedam vero in Edit. fuisse interpolata. Sit lapis fidius huius operis Germani interpretatio facta ab Anastasio Bibliothecario; quae paucis abhinc annis ab Emo Pitra fauste reperta, dum in lucem edatur, summo desiderio tenemur.

XI. Codicis homiliarum per totum anni cursum fragmentum, constans foliis 12, longit. metri 0, 23, latitud. 9, 18, exscriptum duabus columnis charactere, aetatem exhibente saec. XII, et ornatibus non inelegans. Primum apparet cuiusdam sermonis conclusio, in qua agitur de *eleemosyna*. Sed mox, fol. v. col. 2, occurrit alius sermo, adscriptus S. JOAN. CHRYSOSTOMO, *In mulierem peccatricem et in unguentum*. Incip. Πάντοτε μὲν ὁ θεός. *Semper quidem Deus*. Datur spuriis in edit. Migne, t. VIII, p. 541.

Fol. 4. Eiusdem sermo *In proditionem Judæ et in Passionem Domini*. Incip. Στυγνὴν τὴν Ἐκκλησίαν ὁρῶ. *Mœstam video Ecclesiam*. Tribuitur Chrysostomo, sed jacet inter spuria. Migne t. VIII, p. 687.

Fol. 6. v. S. ATHANASII EP. ALEXANDR. sermo *In S. Parasceven*. Incipit: Μέγα μὲν οὐρανὸς δημιούργημα. *Magnum quidem opus est cœlum*. Sed post pauca deficit. Recensetur in spuriis. Migne t. IV, p. 1054.

Fol. 8. S. PROCLI EP. CPOLITANI sermo *In S. Parasceven*. Incipit: Φοβερὰ τῆς σημερινῆς παρατάξεως τὰ μυστήρια. *Terribilia sunt hodierni proelii mysteria*. Sed primum dumtaxat dimidium habes. Codex tribuit *Chrysostomo*; negant vero Editores, qui contra cedunt eum S. Proclo. Edit. Migne t. LXV, col. 781-786.

Fol. 9. S. EPIPHANII EP. Orationis *In Christi Domini sepulturam* parvum frustum. Incipit a verbis: παῤῥησίᾳ ἀξιέπαινος, *propter libertatem loquendi laude dignus*. Migne opp. S. P. t. III. col. 445-448.

Fol. 10. Eiusdem *In Christi resurrectionem*, orationis fragmentum a verbis: ἀπὸ θεοῦ ἐξ ὄρους ὑψιλοῦ, *a Dei e monte excelso*. Ibidem col. 463-473.

XII. Folia sex bono charactere exscripta super PALIMPSESTUM unciale, de quo disseremus in Cod. B. α. LVII.

Fol. 1. Sermonis fragmentum S. GREGORII NAZIANZENI in *S. m. Cyprianum*, quod Billius, in Edit. Lipsiensi 1690, consignat numero XVIII.

Fol. 2. Ejusdem, lipsanon orationis, cui praefigitur inscriptio: Ἐῤῥέθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, εἰς Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας. *Dicta est Con-*

stantinopoli in honorem Athanasii ep. Alexandriæ. Incip. Ἀθανάσιον ἐπαινῶν, ἀρετὴν ἐπαινέσομαι. *Athanasium laudans, virtutem laudabo.*

ANIMADVERSIONES

In fragmento IX, quod supra descripsi, occurrit d. XXIII Junii *Dedicatio SS. Praecursoris*, quae consignatur his verbis: Τιμίου ἁγίου Προδρόμου, cui titulo subnectuntur Vesperarum lectiones. Tum frustula homiliarum in *S. Praecursorem*, ac postremo (ut ibidem adnotat, fol. 15, quidam e nostris Patribus saec. XVI « *Quivi son tre Canoni di S. Joan. Baptista* ») omnia aperte insinuant hanc uberrimam syllogem in honorem S. Joannis vel primo conflatam fuisse in aliquo ex Italicis monasteriis S. Praecursori dicatis, vel apographon extitisse vetustioris alicuius Codicis *Studitani*; nam Coenobium STUDII in urbe Cpolitana nomini eiusdem D. Baptistae sacrum erat, uti docent Acta S. Theodori Studitae.

CODEX VIGESIMUS QUARTUS

B. α. XXIV.

Libellus ms. chartac. græc. sæc. XVIII labentis, vel XIX ineuntis, spissus aliquot foliis longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 20, exscriptus manu D. FULGENTII AUSTINI monachi.

Continetur apographon homiliæ HESYCHII PRESB. HIEROSOL. *In S. Lazarum quadriduanum* inc. Δεῖ ἡμῖν πολυτελὲς, erutum, credam, ex Cod. B. α. XIV, quem videsis superius p. 89.

Accedunt folia decem Notarum auctore EPIPHANIO MAZIO exarata, quas vir eruditissimus ad textus elucidationem confecit. Jam vero notæ omnino CXVI sunt.

ANIMADVERSIONES

Paratum opus arbitror ad aliquam editionem cura D. Epiphanii Mazio abbatis, qui et libello seriem variationum appinxit Codicem inter nostrum et Othobonianum num. XIV. Verum lucem adhuc non vidisse videtur sermo, quem diligentissimus Migne non profert in sua Editione PP. Græcorum ad *Hesychium* tom. XCIII, neque erudito Fabricio (Edit. Harl. t, X, p. 268), nisi in Codicibus scriptus, innotuerat.

CODEX VIGESIMUS QUINTUS

B. α. XXV.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, complexus foliis scriptis 188, ongit. metri pl. 0, 19, latitud. pl. 0, 14, diligenter exaratus a NICOLAO OLIVIERI, postea Abbate Cryptoferratensi sub disciplina P. Fazzari,

an. 1719. Excipit tractatum de *Virtutibus theologicis*, in tres alios divisum, scilicet de *Fide, Spe et Charitate*: ut postremo ostendit cunctis ibi subnexus Index.

ANIMADVERSIONES

Nihil abs re facturum fore judicavi, si in hac Serie, scriptis SS. *Patrum* (idemque dictum sit etiam pro ceteris huius Catalogi) tractatus hosce theologicos adnecterem, qui Cryptensi Archivio adservantur. Tractationes quippe istae omni diligentia exaratae, omnique tum characteris et styli, cum methodi et decore sententiarum praeditae fidem faciunt, non ita exercitationes alumnorum esse existimandas, quam potiùs elucubrationes et dictata theologorum, quibus diligentissimi juvenes utebantur magistris. Horum propterea mihi etiam præcipuæ curæ fuit ut nomina, quotquot in scriptis relata reperiantur, vulgarentur. Horum, inquam, virorum, qui prodeuntes vel e speetatissimo sæculari Clero Romano vel ex religiosis familiis sub regulis SS. Dominici et Ignatii Patrum, Romae præsertim, in hoc sacrarum disciplinarum sanctuario, Philosophicam ac Theologicam scientiam profitentes, nonnisi doctrina et virtute praestantissimi esse non poterant.

CODEX VIGESIMUS SEXTUS

B. α. XXVI.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, bene ligatus et adservatus. Constat foliis scriptis 331, longitud. metri fere 0, 19, latitud. 0, 13, exaratus bono charactere maxima cum diligentia a D. DEMETRIO TITI, postea Ab. Cœnobii Cryptoferratensis.

Titulus praetexitur volumini « *Tripartitus de Incarnatione Tractatus* » scilicet, uti in Procœmio monetur, ea disseruntur, quae Divinam praecesserunt Incarnationem, seu de *Unione hypostatica*; quae concomitantur, seu de Unionis eiusdem *Prædicatis et Proprietatibus;* quae denique *Unionem* illam subsequuta sunt.

CODEX VIGESIMUS SEPTIMUS

B. α. XXVII.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, constans omnino foliis 356, longitud. metri pl. 0, 18, latitudinis pl. 0, 12, eodem quo superior auctore conscriptus. Complectitur plura.

Tractatus de *Virtutibus theologicis* ad mentem Divi Thomae Aquinatis.

Controversiae substantiales inter Catholicos et Heterodoxos, ubi quaestiones agitantur, quae postea *De Locis Theologicis* dictae sunt, aliaeque Dogmaticae, quibus finis imponitur cum praecipua controversia contra Graecos, nempe *De Processione Spiritus Sancti.*

CODEX VIGESIMUS OCTAVUS

B. α. XXVIII.

Cod. ms. chart. lat. saec. XXIII, constans foliis 335, longit. m. pl. 0, 18, latitud. fere 0, 13, exaratus eadem manu et diligentia, qua qui supra relatus est.

Excipit tractatum *de Gratia*. Quo absoluto venit typis impressa Conclusionum tabella *de Gratia auxiliante et sanctificante*, quae erant disputandae ab Antonio Baldano Romano, Academico Parthenio in Collegio Rom. Societatis Jesu n. 1710.

Tum demum sat prolixa exercitatio theologica, cuius argumentum ita inscribitur: *Literalia Evangeliorum Loca, quibus recentes haereses evertuntur*, octo omnino expleta capitulis.

CODEX VIGESIMUS NONUS

B. α. XXIX.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII ineuntis, constans foliis prorsus 424, longitud. metri fere 0, 19, latitud. pl. 0, 12, exaratus ab eodem D. DEMETRIO TITI hieromonacho.

Fol. 1. Tractatus *de Sacramentis*.

Post folium 296 - Tabella Conclusionum, *De Sacramentis*, quae erant disputandae in Collegio Rom. Soc. Jesu a Sancte Colombi Rom. Almi Collegii Capranicensis alumno, an. 1710.

Fol. 297. Tractatus *De vera Religione*. Post folium 424 altera tabula Conclusionum, *De fundamentis verae Religionis*, quae item in Collegio Rom. Soc. Jesu disputabantur an. 1710.

CODEX TRIGESIMUS

B. α. XXX.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, constans foliis 140, longitud. metri 0, 20, latitud. 0, 14, exaratus in Gymnasio Rom. ab ANDREA ANGELUCCI e Castro Gandulfi, auditore S. Theologiae an. 1776.

Tractatus heic unus adest *de Sacramento Eucharistiae*.

CODEX TRIGESIMUS PRIMUS

B. α. XXXI.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, constans foliis 265, longitud. metri 0, 20, latitud. 0, 13, diligenter conscriptus anno 1721 a cl. D. GREGORIO PIACENTINI, de quo plura in *Prolegomenis* dicta sunt, multa etiam postea erunt dicenda.

Fol. 1. Tractatus *De Divina Gratia.*

Fol. 170. *Theologia scripturalis*, seu in librum Psalmorum explanatio literalis, mystica, dogmatica, sub disciplina P. Constantini an. 1721.

Fol. 219. Controversia polemica *De libero Arbitrio.*

Fol. 251. Quaestio *De Eucharistia.*

CODEX TRIGESIMUS SECUNDUS

B. α. XXXII.

Codex ms. chart. lat. saec. XVIII, constans foliis 330, longitud. metri 0, 19, latitud. m. 0, 13, quem exaravit, qua semper solet cura et diligentia, D. DEMETRIUS TITI, hierom. Basilianus. Complectitur tractatum de *Beatitudine* seu fine *ultimo* creaturae rationalis et alterum de *Actibus humanis.*

Fol. 274. Veniunt quaestiones selectae *in Divinam Apocalypsim.*

CODEX TRIGESIMUS TERTIUS

B. α. XXXIII.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, complectens folia 216, longitud. metri 0, 19, latitud. pl. 0, 13, conscriptus ab eodem D. GREGORIO PIACENTINI hieromonacho eadem ratione qua penultimus.

Agitur de *Sacramentis in genere* et in *specie*, nec non de SS. *Eucharistiæ Sacramento* ad mentem Doctoris Angelici.

In fine appingitur eorumdem Tractatuum exemplar, quod forte auctor prima manu in scholis sibi exscripserat, dum vero quæ supra commemoravi, sunt secunda manu melius exarata.

CODEX TRIGESIMUS QUARTUS

B. α. XXXIV.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, constans foliis 305, longitud. metri fere 0, 19, latitud. pl. 0, 12, exaratus de suo more a D. DEMETRIO TITI. Hæc autem continentur:

Fol. 1. *De Pœnitentia*, uti virtus est et uti sacramentum.

Fol. 210. *Explicatio prædictionum Isajæ prophetæ, præsertim spectantium ad Christum Dominum.*

Fol. 257. Controversiæ, scilicet contra Protestantes, *De auctoritate Ecclesiæ Catholicæ.*

Fol. 273. Aliae contra Græcos, nempe: *De processione Sp. Sancti; De Sacrificio* in azymo et fermentato; *De Purgatorio; De Fruitione Sanctorum; De Primatu Papæ.*

CODEX TRIGESIMUS QUINTUS

B. α. XXXV.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, bene adservatus et foliis numero 194, longit. metri 0, 19, latit. 0, 13.

Titulus libri est, *De superna Beatitudine, et Actibus humanis. In Prima secundae Divi Thomae doctoris Angelici a quaestione 1. ad 21. a 71. ad 90.* Disputationes duae, quarum argumenta perinde sese invicem habent ac medium ad finem.

Libro appinguntur typis impressæ *Conclusiones*, disputandae olim in Collegio Anglicano a Jacobo Maccarly Londinensi, eiusdem Collegii alumno, an. 1721.

CODEX TRIGESIMUS SEXTUS

B. α. XXXVI.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, spissus foliis omnino 112, longitud. metri 0, 20, latitud. pl. 0, 13, exaratus ab eodem, quo Codex proxime superior.

Tractatus excipitur primus quidem *De Deo uno et trino*, alter vero *De divina Gratia*, uterque ad mentem D. Thomæ.

CODEX TRIGESIMUS SEPTIMUS

B. α. XXXVII.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, constans foliis 194, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13, exaratus manu eadem, qua duo superiores. Agitur in eo de sacrosancto *Dominicæ Incarnationis* mysterio.

Post plura folia alba relicta venit Tabula *Conclusionum*, quæ hac super re publice disputandae erant in Semin. Rom. a D. Carolo Marulli, patritio Baruletano, an. 1721.

CODEX TRIGESIMUS OCTAVUS

B. α. XXXVIII.

Cod. ms. chart. lat. saec. XIX, constans foliis 167, longitudinis metri pl. 0, 17, latitud. pl. 0, 11, conscriptus a D. MARIANO MERLUZZI, Seminarii Romani alumno.

Compendium Theologiae Dogmaticae exhibens hos tractatus, scilicet *De Locis theologicis*, *De Deo*, *De Incarnatione*, *De Deo creatore*, itemque sanctificatore, nempe *De Gratia Dei*.

CODEX TRIGESIMUS NONUS

B. α. XXXIX.

Codex ms. chart. lat. saec. XIX, constans foliis 103, eiusdem dimensionis et scripturae, qua superior. Excipit compendium tractatus universi de *Sacramentis* tum in genere tum in specie. Sed altera tractatio explicit cum Sacram. *Ordinis sacri*, de quo sat pauca aguntur.

CODEX QUADRAGESIMUS

B. α. XL.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, constans foliis 148 longitud. m. 0, 18, latitud. 0, 13, excipiens tractatus theologicos, quibus praecurrit titulus « *De praecipuis Fidei catholicae veritatibus adversus Heterodoxos.*

Digna profecto methodus est, quæ considderetur, habita a quodam hierom. quemadmodum extrema hæc tradit epigraphe. « *Finem dedi ego Agnellus Cardamone sub disciplina R. D. Petri Antonii de Turris hic Neapoli die* 25 *mensis Septembris* 1706. *Ad laudem et Gloriam summi Dei, atque S. M. V. Matris Domini et Montis Carmeli Megaxiotatæ (quam dignissimæ).* » Ex titulo patet P. Cardamone monachum extitisse in monasterio Basiliano S. M. MATRIS DOMINI in Neapolitana civitate.

CODEX QUADRAGESIMUS PRIMUS

B. α. XLI.

Codex ms. chart. lat. complectens plures libellos pertinentes ad saec. XVIII vel ad saec. XVII exiens. Agunt de sacra *Theologia* tum *Dogmatica* tum *morali* plurium scriptorum. Auctorum, si quos divinari potui, nomina imposita fuere suis libellulis, quorum aliquem exscriptum esse patet sub disciplina cuiusdam P. Dominici Viva.

CODEX QUADRAGESIMUS SECUNDUS

B. α. XLII.

Cod. ms. chart. lat. excipiens fragmenta S. *Theologiae Dogmaticæ et Moralis* ex pluribus scriptoribus saeculi XVIII, nec non saec. XVII collecta. Praestat cunctis fragmentum diligentius exscriptum Theologiae ad mentem B. Alberti Magni, a distinctione V. libri II ad distinction. XVI libri IV: verum quaedam media desiderantur.

CODEX QUADRAGESIMUS TERTIUS

B. α. XLIII.

Cod. ms. chart. lat. saec. XIX, constans foliis omnino 262, longitud. metri pl. 0, 26, latitud. pl. 0, 19, diligenter compositus et conscriptus.

Tractatus varii de *Theologia Dogmatica*, praesertim super *Eucharistiæ* et *Pœnitentiæ* sacramentis, quos THEODORUS MERLUZZI hieromon. Cryptoferratensis, tum Seminarii Rom. alumnus, habuit sub disciplina R. D. Camilli Santori, postea Episcopi Fanensis.

CODEX QVADRAGESIMUS QUARTUS

B. α. XLIV.

Cod. ms. chart. lat. saec. XIX, plurimis compactus libellis, sed foliis scriptis, supputatis numero 302, longitud. metri pl. 0, 26, latitud. fere 0, 20.

Tractatus *Scripturæ sacræ*, *Theologiæ Dogmaticæ*, *Locorum Theologicorum* in compendium, studii caussa, redacti et conscripti sub disciplina plurium DD. nempe ARCHANGELI, COSSA et TORRONI.

Praestat cunctis hisce tractatibus *Synopsis de Locis Theologicis*, cura eiusdem scriptoris auctoris, qui hunc ipsum et superiorem Cod. elaboravit.

CODEX QUADRAGESIMUS QUINTUS

B. α. XLV.

Cod. ms. chartac. lat. saec. XVIII, constans foliis 40, longitudin. metri 0, 20, latitud. pl. min. 0, 15, exaratus a D. BASILIO SCARFÒ hieromonacho, quem dixi in *Prolegomenis*, viro clarissimo atque Italo-graecæ Basilianae Congregationis alumno. Excipitur brevis Tractatus, idemque inexpletus, *De Sacramentis in genere*.

CODEX QUADRAGESIMUS SEXTUS

B. α. XLVI.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, constans foliis 213, longitudin. metri pl. 0, 19, latitud. 0, 13, bene adservatus, optimo charactere exaratus. Titulus in fronte praesefert: « *De Deo uno - Tractatus theologicus in Rev. Lycæo traditus a Ferdinando Giovannucci Presb. Rom. audiente Petro Frattini clerico Rom. sub anno MDCCXCIV ad an. MDCCXCV.* »

CODEX QUADRAGESIMUS SEPTIMUS

B. α. XLVII.

Cod. ms. chartac. graeco-latinus saec. XVIII, spissus foliis 17, longitud. metri p. m. 0, 27, latitud. autem 0, 20. Hunc titulum

praefert: « *Homilia Clementis XI P. O. M. habita in solemnitate Principis Apostolorum, graece reddita a Dionysio Spagnuolo Ord. S. Basilii an. MDCCIII.* Excipit proinde Codex post nuncupationem interpretis, factam Reverendo P. Petro Menniti Abb. generali eiusd. Ord. homiliam ipsam hinc latinam, inde graecam. Latina porro incip. *Ecclesiam supra petram a Domino aedificatam*; græce vero: « Τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐπὶ τῇ πέτρᾳ παρὰ Κυρίου οἰκοδομηθεῖσαν.

Accedit Episcoporum Galliae scripta quaedam reclamantium ad eumdem Pont. Clem. XI contra ea quae decreta sunt in Comitiis Gallicanis, Lutetiae Parisiorum habitis an. 1682, adversus Ecclesiasticam potestatem, et Pontificiam auctoritatem. Incipit: *Reverend. Pater. Cum in hac tamdem exultantis Ecclesiae.*

Pone sequitur *Homilia SS. Domini et Patris Nostri Clementis XI Pont. Max. habita in Vaticana Basilica in die Nativitatis Domini an. MDCCI.* Post titulum hunc pergit: *Impleta sunt vota gentium oracula prophetarum.* Desinit: *Qui potens est peccata nostra delere, et sua in nobis dona perficere.*

CODEX QUADRAGESIMUS OCTAVUS

B. α. XLVIII.

Mss. chartac. lat. saec. XVIII exeuntis, et XIX ineuntis, quae constant libellis in folio magno septem et triginta.

Institutiones theologicae, et praesertim *De locis Theologicis*, duplex tractatus, quem EPIPHANIUS MAZIO Abbas, quaedam discipulus e Magistris exscripsit, quaedam vero ipse doctor dictavit suis, uti credo, Monachis alumnis.

CODEX QUADRAGESIMUS NONUS

B. α. XLIX.

Mss. varia chartac. latina: libelli decem omnino, longitud. m. pl. 0, 19, latitud. 0, 13. Excipiunt rem theologicam. Jam vero horum tres conscripti sunt a THEODORO TOSCANI, hieromonacho Basiliano, de quo alias multa dicta sunt in *Prolegomenis*, scilicet:

Dissertatio *de Purgatorio, De Miraculis* contra Deistas. *De Existentia Dei* contra Atheos.

Ceteros vero conscripsit alius saec. superiore monachus, in quibus agitur de *Locis theologicis*, praecipue vero de *Ecclesia*, deque Pontificis Romani *primatu*.

CODEX QUINQUAGESIMUS

B. α. L.

Ms. chart. lat. saec. XIX vel XVIII ineuntis, excipiens novem libellos longitud. m. 0, 27, latitud. pl. 0, 19, alternis columnis per singula folia exaratus, nr. fere ducenta.

Opus est D. EPIPHANII MAZIO Abb. de *Autenthia Evangelii S. Joannis Ap.* at non expletum, praecipue contra objectiones Caroli Teoph. Bretschneider, Doctoris in civitate Gotha.

CODEX QUINQUAGESIMUS PRIMUS

B. α. LI.

Cod. ms. chart. lat. saec. XIX, spissus per multis foliis longitud. m. 0, 20, latitud. 0, 13, excipiens Tractatum de *Locis theologicis*, quem praecedit procemium de Theologia universa. Tum venit Tractatus de *Sacra Scriptura*.

ANIMADVERSIONES

Prioris sacri tractatus scriptura abundat *notis stenographicis*, quarum ante praecurrit Alphabetum, necnon elenchus praecipuarum dictionum eiusdem methodi.

Præter pauciora quædam rotundo charactere exarata, manu nempe D. Mariani Merluzzi, cuncta exscripta sunt auctore eodem, quo Codd. mss. B. α. XLIII, XLIV.

CODEX QUINQUAGESIMUS SECUNDUS

B. α. LII.

Cod. ms. chart. lat. XIX complectens, folia quamplurima exarata ab iisdem, quibus superior, cui item dimensione suppar existit.

Exterius Cod. titulum exhibet « *Miscellanea Theologica.* » Et revera intus habentur aliquot Tractatus de Theologia Dogmatica.

Tum extrema libri parte praetexto titulo, *Miscellanea Linguæ Hebraicæ*, veniunt quaedam Analyses Grammaticales Psalmorum e textu Hebraico.

Consuitur volumini libellulus minor inscriptus *Synopsis Gramm. Hebraicae*: itemque peculiaris altera de *Mutatione Punctorum* exametris versibus expressa.

CODEX QUINQUAGESIMUS TERTIUS

B. α. LIII.

Cod. ms. chart. lat. saec. XIX ineuntis, spissus foliis scriptis num. 86, longitud. m. pl. 0, 26, latitud. 0, 19.

Ex scheda Jos. Cozza titulum habes « *De Ecclesiæ auctoritate: de primatu S. Petri et R. Pontificis testimonia 924 ex variis fontibus:* » scilicet e SS. Conciliis, Patribus et Theologis etc.

Subnectitur fini Indiculus auctorum operumque, quorum superius auctoritates adhibentur. Opus autem non consequitur metam, sed consistit in testimonio DCLXXXVIII.

Scripsit, uti ex charactere patet, EPIPHANIUS MAZIO.

CODEX QUINQUAGESIMUS QUARTUS

B. α. LIV.

Ms. græc. chartaceum saec. XIX, spissum foliis 332, totidemque paginis alternis exaratum. Apographon est *Cathecheseos parvæ*, quam dicunt, S. THEODORI STUDITAE, aliorumque operum quae continentur in PALIMPSESTO Codicis duplicis Patristici B. α. XXI, et Liturgici E. α. XIII, integre exscripto manu ANTONII ROCCHI hieromonachi. Agrapha sunt duo et quadraginta tantum folia, quorum cuiusque interea extremi margines verbis primis et postremis singulae pagellae Codicis notantur.

Quum *Palimpsestum* esset suo ordine deturbatum, cunctis foliis suo loco in apographo restitutis, res pertractatae sese invicem, ut olim in incolumi Codice, ordinate excipiunt.

Fol. 1 — 294. *Catecheses* pene omnes ac fere integrae.

Fol. 295 — 305. *Testamentum* eiusdem b. Studitae, cui nil deest in Cod. sed in apographo multa tantum notata sunt.

Pag, 306 — 222. B. NAUCRATII AB. epist. encyclica de *Obitu* S. Patris. Desiderantur media duo folia seu pagellae quatuor Codicis.

Pag· 323 — 24. Vitae b. Theodori epitome, quae in Codice nostro Αντίγραμμα designatur, ea forte de caussa, quod post Theodori scripta daretur; sed tamen id potiori jure factum esse dixerim, quam quod in aliis mss. ubi in eumdem locum rejecta, nihilominus Επίγραμμα appellatur. Perpauca fine deficiunt.

Pag. 325 — 31. *Constitutiones Studitanæ*, quibus initium et quaedam media desunt.

Pag. 332. *Vitæ b. Hilarionis* principium, quod tantum una pagella Cod. contineri potest. Post titulum: Βίος τοῦ μακαρίου Ιλαρίωνος. P. Τοῦ μακαριωτάτου καὶ φίλου τοῦ θεοῦ Ιλαρίωνος τὴν πολιτείαν. *Beatissimi atque amici Dei Hilarionis conversationem.* Est SOPHRONII EP. HIEROSOL. graeca interpretatio e narratione latina, quam conscripsit S. Hieronymus. (Cfr. Fabric. edit. Harles t. X, p. 235). Sed tamen genuina versio potius videtur nostra, quam quae Rosweydo, incipiens: Εν Παλαιστίνῃ πόλις ἐστίν. *In Palæstina civitas est* (Cfr. Acta SS. d. XXI Octobr. Comment. Vitae S. Hilarionis).

ANIMADVERSIONES

Epistolæ Naucratii de obitu Theodori scriptor codicis hoc non bene concinnatum epigramma unciali charactere subnexuit:

Αλλ', ὦ θεοῦ δώρημα πᾶσιν ἐν βίῳ,
ἐξαίρετον δὲ τοῖς μονάζουσι κλέος,
Θεόδωρε τρισμέγιστε πατέρων πάτερ,
διδασκάλων τε πρῶτε τῆς ὑφ' ἡλίου
διχνὺς (sic) ἰωάνν..., τοῖς γε τὸν πόθον
γράψαντα πίστει τούς δε βραχεῖς στίχους.
At tu, o donum Dei, factum mortalibus,
Splendor insigne monachis,
Theodore pater termaxime patrum,
Ac doctorum prime quotquot sub sole,
Accipe Joann... qui affectu
Et fide versiculos hosce scripsit.

Qui sit Joannes vel Joannicius iste, quis divinari posset? Profecto *Joannes* quidam item fuit qui *Cathechesim parvam et alia* S. Theodori exscripsit an. 1026, quæ adservatur in Bibliotheca regia Neapolitana (GARDTHAUSEN - Griechische Palæograph.). Codex ille pertinebat ad Monast. *S. Gregorii de Palo.* Aetas proinde eumdem scriptorem esse insinuaret, parum enim interest inter saec. X exiens et XI iniens. Sed characteris nota, quam Cyrillus exhibet, non omnino convenire videtur cum ea, quam in Cod. nostro cognovimus negligentiorem quidem, quamvis non male compositam.

Praeter hos jambos alii sex, iidemque inediti, extant subnexi *Constitutionibus Studitanis* in Cod. p. 277 (apogr. p. 331) incip. Θεοδώρου πτοχεῦ χριστὲ παράσχου ὄλβον. *Christe, largitor beatitatem humilis Theodori;* qui videntur opus ipsius b. Doctoris. Item alii quinque post *Catecheses*, qui incipiunt: Τὸν νεῦν ἀληθῶς χωρίσας πάσης ὕλης. *Mentem vere removens ab omni materia.*

CODEX QUINQUAGESIMUS QUINTUS

B. α. LV.

Cod. ms. membran. graecus PALIMPSESTUS saec. VIII, vel IX. Quum ineunte saec. XIII iam veterasceret, scriptores nostri eo usi sunt ad alios Codd. compingendos, quibus discerptum subest, scilicet in Cod. A. β. XI, in quo insunt PALIMPSESTI folia septem, in Cod. Γ. β. XIII, qui ex eo fere uno compactus est, foliis pene tribus et nonaginta, in Cod. E. α. V, qui inde habet folia sexdecim, demum in Cod. E. β. VII, qui excipit folia sane septem et quinquaginta. Folia proinde quæ restant adhuc, supputantur prorsus 173, quibus non alia multa accessisse crediderim, nam volumen resultat pl. min. m. 0, 040 spissum, praeterea longum m. 0, 30, latum vero m. 0, 22. Duabus columnis,

margine interjecto, exaratum est, quarum quaeque patet metri 0, 075, constatque lineis fere septem et triginta.

Characteris uncialis praeclara forma, illi proxime accedens, quam exhibet Montf. in specimine II (Palaeograph. graec. l. 717 c. 6.), nunc vero pallescens tum usu et hudore, tum magis abrasione, quam altera superinducenda scriptura cod. passus est. Grandiores literae quamplurimae, quae in quinis septenisve vertendis lineis rarius crebriusve iterantur, at deflexae, atramentoque ductae. Tituli tantum sermonum charactere recto et composito ex minio conficiuntur, itemque marginales notæ numerariae orationum ordinem regentes, quas quibusvis ex Codd. collegerim, hic syllabus tradit.

I. S. ATHANASII ARCHIEP. ALEXANDRIÆ homilia *In S. Pascha* incip: Εἰ ταῖς τῶν ἀγγέλων ἐνῆν πρὸς τὸ παρὸν χρήσαθαι γλώτταις. *Etiamsi linguis angelorum in praesens uti liceret.* Altera item *In S. Pascha:* Χριστὸς ἐγερθείς. *Christus resurgens.* Utraque editur apud MIGNE inter spurias opp. S. Patris tom. IV. Sed altera in Cod. CVII. P. I. Bibl. Coislinianae op. Montfalcon (Parisiis 1715) inscribitur *Basilio ep. Seleuciensi* cum titulo *In Dominicam novam et in S. Thomam.*

II. S. GREGORII EP. NAZIANZENI hom. *In S. Pascha.* Ἀναστάσεως ἡμέρα. *Resurrectionis dies.* Alia eiusdem argumenti: Επὶ τῆς φυλακῆς μου. *Super custodiam meam.* Alia *In Dominicam Novam:* Εγκαίνια τιμᾶσθαι. *Encaenia honorare.* Has tres genuinas orationes sub numeris XLI, XLII, XLIII recognovi in Edit. opp. S. P. curantibus BILLIO cum MORELLIO, Lipsiæ 1690.

III. S. GREGORII EP. NYSSENI homilia *In Christi resurrectionem:* Εἴ τις πατριαρχῶν. *Si quis patriarcharum.* Invenies inter opp. S. Patris apud MIGNE tom. III.

IV. S. AMPHILOCHII EP. ICONIENSIS serm. *In sepulturam et resurrectionem D. N. J. C. incip.* Επιτάφιον ἑορτήν. *Sepulchrale festum.* Editur a MIGNE (Bibl. PP. Graecor. t. XXXIX.). Alia quae tribuitur eidem *Amphilochio*, sed inest in spuriis S. Jo. Chrysostomi apud Migne t. X, *In Martham, Mariam, Lazarum....* incip. Οσοι τῆς δεσποτικῆς ἀναστάσεως. *Quotquot Dominicæ resurrectionis.*

V. S. JOAN. CHRYSOSTOMI hom. *In S. Pascha* incip. Χαίρετε πάντοτε. *Gaudete prorsus.* Datur spuriis a MIGNE inter opp. S. P. tom. II p. II. Hom *In S. Thomam* (seu Dominicam S. Thomae, vel in Albis) incip. Ιδοὺ πάλιν ἑορτή. *Ecce rursus festivitas.* Alia *In S. Thomam.* Τῇ μὲν νόμῳ τῆς ἐκκλησίας. *Ecclesiae quidem lege:* utraque in t.VIII. Hom. in *Ascensionem Domini.* Εὐλογητὸς ὁ θεὸς· εὔκαιρον σήμερον. *Benedictus Deus: hodie congruum.* Item alia *In Ascensionem.* Φαιδρόν μοι τῆς ἐκκλησίας τὸ θέατρον. *Jucundum mihi Ecclesiae spectaculum:* utraque vero in t. III. Alia *In Sepulturam Domini et Resurrectionem* incip. Ιδετε χθὲς τοῦ λη-

ς-οῦ εὐγνωμοσύνην. *Vidistis heri latronis sapientiam.* Editur inter opp. S. P. a Savilio tom. V. Alia *In S. Pascha*, incip. Ιεραὶ μὲν ἤδη φωτός. *Sacra jam lucis.* MIGNE tom. VIII. Item *In Pascha.* Εὐλογητὸς ὁ θεὸς. Εὔκαιρον σήμερον. *Benedictus Deus. Opportunum hodie.* Isthæc una tantum genuina est in editis, tom. III. Alia *In Ascensionem Domini*, incip. Καὶ ὅτε τοῦ σταυροῦ μνεῖαν. *Et quando mentionem Crucis*: t. II. Hom. denique in *S. Paulum ap.* incip. Εἰ καὶ ἀντιβλέπειν ἀσθενέσιν ὀφθαλφοῖς. *Etsi prospicere infirmis oculis.* Ast haec in Cod. inscribitur Chrysostomo, sed neque in Fabricio notatur, neque in editis Montfalconii et Migne reperta mihi est.

VI. S. PROCLI ARCHIEP. CPOLITANI hom. *In S. Pascha*, incip. Νικάτω καὶ λόγων εὕροιαν. *Vincat etiam uberem dicendi copiam.* Alia in idem festum: Λαμπρὰ μὲν ἡ τοῦ πάσχα πανήγυρις. *Praeclara quidem Paschalis solemnitas.* Alia *In S. Paulum ap.* Οὐδεὶς ἀσθενεῖ. *Nemo infirmatur.* Tres homiliae habentur in opp. S. P. apud MIGNE (Patrol. Graeca t. LXV).

VII. S. EULOGII ARCHIEP. ALEXANDRIAE. Ord. *In S. Pascha*, incip. Επ' ὄρος ὑψηλόν. *Super excelsum montem.* Non notatam apud Fabricium, nedum editam a Migne, vel in Biblioth. Photii memoratam inveni.

VIII. Ignoti mihi *Auctoris* postremo tres adfuerunt homiliae, quarum neque titulum arripere potui. Ex iis igitur una incipit: Εὐλογητός ὁ θεὸς. Αὐξήτο μοι σήμερον τῆς ἐκκλησίας ὁ σύλλογος. *Benedictus Deus. Succrescat hodie mihi ecclesiasticus conventus.* Altera incipit: Πλατεῖα τῆς ἑορτῆς κατέ-ηκεν ἡ θάλαττα. *Festivitatis campus constituitur mare.* Tertia demum incipit: Οπόταν τὸ σκυθρωπὸν τοῦ χειμῶνος. *Quum asperum hiemem.*

ANIMADVERSIONES.

Quos superius notavi sermones, neque profecto cunctos, imo paucos deprehendi in Codice integros, neque tamen etiam mihi sunt prorsus hi uni inibi reperiendi; nam, cum tres et viginti tantum cognoverim, nota numeralis MH'. nr. XLVIII, quæ adjacet uni ex istis, testatur alios saltem prope viginti imperspectos latere.

Praeterea lectionis varietates in iis, quos attigi delibavique, perspexi plurimas, ut utilitas magna, si quis in lucem ederet, non modo ex ineditis sed ex hisce vulgatis hauriri posset. Profecto hinc facile conjici oportet, quanto Codex iste plurimis praestaret tum aetate scripturae, tum copia rerum, ita ut, quo jam nunc minus se prodat, uti discerptus, ac male secundo inscriptus, eo magis cum integer universo volumine suo consistebat, antecelleret pretio forte plures, quorum antea mentio facta est.

CODEX QUINQUAGESIMUS SEXTUS

B. α. LVI.

Fragmenta membranacea graeca PALIMPSESTA, quae suis Codd. adhuc adhaerent.

I. In Cod. Δ. γ. V. folium notatum nr. 123, ut nunc est explicatum, exhibet PALIMPSESTA foliola duo minora seu pagellas quatuor, long. m. fere 0, 24, latitud. 0, 16. Character uncialis est, omnino rectus, apertus et bene compositus, qualem nimirum habes in I. Cod. Biblico Biblioth. Coislinianae (Parisiis 1715. p. 3) quem cl. Illustrator dat VI vel cum tardissime VII; verum noster caret etiam accentibus, unde majorem etiam vetustatem conjicere libet. Insunt fragmenta sermonis S. EPHRAEM SYRI *De Virtutibus et vitiis*. Desinit *Proœmium* a verbis: Καὶ διὰ οἰκτρὸν πρᾶγμα. *Et propter actionem pravam*. Pergit in cap. I. et II, cuius deest extrema vox τοιοῦτον. Hinc assurgit scriptura verbis fere initialibus a cap. VI, Μὴ ὢν μακρόθυμος. *Qui longanimis non est*: usque ad ea cap. VII. et pene extrema: Διὸ εὐπαῤῥησιάστως βοήσεται ὁ τοιοῦτος πρὸς (τὸν Κύριον). *Ideoque magna cum fiducia clamat hic ad (Dominum)* Tituli capitulorum minio iam iam fatiscente sunt exarati. Quae vero posteriore manu superscripta fuerit accipe ex eodem Codice.

II. In Cod. A. δ. IV. multa latent PALIMPSESTA, eademque aetatis diversae nimirum PALIMPSESTUM unciale saec. IX vel X, longitud. m. 0, 25, latit. 0, 18, binis columnis exaratum, quod capit, quantum ex dilutis pene titulis conjici potuit, librum cui titulus vulgaris APOPHTEGMATA PATRUM. In Cod. fol. 177 inscribitur. Πρόλογος ἐν ἐπιτομῇ τὴν τῶν γεροντικῶν δύναμιν περιέχων. *Prologus compendiarium continens vim historiarum Patrum*. Incip. Ἐν τῇ δὲ τῇ βίβλῳ. *In hoc libro* etc. Confer Edit. MIGNE (Patrol. graec. t. LXV). Non omnes sententiæ Patrum habentur, sed aliquot, eaedemque in compendium reductae, aliisque donatae titulis. In fol. 51. legitur. Ἐκ τῶν Συγκλητικῆς ἁγίας παρθένου. *E* (sententiis) *Syncleticae virginis sanctae*. Incip. Εἶπεν... *Dixit*.. In fol. 145 praefixo ornatu tituloque rubris inspeximus: Ελεγεν ἀββὰ Δούλας ὁ μαθητὴς τοῦ ἀββὰ Βησσαρίωνος. *Retulit abbas Dulas discipulus abbatis Bessarionis*. Ita etiam in folio 133 legitur rubre scriptum Βίος, sed nihil inde praeterea.

In folio 179 habetur titulus: Τοῦ αὐτοῦ συμβούλιον νοὸς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. *Eiusdem consultatio mentis cum ipsius anima*. Hoc opusculum inest inter opp. B. MARCI MONACHI. Confer etiam Cod. B. α. XIX, fol. 44. At enim cum praefigitur illud τοῦ αὐτοῦ apertum est, alia ex ipso Patre praemissa esse, quae tamen non liquido detegimus. Sed tamen

pag. I et seqq. Codicis apparent parsim voces: Ερώτησις et ἀποκρισις. *Interrogatio* et *responsio*. Numquid ista pertineant ad alium ex ipsius Sermonibus dialogi forma donatis? Itemque fol. 383 inscriptum est Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀρετῶν κεφάλαια ί. *Eiusdem de virtute Capita X.* Quæ cum opus Marci non videantur, cuius tamen sint non video. Verum verba aliquot delibata sonant homelias vel tractatus, praesertim Or. VII, ab. *Isajae*, quos edidit MIGNE (Bibl. graec. tom LX). Pag. 226 habetur titulus ruber qui vix legi potuit nempe: Τὰ περὶ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κατὰ Ιωάννην τὸν... τατι αὐτῶ Ιωάννης καὶ ἐπὶ ποίῳ τόπῳ καὶ ποίᾳ ὥρᾳ. *De evangelio S. Joannis.... et de quo loco et qua hora.* Initialis T rubris chommatibus signata apparet, ac praeterea nihil.

II. Aliud PALIMPSESTUM unciale, sed interceptum etiam foliis Palimpsesti superioris incipiens a folio 303 Codicis, et continenti pagina exaratum exhibet ista.

Fol. 361. B. COSMAE VESTITORIS oratio, sic inscripta: Τοῦ μακαρίου Κοσμᾶ τοῦ Βεστήτορος εἰς τὴν ἐπάνοδον τοῦ λειψάνου τοῦ ἐν ἁγ. πατρὸς ἡμῶν Ιω. τοῦ χρυσοστόμου. *In relationem reliquiarum S. P. N. Joannis Chrysostomi.* In pluribus aliarum Bibliothec. Codd. inest haec oratio (Cfr. *Notitia* Vestitoris praemissa eius sermonibus: MIGNE Bibl. graec. t. CVI) incip. Ηκουσται πάντως ὑμῖν. *Vobis sane auditum est:* at apud nos non inspicitur nisi litera H rubra. Cum Cod. sit saltem saec. X, eo magis firmatur aetas *Vestitoris* qui circa an. 950 floruerit.

Eodem in Palimpsesto passim miniatae alternae voces visuntur, ὁ ἐπίσκοπος et ὁ διάκονος, *Episcopus.., Diaconus,* quae innuunt sermonem dialogisticum inter hasce personas; at reperiri minime potuit.

III. Aliud item PALIMPSESTUM subest Codici, ætatem plus minus saec. X præferens, manum vero calligraphi negligentioris, charactere ligato, minuto, nexibus pleno scribentis. Insunt multa de Or. s. GREGORII NAZIANZENI, quae in edit. Bilii datur XLIII, pluries relata, *In Dominicam Novam:* nec non pauciora de Orat. XLII eiusdem Doct. *In Resurrectionem Christi,* inc. Επὶ τῆς φυλακῆς μου. *Super custodiam meam.*

IV. Postremo aliud non valde absimile, eiusdemque forte aetatis PALIMPSESTUM, charactere magis soluto et minus composito exhibet primo multa ex serm. saepius notato *In S. Pascha* incip. Χριστὸς ἐγερθεὶς ἀ νεκρῶν, qui datur spuriis opp. S. ATHANASII (Migne t. IV.): quaedam de Or. XXXVIII Doctoris NAZIANZENI *In Christi Nativitatem*, quae incip. Χριστὸς γεννᾶται. *Christus nascitur*: demum perpauca de praejacta eiusdem Patris oratione *In Dominicam Novam.*

ANIMADVERSIONES

Quod sane peculiare mireris in Cod. A. δ. IV, praeter palimpsesta vulgaria, ea est, quae in aliquot paginis adhuc conspicitur, impressio adversa alterius Codicis, qui nescio

cur applicitus tradidit illi literas aversas. Hic autem Codex columnaris est, characterem habens uncialem altum sed dextrorsum inflexum. Literae hac illac apparent, sed cum plures languidiores sint, nec verba componi, ideoque nec sensa hauriri possunt.

CODEX QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS

B. α. LVII.

Palimpsestum unciale graecum saec. VIII vel IX, quod subest fragm. XII miscellaneo Codicis B. α. XXIII, constans paginis duodecim charactere optimæ notæ exaratis. Scriptura singulæ pag. patet latitud. m. 0, 10 et altitud. plus m. 0, 17, lineas excipiens 36 vel 37, margines contra variantur.

Insunt autem fragmenta ex homiliis S. P. N. BASILII M. nempe ex hom. I. *De Jejunio* (pagg. 5-6.) incip. (Οὐ γὰρ ἐχώ)νευεν αὐτοὺς τὸ πῦρ. *Neque enim ipsos conflabit ignis*: §. 6. in Editis Montfalconii. Des. Καὶ ἄλλος δὲ ἀ(φορμή). *Et alias vero occasio:* §. 8.

Ex hom. in illud *Attende tibi*, (pag. 7.) incip. (Σκοπιὰν κατειλή)φασιν. *Speculam occuparunt:* §. 8 ad finem usque sermonis.

Ex hom. in illud *Lucæ: Destruam horrea mea et majora ædificabo*, incip. ab initio, Διπλοῦν τὸ εἶδος. *Duplex genus*: usque ad illa: Τί ποιήσω; *Quid faciam?* §§. 1, 2 (pagg. 7-8, 1-2). Tum ab illis: Οὐ μόνον οὐκ ἀπαναρκᾷ. *Non modo non stupet;* usque ad ea: Αλλ' ἵνα τὸ παρὸν διακρούσῃ. *Sed ut præsens submoveas:* §§. 4-6 (pagg. 11-12, 9-10). Titulus autem ita affigitur præmissa cruce † Εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου καὶ κατὰ πλεονεξίας. *In illud dictum secundum Lucam evangelii, et de avaritia.* In margine signatur Η'. (VIII *sermo*): cui *septimus* præcurrebat superior.

CODEX QUINQUAGESIMUS OCTAVUS

B. α. LVIII.

Cod. ms. bombycinus graecus saec. XIII, mutilus initio et fine, incipiens a quaternione VII ac desinens in quatern. XXVI, cuius duo tantum folia restant, compactus proinde foliis omnino 154, longitud. m. 0, 35, latitud. 0, 22. Character nexibus abundat, haud absimilis nostris Codd. Γ. γ. III. et V illius ætatis, necnon specimini III apud Montfalc. (Palæogr. græc. l. IV, c. VIII), orthographicis item regulis servatis, atramento minores, sandaracha grandiores literas exaratus.

Habetur *Catena in psalmos*, sed e mutilato Codice interpretationes non apparent nisi a psalmo XLVI ad ps. LXXI inexpletum. Patrum et Theologorum interpretum nomina ad margines rejiciuntur, qui cum novis chartis ob instaurationem passim cooperti sint, illa nobis quam plurima desunt, nisi forsan calligraphus ipse quædam referre neglexerit.

ANIMADVERSIONES

Inter codicis huiusmodi *Catenam* excipientem notatum lit. A. γ. II. et hunc nuper descriptum plurimum interest. Ille *Psalterium* exscriptum refert, qua re inter *Biblicos* retulimus, hic autem minime, sed tantum expositionem textus. Recentior ille qui ad saec. XIII exiens vel potius ad XIV pertinet, hic vero vetustior ad saeculi XIII primam quoque medietatem; attingit ille demum quod plurimum refert compendiosiores, hic contra fusiores interpretationes habet; ita ut Codex iste opus unice Patristicum habendus sit, eoque pluris quam ille faciendus.

Fol. 96. v. Decem extremis lineis obelo deletis superimponitur monocondylion sandaracha ductum, at explicatu difficile.

CODEX QUINQUAGESIMUS NONUS

B. α. LIX.

Fragmenta Codicum mss. graecorum e suis libris sane vetustis pulchrisque discerpta.

I. Fragm. Cod. græci uncialis saec. IX vel VIII, in folio magno patens latitud. m. 0, 24, longitud. vero olim pl. min. m. 0, 20. Nunc dimidium a medio ad imum superest, duabus columnis, grandi charactere et parum porrecto hinc inde exaratum (Cfr. Palæogr. Montfalc. III, c. 6 specimen II). Frustulum videtur homiliæ cuiusdam, in *Christum passum* vel *surrectum*. Habeto hanc sententiam. Ἵν' οὖν πιστεύσωσιν ὅτι ἠγέρθη ὁρῶσι τὸν τάφον κενὸν τοῦ σώματος, διὰ τοῦτο ἀφῆλε τὸν λίθον, διὰ καὶ σεισμὸς ἐγένετο. *Ut igitur* (mulieres) *crederent eum resurrexisse, vident sepulchrum corpore vacuum, propterea ipse removit lapidem, propterea terrae motus factus est.*

II. Folia duo parum mutilata Cod. bombycini saec. XIII vel XIV, altitud. m. 0, 35. latitud, 0, 23; persimili charactere exarata, quo in Palaeograph. Montfalc. (l. IV, c. 9) exhibetur specimen III. Titulus libri sic ornate inscribitur in fastigio pagellae primae: Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τῶν Στουδίου οἱ ὑποθέσεις τῶν κατηχήσεων τοῦ πρώτου βιβλίου. S. P. N. THEODORI STUDITÆ *argumenta catechesium libri primi*. Incipit: Πατέρες μου καὶ ἀδελφοὶ διὰ τοῦτο εἰσήγαγεν ἡμᾶς ὁ θεὸς εἰς τὸν κόσμον. *Patres, fratresque mei idcirco nos Deus introduxit in mundum*. Fortasse hic sermo praefigebatur perinde procœmium libro catechesium, nam deest argumentum.

Harum porro duo genera habentur; alia quidem catechesis *parva* appellata, quam latine interpretatus est cl. Lavinaeius, ediditque rursus

Migne (Patr. graec. tom. XCIX); alia vero catechesis *magna* nuncupata, eo quod fusiori calamo, uberius conficta fuit, constans, uti creditur, tribus libris, sermonibus vero CCXVII, quorum unius frustum habes in altero folio mutilato huius fragmenti. Sed catechesis *magna* latet adhuc in Bibliothecis (cfr. Fabric. *Bibl. græc.* edit. Harles, tom. X, pag. 434).

III. Folia duo membran. cuius alterum cultro dissectum, long. metri 0, 22, latitud. 0, 15, exarata charactere composito ac ligato, cui multi vacant accentus. Excipitur frustum sermonis, qui habetur inter spuria opp. s. JOAN. CHRYSOSTOMI (Migne t. II, p. II, col. 807) incip. Οὐ μόνον φορεῖ σάρκα ὁ κύριος. *Non modo carne se vestit Dominus.* Fronto Ducaeus latinus interpres hunc inscribit *In occursum Domini*, (loc. cit.), Fabricius autem citat (Catal. Vit. SS. Edit. Harl. tom. X, p. 140) *In Circumcisionem et occursum*, adaequans cum titulo argumentum. Apud nos incipit a verbis parum post initium: Ἐκδεχόμενος τὴν αὔξησιν τοῦ ὀργάνου. *Exspectans augmentum instrumenti.* Desinit: Ἀλλὰ πληρῶσαι μετὰ Ἰουδαίων· ἐπληρώθησαν. *Sed* (volens legem) *implere secundum Judæos: impleti sunt.* Lectiones varietatis habentur in Editis, (μετὰ Ἰουδαίων) περιετμήθη· φησὶν οὖν ὁ εὐαγγελιστής· (ἐπληρώθησαν), *cum Judæis circumcisus est. Dicit enim evangelista: Impleti sunt etc.*

SERIES TERTIA

CODICES HISTORICI SACRI

CODEX PRIMUS

B. β. I.

Cod. ms. membran. graec. saec. X, constans foliis 71, longitud. m. fere 0, 25, latitud. 0, 18, duplici columna, charactere denso et ligato diligentissime exaratus a S. NILO ABBATE et conditore Monasterii Cryptoferratensis, qui exaravit Codd. in superiori serie notatos B. α. XIX et XX.

Excipit Codex *Historiam Lausiacam* PALLADII GALATÆ *ep. Helenop.* quae brevi sermone, uti plerumque, complectitur notitias vel facta sanctorum virorum atque etiam fœminarum, ex quo dignosci oportet (conf. Socratis histor. l. 4, c. 18;) *Lausiacam* Palladii a *Paradiso* Heraclidis ep. quocum sæpe apud exemplaria Graeca, uti etiam istud b. Nili, confundi contigit, eo quod Heraclides multa ex Palladio mutuatus esse narratur.

Fol. 1. Βιβλίον τοῦ βίου τῶν ἁγίων πατέρων τοῦ Χριστοῦ τοῦ λεγομένου Λαυσιακοῦ. *Liber SS. in Christo Patrum historiæ, quæ dicitur Lausiaca.* Procœmium hinc progreditur incipiens: Εν ταύτῃ τῇ βίβλῳ ἀναγέγραπται ἐνάρετος ἄσκησις. *In hoc libro scripta est præclara virtutis exercitatio.*

Fol. 2. Αντίγραφον ἐπιστολῆς γραφείσης Λαύσῳ πραιποσίτῳ παρὰ Ηρακλίδους ἐπισκόπου Καππαδοκίας. *Exemplum epistolæ scriptæ Lauso præposito ab Heraclide episcopo Cappadociæ.* Vide quod initio monuimus. Incipit autem: Μακαρίζω σου τὴν προαίρεσιν. *Beatum prædico consilium tuum.* Continuo autem huic Epist. connectit Nilus aliam epistolam, quæ in Editis Migne (Tom. XXXIV p. 1001-1002) exponitur incipiens: Πολλῶν πολλὰ καὶ ποικίλα. *Multorum multa et varia.* Ideoque in Cod. e duabus epp.' altera quidem Heraclidis, altera vero Palladii una tantum conficitur, eademque a priore dumtaxat conscripta.

Fol. 4. Incipit historia, quemadmodum in Editis, a *Vita Isidori presbyteri et xenodochii*. Nilus autem titulos perpetuo ad margines rejicit. Indicem porro *Vitarum* habes in Cod. z. δ. XXIII, quae supputantur nr. centum quinquaginta et una, quae postrema ita explicit: Ἐὰν πεσὼν προσκυνήσεις με. *Si cadens adoraveris me*, paullo ocius quam quae existat in Editione.

ANIMADVERSIONES

Ad calcem pagellæ primæ uncialiter scribitur manu ipsius scriptoris quaedam epigraphe quam ita explicamus: Τοῦ ἐν μακαρίων τῇ μνήμῃ τοῦ ἁγίου Νικηφόρου τοῦ γυμνεῦ· τετράδες λβ'. *S. Nicephori Gymni b. memoriae, quaterniones XXXII.* Quid sibi hisce verbis velit b. Nilus, nemo arbitror, facile sibi confinget, cum enim multa dici possint, in re sane obscura nihil ideo certo adstrui. Retulisse tamen forte juvabit, si quis inde aliquid novi afferat.

Explicit liber universus hac nota metrica:

Τῷ συντελεστῇ τῶν ἀρχομένων ἔργων
Λόγων τε καὶ πράξεων τῶν θεοφίλων
Χριστῷ τῷ θεῷ τιμὴ καὶ κράτος.

Perfectori incœptorum operum,
Sermonumq. et actionum, quæ Deo placent
Christo Deo gloria, honor et virtus.

CODEX SECUNDUS

B. β. II.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis scriptis 181, longitud. metri 0, 18, latitud. 0, 12, bono charactere exaratus.

Vitam complectitur *S. Patris N. Nili* et Officium in eius festum ad d. XXVI Septembris. Quod auctor illius historiae extiterit B. BARPTOLOMAEUS, testimonium luculentissimum ex traditione, praeter alia multa, Calligraphus aut quivis alius huic coaevus praebent effigiem S. Barptolomæi praefixam initio narrationis.

Praecurrunt etiam Vitae illi folia decem, quae excipiunt sacros modulos et preces in S. Nilum, quaedam etiam instructa ad cantum notis musicis.

Historiae titulus ad fol. 12 haec praefert: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νείλου τοῦ νέου. Πάτερ εὐλόγησον. *Vita et conversatio S. P. N. Nili Junioris. Benedic pater.* Junior autem denominatur Nilus Rossanensis, ut distinguatur a seniore Nilo Synaita et philosopho, qui magistro usus est S. Joanne Chrysostomo. Incipit autem Vita: Η χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ χριστοῦ. *Gratia Domini Nostri Jesu Christi.*

Tres latinas interpretationes hactenus reperimus a cl. viris elaboratas, nempe primam Federici Metii ep. Thermularum, e cuius translatione excerpta quaedam suis inseruit annalibus Em. Baronius, sed illa exstat adhuc inedita in Bibliotheca Vallicelliana; alteram Card. Sirleti, quam edidit Edmund. Martene in Collectione Veterum scripto-

rum, Parisiis 1728 t. VI pag. 889; tertiam Jo. Matthaei Caryophili, quam ipse textu graeco instructam typis mandavit Romae 1624, unde in Bollandianum opus de Actis Sanctorum, sub die XXVI Septembris, postea transivit.

Fol. 126. Absoluta historia, Calligraphus pro coronide Officia in eiusdem honorem contexta subnectit, congerens quotquot hymnos compegerint tum S. Barptolomaeus abbas saec. XI, tum non multo post annos Sophronius hieromonachus noster: et finem imponit cum synaxario seu vitae Sancti compendio, in divinis officiis legendo.

Fol. 177. Hisce hymnodiis appinxit manu sua, suoque ingenio concinnata σύντομα seu breviores cantus Macarius monachus Rheginus, qui summo saeculo XIII floruit.

Extremis denique foliis quaedam cantica alii apposuerunt, notis etiam musicis interpositis, saec. XIV et XV. Cum enim omnes Patris sui laudationum volumen in deliciis haberent, honoris et sacrae voluptatis studium etiam aliquid inscribendi cupidi aemulabantur.

ANIMADVERSIONES

Ex Caryophili editione, quae ex hoc ipso Codice adornata est, patet aliquid huic deesse, nimirum, inquam, post fol. 24. Duo fortasse folia desiderantur, abrepta non ante annum 1566, quo anno Franciscus Osyropulus apographon Codicis sibi exscripsit Romae, quod in praesens exstat in Bibl. Vaticana sub num. 1205, et integrum est, uti etiam Sirleti latina interpretatio ex eodem apographo educta.

Ad Codicis nostri etiam genuitatem animadverti oportet, quod, ut supra dixi, historia inde mox post titulum incipit: Η χάρις.. Ea proinde verba quae latine nunc referuntur in Edit. Sirletana. « *Quum maxime deceat a Deo incipere et in Deum desinere, merito et nobis inde initium sumendum est,* » cum graece desint nostro primigenio Codici, non secus atque spuria rejicienda sunt.

Ex hac interpolandi licentia, quin etiam e variationibus quas saepe saepius scribae sibi indulgent, iampridem Toscanius noster coeperat conferre textum editum Caryophili cum Codice. Quod eo magis curandum esset inter hunc ipsum Codicem et apographum Vaticanum, si forte huiusmodi operis editio esset adornanda.

Quod vero ad Hymnum attinet, quem Sirletus adpinxerat suae versioni, eruditos docuerim, illum erutum esse, ad conceptum verborum Odae IX *Canonis* quem lucubraverat S. Barptolomæus in festum b. Patris, libera latinitate, et supplico metro donatum.

Pagella exstrema libri signata num. 181 habet breviusculum carmen ex Officio b. Patris cum notis musicis, inter cuius medias lineas exscriptum est a scriba nomen suum. *Io Frate Petro Dazi* 1532. Hinc docemur ad illam quoque aetatem monachos nostros consuevisse etiam in choro uti codicibus membranaceis, cantusque moderari ad signa græcanicae musices, quae utraque obsoluerunt tum cum desin. saec. XVI, vel XVII ineunte editiones graecæ Venetiarum adhiberi cœptæ sunt, qui mos obtinuit usque ad saec. XVIII, quo plures patres, praesertim saec. desinente, auctore ab. Nicolao Olivieri (cfr. nostra Prolegomena), ad novos libros chorales voluminibus bombycinis exscribendos diligentes manus apposuerunt, quem usum adhuc ætate nostra arcte tenent.

Vetustius postremo ibique mnemosynon, quod tamen prae corrosione paginæ perlegi male potuit, docet anno 1489.. inter monachos fuisse cooptatos quemdam Jo. Baptistam cum quodam Joanne de Carcia.

CODEX TERTIUS

B. β. III.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis 194, longitud. metri 0, 20, latitud. 0, 14, rubris pellibus bene ligatus, membranis bonis compactus, nitido charactere exscriptus, ornatus capitalibus literis affabre illa aetate ductis, ac rubro flavoque colore pictis.

Continet sacra Officia in honorem s. BARPTOLOMAEI IV abbatis et conditoris Monasterii, præsertim Ecclesiae, Cryptoferratensis.

Fol. 1. Frons latine praebet *Vita P. Bartholomœi:* et mox jambos graecos aliquot recentiori manu, suffectos aliis totidem olim exstantibus.

Πατρὸς μεγάλου βαρθολομαίου πέλει
Βίβλος περιέχουσα τάξιν καὶ βίον,
Εργον Παγκρατίου δὲ τοῦ πραιποσίτου·
Μήταις ἱρῶν πάντων γε σώζοις οὕς λογε.

Liber est complectens officium et Vitam magni patris Barptolomœi, opus Pancratii huius Præpositi, qui salvi fac sint, o Verbe, precibus omnium sanctorum. Ista epigraphe etiam in fine Cod. habetur, sed notandum *μήταις* forte pro *λιταῖς* irrepsisse.

Fol. eod. v. Versus grandioribus literis exarati sunt ab ipso Codicis scriptore.

Μνήσθητι χρις-ὲ, παρθάνανδρε κυρία,
Βαρθολομαῖε χρις-οπαμφιλτον κλέος,
Πολλῷ πόθῳ ταύτην γε τοῦ κτησαμένου,
Τῆς Κρυπτοφέρρης πραιπόστου Παγκρατίου,
Εκκλησιάρχου δόμνο Βλασίου ἑροζύγου,
Αντωνίου γέροντος ἱρομονάχου καὶ τῶν πολιτῶν.

Memento Christe, virgo viro expers Domina, Barptolomœ, jubar Christo longe charissimum, eius qui pientissime librum hunc compegit, Pancratii præpositi Cryptoferratæ, Domni Blasii ecclesiarchæ jugum sacrum portantis, Antonii senis hieromonachi et civium.

Fol. 3. Plures hîc jambi græci habentur, quibus calligraphus declarat se tribuisse opus Pancratio praeposito, cuius hortatu et expensis volumen confecerat.

Fol. eod. v. Ακολουθία εἰς τὸν ὅσιον πατέρα ἡμῶν βαρθολομαῖον Κρυπτοφέρρης. *Officium in S. P. N. Barptolomœum Cryptœferratæ.* Hinc incipiunt hymni ecclesiastici in Vesperis, Matutino, Laudibus et Missa canendi.

Fol. 19. v. *Canon* Hymnus in Deiparam et Barptolomœum cum acrostich. Δόξα· θεοτόκε ὁ κόσμος εἰς σὲ ἐλπίζει· κἀγὼ δ' αἱ χάρις. *Gloria: Deipara, mundus sperat in te: ego etiam: Gratiæ.* Incip. Δεῦτε πιστοὶ· ἄσωμεν ὕμνους. *Eja agite, fideles, cantemus hymnos.*

Fol. 33. Alter in S. Barptolomaeum, acrostichidem praeseferens: Βαρθολομαίῳ πατρὶ τῷ πανολβίῳ Φέῤῥης κρυφίας Ἰωάννης Ρουσίων ᾄδω. *Barptolomaeo, patri beatissimo Cryptaeferratae Joannes Rossanensis canto.* Incipit post hirmum: Βάθος ὢν τῆς σοφίας. *Cum sis profunditas sapientiæ.*

Fol. 49. v. Tertius in Eumdem hymnus acrostichus: Τὸν θειομαρτύρητον ἀσκητὴν μέγαν, Βαρθολομαῖον αἰνέειν κῦδος μέγα. *Dei confessorem, ascetam magnum Barptolomæum laudare decus magnum*: Τὸν ἄῤῥητον τόκον σου χάριν παρθένε. *Ineffabilem partum tuum, gratiam, o Virgo.*

Fol. 35. v. Quartus hymnus in Eumdem sine acrostichide incipit: Νέμοις χάριν, δέσποτα χριστέ. *Gratiam largitor, Christe domine.*

Fol. 81. In Eumdem *syntoma* seu breviores moduli, nec non *Macarismi*, aliud modulaminis genus, quorum quaedam, dilapsis forte membranis, ab eodem auctore suffecta sunt in foliis papyraceis.

Fol. 86. Versus jambi, qui procœmium dantur mox sequenti narrationi. Incipiunt: Τίς οὐκ ἐκπλαγῇ τὸν βίον σου παμμάκαρ; *Quis non obstupescit in vitam tuam o beatissime?*

Fol. 87. Λόγος σμικρότατος εἰς Βαρθολομαῖον τὸν μέγαν ἐν ἀσκηταῖς. Εὐλογ. πάτερ. *Sermo perbrevis in Barptolomœum inter ascetas magnum.* Incip. Θαυμαστὸς, φησὶν ὁ ἐν προφήταις θεοπάτωρ καὶ βασιλεύς. *Mirabilis, ait qui inter prophetas divinus pater est atque rex.* Hanc orationem non ita sane parvam latina interpretatione donavit Petrus Vassallius noster, de qua alias sermo nobis erit habendus. Nos frustulum tantum latine decerpsimus pro nostro vulgato opere in S. *Joachimum* Deiparae patrem, ante nos vero in Hymnologiam de *Conceptione Deiparae* Theodorus Toscani et Josephus Cozza quaedam inseruerunt.

Fol. 138. Venit vitae eiusdem Barptolomæi compendium (Συναξάριον) opus forte ipsius calligraphi, quod perlegi solet adhuc ad Completorium in pervigilio festivitatis eiusdem, cui hic titulus praefigitur: Μηνὶ τῷ αὐτῷ ια'· Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βαρθολομαίου τοῦ νέου. *Eodem mense* (Novembre) *die XI, S. P. N. Barptolomæi junioris.* Incipit autem: Μνήμην φαεινήν. *Conspicuam memoriam.*

Fol. 142. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βαρθολομαίου τοῦ νέου τῆς Κρυπτοφερράτης. Κύριε εὐλόγησον. *Vita et conversatio S. P. N. Barptolomæi junioris Cryptoferratensis. Domine benedic.* Incip. Οὐδὲν οὕτω διεγείρειν οἶδε πρὸς μίμησιν. *Nihil est quod magis ad imitationem excitare soleat.* Apud nos vulgo habetur auctor hujus historiae b. Lucas abbas qui floruit eadem qua Barptolomaeus aetate, saec. nimirum XI. Latinam fecere Petrus Possinus, qui una cum graeco textu vulgavit, tum Cardin. Sirletus, qua deinde usi sunt pp. Maurini in Collect. Veter. Monumentor. t. VI. an. 1728. Eodem anno Barptolomaei Vitam, vulgari sermone translatam, Jacobus Sciommarius noster edidit notis et animadversionibus, praesertim historicis, illustratam Romæ 1728.

Fol. 170. Sequitur aliud Officium in honorem eiusdem Abbatis, illud porro quod Lucas eius vitae auctor modulis concinnavit, quodque monachis maiori usui fuit, ut ipsae testantur membranae.

Porro hymnus habet acrostichidem: Δέχου, μέγιϛε βαρθολομαῖε, ὕμνον παρ' εὐτελοῦϛ Λουκᾶ. *Accipe, maxime Barptolomæe, hymnum ab inutili Luca.* Incipit: Δόξηϛ ἀῤῥήτου. *Gloriæ ineffabilis.* Verum Oda decurrenti mutatur εὐτελοῦϛ pro ἀχρίου.

Fol. 179. v. Alter hymnus ad Completorium ferens acrostichidem: Ταῖϛ σαῖϛ με λιταῖϛ, Βαρθολομαῖε, σκέπε. *Precibus me tuis, Barptolomæ, protege.* Incipit: Τὴν σὴν πρὸ πάντων βοήθειαν. *Tuam* (o Trinitas) *opem supremam.*

Fol. 186. v. Adiiciuntur quaedam indicationes. Summo fastigio pag. inscribitur. Τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τὸν μέτωπον τῆϛ βίβλου τῆσδε. *Epigramma quod inest in fronte huius libri*: illud jambicum quod initio omnium retulimus. Relicto spatio subnectitur mnemosynon aliud quo plures monachi calligrapho coœvi memorantur.

Fol. 187. Habentur alii versus (ϛιχηρὰ) in sacris Officiis modulandi, quidam vero signis musices instructi et super scripturam uncialem impositi.

Fol. 191. Aliud mnemosynon de translatione reliquiarum S. Barptolomaei, incipiens: Προσδοκοῦμεν τῇ τοῦ θεοῦ εὐδοκίᾳ. *Expectamus Dei beneplacito.* Huius pars magna edita fuit ab ipso Sciommario p. 218.

Fol. 193. Grandioribus exarata literis epigraphe est calligraphi versibus iambicis.

Ιωάννηϛ ἔγραψεν ὢν ἐκ Ρουσίων,
Πόλιϛ τεκοῦσα τοὺϛ φαεινοὺϛ ἀϛέραϛ
Νείλωνα, τὸν ἔντιμον Βαρθολομαῖον
Ωνπερ προσευχαῖϛ σῶζε κόσμον, παρθένε.

Scripsit Joannes qui erat e Rossano civitate quae peperit fulgentes stellas Nilum et venerabilem Barptolomaeum, quorum precibus, Virgo, salvum fac mundum.

Post inde alios subnexos jambos inscribitur ligato charactere: Ἐγράφη ϛψλή ἔτει. *Scriptum est anno 6738*, qui respondet anno a Christi nativitate 1230.

ANIMADVERSIONES

Ex ea quam retulimus epigraphe patet scriptorem Codicis extitisse Jo. ROSSANENSEM hieromon. Monasterii nostri. Quod autem ipse tribuisse videatur opus Pancratio præposito, id fecisse tantum arguendus est honoris caussa, eo quod sibi auctor fuerat, ut Codicem exararet.

At enim dubitatum est, utrum Panegyricus sermo in b. Patrem sit Pancratii opus necne. Sciommarius (op. cit. pag. 49) huic tribuit, eique dat etiam quosdam hymnos: at id non optimo jure. Primo quidem, universe dicam, in superiore narratione, fol. 191, Joannes ipse aperte, quin tamen se prodat,

ostendit quiquid libro inest, sin minus ea quae vetustiora profecto erant, a se fuisse hortatu Pancratii composita. Ait enim: *Piissimus frater noster.. Pancratius, qui et præpositus, motus ut augeret adorationem et honorem Reliquiarum S. Barptolomæi, multos habuit secum una sentientes. Quapropter indignatus, quod parvum Officium haberemus, censuit maius fieri Officium et agi cum Octava festivitatem eius, ut qui fuerat Conditor magnus. Et cum* (Pancratius nempe et sui unanimes) *reperissent qui Dei misericordia et gratia id posset, eumdem invenimus ad id paratum. Qui non sibi confidens sed Deo, Immaculatæ Dominæ nec non sanctissimo Patri* (Barptolomaeo) *motus eorum hortatu, suscipiensque preces composuit* Canones *quatuor, et Cathismata, Condacia, Stichera et reliqua una cum lectione.* Deinde pergit auctor Joannes ad narrandam sollemnitatem translationis. Jam vero, si præter opus Lucæ abb. in Barptolomaeum, nempe Vitam, quam diximus, et Canonem unum, aliquid confecisset Pancratius, numquid vir ei summopere addictus, cui librum propemodum etiam inscripserat, siluisset? Quapropter mihi profecto haec universa, exceptis Lucæ elucubrationibus, quæ ipso in Codice junctim, et quidem (ut aliquis e nostris autumabat) antequam cetera præcurrentia conscriberentur, exscriptæ conspiciuntur, hæc, inquam, universa ingenio eiusdem calligraphi tribuenda esse videntur. Deinde quod orationem illam propius respiciat, ex eadem a Rossanensi monacho contexta fuisse inde aperte colligitur quod, si quid aliunde ipse mutuetur, in margine lectorem monet id non esse opus calligraphi: ergo cetera eiusdem opus dicenda sunt. Postremo in jambicis (fol. 1. v) patet libri auctorem alium esse a Pancratio.

CODEX QUARTUS

B. β. IV.

Cod. ms. membran. graecus circiter saec. XIV, spissus foliis 137, longitud. metri 0, 15, latitud. 0, 13, quorum si hoc vel illud excipias, sunt palimpsesta omnia ex Cod. Menaeo saec. fortasse XI. Membranae rudes, rudiori exaratae charactere, ex quibus quae extremæ compinguntur, foedatae magis quam exscriptae videantur, codex mutilus paucis tantum in fine est, aliisque mediis nonnullis. Quam multa de s. NICOLAO episcopo Myrensi complectitur volumen ex duobus saltem infarctum libellis, at una eademque manu, si quaedam excipias, cunctis exaratis. Inde autem quanti Codex, specie quidem inelegans, faciendus sit percipies.

Fol. 1. Μηνὶ Δεκεμβρίῳ ς' τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν Νικολάου. *Mensis Decembris die VI S. P. N. Nicolai.* Incipit inde vespertina precatio multis variisque instructa modulis, aliquot etiam musice signatis, quos excipiunt Μακαρισμοὶ, *Beatitudines*, cantus quidam in Missis modulandi.

Fol. 13 v. Ο Κανὼν ἦχ. α'. ἔχων ἐν τοῖς θεοτο κίοις Βασιλείου. *Canon* seu hymnus *ton. I, habens in Theotociis* acrostichidem *Basilii*, seu nomen hymnographi. Incipit: Τὸν ποιμένα χριστόν. *Pastorem Christum.* Deest in editione Veneta an. 1581.

Fol. 28. v. Κανὼν τοῦ ἁγ. Νικολάου ποίημα Γεωργίου μοναχοῦ ἦχ. πλ. β'. *Canon S. Nicolai, opus Georgii monachi ton. II inflexi.* Acrostichis est verbum Γεωργίου, tributis literis per singulas Odas. Deest in Editis.

Fol. 34 v. Ετερος κανὼν τοῦ ἁγ. Νικολάου φέρων ἀκροστιχίδα· Τὸν θερμὸν ὑμνῶ προστάτην Νικόλαον. ἦχ. πλ. α'. Ιωσήφ. *Alius Canon S. Nicolai, ferens acrostichidem: Celebro fervidum patronum Nicolaum. Ton. I. inflexi. Josephi;* scilicet opus S. Josephi hymnographi. Incipit. Ταῖς ἱεραῖς ὡς ἱερέως, Νικόλαε. *Sacris ut sacerdotis, Nicolae.* Est ineditus in Venetis Menaeis.

Fol. 41. v. Βίος καὶ πολιτεία καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικολάου ἐπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας. *Vita et conversatio et compendiosa narratio miraculorum S. P. N. Nicolai episcopi Myrensis in Lycia.* Incip. Σοφόν τι χρῆμα ζωγράφων χείρ. *Est aliquid sapientis manus pictorum.* Ab Allatio adiudicatur Metaphrasti, inque eius opp. editur graece et latine a Migne (Patrol. graec. tom. CXVI): graeca vero tantum exstat in Menaeis, latine tantum in Surio die VI Decembris. Hæc narratio habetur etiam in Cod. B. β. X.

Fol. 91 v. Διήγησις καὶ θάυματα τοῦ μεγάλου ἐν ἀρχιερεῦσιν θεοῦ, καὶ θαυματουργίαις περιωνύμου Νικολάου ἀρχιεπισκόπου γενομένου Μύρων τῆς Λυκιῶν ἐπαρχίας. *Narratio* (sic) *et miracula magni inter Pontifices Dei, et cui nomen a miraculis, Nicolai archiepiscopi Myrensis in provincia Lyciensi.* Incip. Μεγίστων καθ' ἑκάστην ἀπολαύοντες. *Maximis quotidie fruentes.* Est, uti videtur, adhuc inedita, in quodam Cod. quem refert Harles in Fabric. (Bibl. graec. t. X, p. 299. nn).

Fol. 111. Fragmentum *Canonis* seu hymni in translationem reliquiarum S. Nicolai, op. Basilii *Cappadocis*, qui compegit etiam superiorem, uti constat ex acrostichide in Theotociis. Inc. parum ante finem Odae VI. Septima vero incipit: Κῦδος ὑπάρχεις. *Honor existis.*

Fol. 118. Κανὼν φέρων ἀκροστιχίδα τήνδε. Θαύματα τὰ σοῦ τὰ νέα, πάτερ, σέβω. Στεφάνου· *Canon ferens hanc acrostichidem. Veneror tua recentiora miracula, pater. Stephani* opus. Incipit: Τῇ τρισηλίῳ Τριάδι. *Trisoli Triadi.* Deest in Menaeis edit. an. 1587.

Fol. 123. Καγὼν ἕτερος εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Νικόλαον. φερ. ἀκροστιχ. Στέφω σε, Νικόλαε, τοῖς ἐφυμνίοις. *Canon alter in S. P. N. Nicolaum, præferens acrostichidem: Corono te, Nicolae, hymnis.* Inc. Σήμερον ὁ λύχνος. *Hodie luminare.* Est incerti auctoris, neque apparet in Venetis Menaeis.

Fol. 129. v. Λόγος εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τῶν λειψάνων τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Νικολάου. *Sermo in translationem Reliquiarum sancti et inclyti P. N. et thaumaturgi Nicolai.* Incip. Τοῦ εὐσεβοῦς Αλεξίου βασιλεύοντος. *Regnante piissimo Alexio,* scilicet Comneno, qui regnavit ab an. 1081 ad an. 1118. Porro translatio, ut e variis Chronicis constat, facta est an. 1087 vel 1088. In editis non reperi; quam vero latinam edidit Surius d. IX Maii, longe aliam esse cognovi.

Fol. 154. v. Μηνὶ Αὐγούστῳ β'. Η ἀνακομιδὴ τοῦ ἁγίου Στεφάνου.

Mense Augusto die II. Translatio S. Stephani. Cantus isti alia manu exarantur.

Fol. 157. Μακαρισμοὶ εἰς τὸν ἅγιον Νικόλαον. *Macarismi*, modulorum genus, *in S. Nicolaum.* At hi alii plane sunt a citatis in fol. 1, et priori manu apparent exscripti.

CODEX QUINTUS

B. β. V.

Cod. ms. membran. græcus saec. X vel IX, excipiens folia scripta 160, longitud. metri 0, 20, latitud. 0, 15, bene adservatus. Calligraphus, ignotus adhuc, bono utitur charactere sed ligato, nec grandioribus literis praeter quam quod aliquo in titulo; horum autem primus, praefixo ornatu, is est.

Βίος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Παγκρατίου ἀρχιπροέδρου τῆς Ταυρομενήτων πόλεως, συγγραφεὶς ὑπὸ Εὐαγρείου τοῦ αὐτοῦ μαθητοῦ καὶ οἰκέτου· Κύριε εὐλόγησον. *Vita S. P. N. Pancratii archiepiscopi Tauromeniorum civitatis, conscripta ab Evagrio eius discipulo et domestico. Domine benedic.* Incip. Ἐγένετο μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. *Factum est, postquam est assumptus D. N. J. C.*

Cum Codex ad eam appendat aetatem, parum est ut memoriae revocem, huius historiae mentionem fieri a Theophane vulgo Cerameo et commendari. Quod nostra refert, iampridem, inquam, eruditi viri nullam illi fidem habent, et commentum, esto quidem vetustissimum, merito iudicant, confictum sub nomine Pseudo-evagrii eius discipuli. Quidquid sit, græce edidit Lambecius, latine vero vertit Sirmondus, sed non vulgavit (Fabric. edit. Harl. t. X, p. 303).

Fol. 145. Περὶ τῆς τελειώσεως τοῦ ἁγίου. *De obitu Sancti.* Haec est una pars vitae, quæ proprio titulo gaudeat, cum reliquae nullo prorsus donentur. Incipit: Ὁ οὖν μακάριος Παγκράτιος. *Beatus igitur Pancratius.*

Fol. 156. Praebetur epigraphe sepulchralis hoccine versu: Μάρτυς μέλης παγκράτιος ζήσας. *Pancratius axillæ martyr qui vivit.* Hoc epitaphium præmonet ibidem scriptor, intelligi posse ab iis praesertim qui eius vitae periodum norint universae.

Fol. 159. v. Appingitur adnumeratio templorum, quae precibus S. Martyris olim corruerant. Adiectionem hanc pro coronide negligens calligraphus exaravit.

Eiusdemque ad pagellae calcem subnectitur a calligrapho haec inscriptio:

Παγκρατίου πέφυκε τοῦ θείου βίος.
Εὐάγριος συγγραφεὺς ὑπάρχει μόνος.
Εὔχεσθε κἀμοὶ τοῦ γράψαντος ἐκ πόθου.

Vita est D. Pancratii, Evagrius qui conscripsit, monachus est. Orate etiam pro me qui hæc amore exscripsi. — Ibidem notandum quod dictioni κἀμοὶ subest rasura vocis οὖν.

CODEX SEXTUS

B. β. VI.

Pagellae membran. ms. graecae saec. XIV, undecim prorsus, longitud. m. 0, 15, latitud. 0, 11, non bene exaratae.

Insunt Acta *SS. Martyrum Sebastenorum*, initio et medio parum deficientia; inde enim apparent: ἀλλ' ὅς τις..... οὗτος σωθήσεται. *Sed qui* (perseveraverit usque in finem) *hic salvus erit.* Contuli equidem cum versione latina, quam dant Bollandiani PP. ad d. X Martii. Incip: *In tempore igitur Licinii regis.* In qua praeter alia secedit ab latino textus graecus, quod in fine narrationis non recenseat nomina Martyrum. Porro hic textus videtur idem qui citatur apud Fabricium (Edit. Harl. tom. X, p. 289): Κατὰ τοὺς καιροὺς Λικινίου. *Licinii temporibus:* opus incerti auctoris.

Fol. 9. *Canon* seu hymnus in honorem S. *Panteleemonis M.* ferens acrostichidem: Παντελεήμονα τὸν πανάριστον μάρτυρα μέλπω. *Panteleemonem praestantissimum martyrem celebro.* Incipit: Προσελθὼν προθύμως τῷ χριστῷ. *Ad Christum prompto animo accedens.* Datur in *Ven. Maeneis edit.* 1879 sub d. 27 Julii, et tribuitur Theophani.

CODEX SEPTIMUS

B. β. VII.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIV, constans foliis 130, longitud. metri 0, 18, latitud. 0, 14, mutilus initio, usu valde fuscus et ad oras attritus. Nitido et spatioso charactere scriptus, cuius grandiores literae et rubricæ cunctæ primum inscribi minio cœptæ sunt, deinde sandaracha pergunt.

Plura continet, quae vide sis etiam sub Cod. sign. E. γ. I. Ad rem nunc observari oportet id unum quod facit in hanc seriem: nimirum:

Fol. 108. *Vita Deiparæ,* conscripta ab EPIPHANIO, monacho Hagiopolita seu Jerosolomitano, edita etiam in Bibl. Patrum Græcorum apud Migne, nec non apud Dresselium (*Edita et inedita* Epiphanii, Parisiis et Lipsiæ 1843).

Lectionis methodo inchoatur a procœmio hisce verbis: Πρόλογος περὶ τοῦ βίου τῆς κυρίως καὶ ἀληθῶς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Εὐλόγησον πάτερ. Πολλοὶ μὲν κατὰ διαφόρους χρόνους. *Prologus de vita divine et vere Deiparæ ac semper virginis Mariae. Benedicito pater. Multi quidem per diversa tempora.*

ANIMADVERSIONES

Hæc narratio exscripta est magna ex parte super abrasa Bulla Martini V ad Michaëlem Palæologum datam an. 1281.

Neque erit abs re adnotare, quod inde ego aliquid excerpsi in usum, quo recensentur Majores Deiparae, et inserui in illud opus, quod paucos ante annos lucubravi sub titulo: « *Le glorie di S. Gioacchino padre di Maria Vergine, secondo i Padri di Oriente.* » Cfr. Append. I, pag. VII et seqq. et contuli cum Cod. Dresselliano, quo sane Cod. hunc præstantiorem lectione esse perspexi.

CODEX OCTAVUS

B. β. VIII.

Codex ms. membran. graecus saeculi XIV, foliis constans 46, longitud. metri prope 0, 13, latitud. 0, 9, mutilus principio et fine. In attritis et multis etiam primum scriptis membranis exaratus est charactere vulgari, minio grandiores literas suffusus, pictisque signis textui interpositis auctus.

Complectitur historiam S. martyris *Marinae Virginis* cum Officio in eius festum diem, nec non alia plura, quae syllabus modo digeret.

Fol. 1. S. Marinæ Acta apparent ab illis verbis: Γινωσκέτωσαν οἱ θεοί. *Agnoscant dii:* quae virgo contra iudicem effudisse narratur. Verum ad finem properans narratio subito caret pagellis abruptis. Cuinam e tribus graecis exemplaribus, quae Janningus (Acta Sanctor. Julii d. 20) prodit, hoc nostrum pertineat, non video, nam in hoc uno eadem aeque narrantur de Marinae cum dracone colluctationibus, quae una simul in primo et altero graeco exemplari exponuntur.

Fol. 15. S. Marinae Officium in Vesperas, ad partem illam quam Graeci nomine designant εἰς τοὺς Στίχους, nempe ad eos *modulos,* quibus versiculi e Psalterio intercedunt.

Pergitur inde ad ἀκολουθίαν τοῦ ὄρθρου seu *ordinem Matutini* sollemnis, sive *magni* cum tribus *antiphonis* (psalmis) et Evangelio et *Canone* cum acrostich. et incip. Χορεύουσα μάρτυς. Inest etiam d. XVII

Julii in Menaeis Venetis. Itemque cunctis sigillatim notatis vel exscriptis Missae ordo praescribitur.

Fol. 37. v. Alia inde minora veniunt, nempe: Περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν Συνόδων. *De sanctis at œcumenicis Conciliis.* Incip. Χρὴ γινώσκειν ὅτι ζ' ἅγιαι οἰκουμενικαί εἰσιν σύνοδοι. *Animadverti oportet, quod septem sunt sancta et œcumenica concilia.* Hoc porro exordium valde simile illi est compendiariae *Anonymi* narrationi *De Conciliis,* quam a pluribus editam prodit Fabricius in Bibl. graeca l. VI, 3 (Edit. Hamburg. 1722). Lamentandum autem est quod nescio quis, vel qua religione ductus, male duas pagellas abraserit, qua nempe de III Concilio et qua de VII narratur.

Fol. 39 v. Ex abrasa pagella incipit opusculum de *Mensuris itinerariis;* cuius vix ruber titulus legi potuit.

Fol. 40 v. Pagina item abrasa dat brevem chronologiae Christianae tractatum, cui titulus, qui mihi videatur, hic inest: Φῆφος ἀπὸ ἀδὰμ ἕως χριστοῦ. *Calculus* (annorum) *ab Adam usque ad Christum.* Desinenti rationario temporum subnectitur (fol. 43 v.) scriptoris temporis aetas scilicet: Ἀπὸ κτίσεως κόσμου εἰσὶν ἔτη ,ϛωμα' ἰνδ. δ'. ἀπὸ δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριϛοῦ πεφύκασιν ἔτη ᾳτλγ'. *A creatione mundi sunt anni 6844 Ind. 4, ab incarnatione vero D. N. I. C. decurrerunt anni 1333.*

Fol. 44. Σπιϛολὴ Αὐγάρου. *Epistola Abgari.* Incip. Ἀκουϛέμει (sic) τὰ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν ἰαμάτων. *Audivi de te et de sanationibus tuis.*

Fol. 45. Praefigitur picta historia repraesentans Christum Dominum Abgaro respondentem; contra eum stat tabellarius. Tituli supra quemque signantur; supra Christum: Ο Χριϛὸς ὅταν ἔγραψεν τὴν ἐπιϛολὴν πρὸς τὸν Αὔγαρον: *Christus quum scripsit epistolam Abgaro.* Super tabellarium vero legitur: Ο ταχιδρόμος (sic) (Ital. *Il corriere*). Nil moror in istis apocryphis. Plures ea eruditi viri jampridem refellerunt, paucis abhinc annis etiam in quadam sua dissertatione cl. G. Calenzio Romani Oratorii presbyter *(Dissertazioni etc.* - Roma 1868, *diss. II).*

ANIMADVERSIONES

Signa, seu picturæ Cod. de quibus initio dixi, nullius momenti sunt, ut risum potius quam aedificationem visuris hominibus moveant, sed tamen genus fabulosae narrationis graphice exprimunt. Igitur fol. 2 exfingitur Marina suspensa, scorpionibus et ferreis pectinibus a duobus hinc inde dilacerata tortoribus: fol. 4. v. eadem virgo, iidemque carnifices exprimuntur, sed illi carbones suppositi sunt: fol. 5 v. Virgo iisdem laniata pectinibus hinc quamdam mulierem gestu redarguentem habet, inde regem praecipientem: fol. 7. v. pingitur sancta mulier egressa e carceribus, cui obviam venit custos: fol. 8. Marinae adparet Daemon draconis forma indutus: fol. 9. Marina voratur a dracone: fol. eod. v. moritur draco, et incolumis ex eo resilit virgo: fol. 10. Marinae visus est alter daemon quasi Æthiops ligatis manibus: fol. 11. v. Marina pedibus con-

terit Æthiopem: fol. 12. v. Assurgens diabolus affatur Marinae.

Quid autem calligraphus ad haec moverit de eius Actis et officio exscribenda, cum ea contra characteris ratio prodat monachum e cœnobio nostro extitisse quid edisseram. Igitur prope Monasterium in vico *Morena* adhuc exstat aedicula, olim quidem dumtaxat in honorem S. Marinæ, nunc autem etiam dominicæ *Nativitatis* dicata, verum per id temporis bene culta, et a nostris asservata. Jam vero bis in anno, nempe feria II post Pascha et die festo S. Martyris, XVI Kal. Augusti, monachi aliquot illuc convenire hymnos via pangentes, et sacra facere solebant, ut Typicum S. P. N. Barptolomæi docet, exscriptum annos unum et triginta tantum ante huius Codicis confectionem. (De eccl. *S. Marinæ in Morena* cfr. cl. DE ROSSI Bullet. archeolog. An. terzo N. III. p. 89.)

Ibidem etiam in Typico citatur liber Nyphonis cuiusdam monachi, in quo erant inscripta Acta S.Marinæ. Quid mirum igitur, si calligraphus noster inde compegerit sibi ecgraphon illius Vitæ, et exscripserit idem Officium parvis membranulis et attritis sibi tantum utendum? Cuius officii ordo est plane directus ad regulam Typici Cryptoferratensis, nisi quod in Cod. solemniori ritu exhibetur, quam quod in Typico præscribatur. Verum ista non me quidquam movent,cum animadvertam Typico ea tantum praescribi solere quae in Monasterio non quae extra essent servanda, maxime vero, si quod festus dies alicuius Sancti in suo praesertim templo esset agendus; omnis enim ratio suadet, ut inibi sollemnius, quam alibi celebraretur.

CODEX NONUS

B. β. IX.

Symmicta Codicum membran. graecor. spissa foliorum 61, multiplicis dimensionis, in quibus multa de sermonibus SS. Patrum, plura vero de sacris historiis exscripta continentur.

I. Fol. Πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων Ανδρέου καὶ Ματθία. *Acta SS. Apostolorum* ANDREAE ET MATTHIAE. Incip. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦσαν πάντες οἱ ἀπόστολοι ἐπὶ τὸ αὐτό. *Per id temporis erant omnes Apostoli in unum.* Cum nos minime lateant acta tum genuina tum apocrypha cuiusque Apostoli, apud Fabricium atque alios scriptores citata, nullibi tamen reperire potuimus horum duorum app. Acta cennexa. Opus est sane apocryphum et fortasse ineditum. Abrumpitur narratio intercepto codice ex fol. 8. Frontem primæ paginæ praetexit tilulus: Εγραψε πραγκατιος. *Scripsit Prancatius.* Veniunt alia verba quae ex attritu et hudore legi sita non sunt. *Prancatius* (unde italice est *Brancagio* seu Pancratius) fuit quidam e nostris monachis præpositus, qui in hoc Monasterio saec. XII floruit, prior nempe honore et munere alter ab Isaaco ab. vir pientissimus et in honorem Sanctorum studiosissimus. De eius laude multa habet Joannes Rossanensis in Vita et Officio S. Barptolomaei Abbatis (Cod. B. β. III.). Verum characteris genus rudius est, et calligraphia neglectior. Pagella quae nunc restat ultima, est attritu pene prorsus deleta.

II. Fragmentum alicuius Codicis, cuius superest quaternio tantum

XXXII. Absoluta quadam narratione de S. Macario inchoat calligraphus aliam vulgo indigitatam: *Conversio* S. EPHRAEM SYRI, quæ integra inest codici. Huiusmodi titulus est et initium: Τοῦ ἁγίου Εφραίμ. Ο ἅγιος ἀββὰ Εφραὶμ διηγήσατο τοῖς παραβάλλουσιν πρὸς αὐτὸν ὠφελίας χάριν. *Sancti Ephraem. Sanctus abbas Ephraem accedentibus ad eum utilitatis gratia narrabat.* Haec narratio a quodam ex eius discipulis, non ad unguem veritatis concinnata, consulto negligitur in Edit. Ephraemiana an. 1732, curata ab Em, viro Card. Quirini (Tom. I. p. X); latine vero interpretata atque edita a Bollandianis sub die I Februarii (d. m. t. I). At enim non ex hoc exemplari deductam esse interpretationem, variationes multae docent. Nitidissima scribendi ratio perspicitur eiusdem φιλοπόνου calligraphi, quem iam pluries laudavimus in Cod. B. α. XI et B. α. XVIII, nec non in Fragmento VIII. Cod. B. α. XXIII, qui omnes sæc. X. vel XI attingunt. Ibidem fol. 8. v. habet quasdam sententias JOANNIS CARPATHII, quibus praefigitur titulus: Τοῦ Καρπαθίου κεφάλαια ρϛ΄ (sic). *Beati Joannis Carpathii capita CXCI.* At pagella vix *quatuor* capiuntur et primum caput incipit: Καλὰ ἐξ ἀγαθοῦ τὰ πάντα γεγόνασιν. *Bona ex Bono universa progignuntur.* Centum nonaginta et unum *capita* habentur in edit. lat. (Migne Patr. graec. t. LXXXV.) duabus sectionibus, quarum prior signat et dat capita 97, altera signat quidem 94, dat vero 82. Porro ex hac nimirum priora quatuor habentur in Codice, cuius scriptura ad saec. X vel serius pertinet.

III. Fragmentum saeculi ferme XI, constans foliis 7, excipiens quaedam interjecta in Vita s. EPIPHANII EP. *Constantiensis in Cypro*, conscripta a Joanne eius discipulo. Inest integra in editione Migne (Patrolog. graeca t. XLI). Verum adverte sis animo, singulis miraculis suum praefigi titulum, qui nunc deest in editis.

IV. Fragmentum saeculi X, uno quaternione constans, in quo exscripti habentur aliquot sermones *Catecheseos parvae* S. THEODORI STUDITAE, nimirum a sermone CXXII ad serm. CXXVII fere tantum, qui vero hisce intercedunt omnino integri. Character ligatus est ac bonae formae et bina columna exaratus, sed uncialis in titulis.

V. Fragmentum saeculi XII, hinc ad finem usque Codicis folia nempe triginta complectens *Apophetgmata seniorum*, quae edidit Migne in Append. ad Palladium graece et latine (Patrol. graec. t. LXV). Patrum vero, quorum dicta referuntur, graece veniunt a lit. I. ad lit. M.

ANIMADVERSIONES

Exscriptus Codex postremus hic mihi, ex collatione quadam characterum, videtur a Josepho monacho qui saec. XII florens Cod. Δ. α. XXI infra describendum exaravit.

Ibidem occurrimus in hanc epigraphen, exaratam profecto recentiori aetate, quam

quae cuncta superius commemoravi. Porro prouti se habet erratis mendisque plenam exscripsimus, ac pro lubitu tradimus cuique interpretandam.

Ινδικτιων. (sic) ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ κύριου ἡμων. Ιησοῦ Χριστοῦ χίλια διακοσια δέκα ε'. ἦλθεν ὁ ἐπίσκοπος τοῦ ἐπέννμου μασσεντ. Κυρ. Ν'. ἐν ἑορτῇ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικολάους τοῦ ἐπωνυμ. σεν... γερεντ. ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ δαικεμβριω εἰς τὰ ς'. καὶ τὶν ἁγίαν λειτουργήαν ἔψαλλεν καὶ ἔδωκεν λίτρον ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν τοὺς ἀνθρώπους καὶ ὑπὲρ σωτηρίας πάντων τὰς ψυχᾶς τῶν ἀνθρώπων. Πάντες οἱ ἐλθόντες ἐν ἡμέρα τι ἑορτῇ τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν Νικολάους ἐν προσκυνῶ καὶ τημῶ καὶ ἤστιν δαιησιν αὐτοῦ εχ. ἀφέσεως ἡμέρας Μ' καὶ τεσσαρας μέγον ἁμαρτείας καὶ να'.

CODEX DECIMUS

B. β. X.

Cod. ms. membran. graecus Collectanea complectens plurium Codicum de Vitis Sanctorum ac sermonibus Patrum, quo ordine catalogus inferior prodet. Codex prior saec. IX, constans foliis 23, metri longitud. fere 0, 20, latitud. 0, 14. Membranae pingues, flaviores exaratae sunt charactere oblongo et spatioso, cuius tractus valde protenduntur tum recti tum transversi. Tituli vero omnes exarantur uncialibus literis; omnium vero primo parvus ornatus praetexitur.

I. Fol. 1. Βίος καὶ πολιτεία τῆς ἁγίας Εὐπραξίας τῆς Συγκλητικῆς. Idest: *Vita et conversatio* S. EUPRAXIÆ SYNCLETICÆ. Latine a pluribus editam habemus e versione quam ex textu graeco fecit Agapius monachus (Confer Acta Bollandiana ad d. XIII Martii in Vita h. S.). Graece autem apud nos hoc initium id est: Εν ταῖς ἡμέραις τοῦ εὐσεβεςάτου βασιλέως ἡμῶν θεοδοσίου. *Diebus pientissimi regis nostri Theodosii.* Quaedam horum Actorum excerpta inserit Damascenus in III sermone *pro Imaginibus.*

Fol. 16. Τοῦ Αββὰ Δανιὴλ περὶ τῆς προσποιουμένης μωρίαν. *Abbatis Danielis de quadam quae simulabat se esse dementem.* Incipit: Ανέβη ὁ ἀββὰς Δανιὴλ ὁ τῆς Σκήτεος. *Adscendit Daniel abbas Scetensis.* Cum plura habeant de hoc sancto abbate tum *Vitae* cum *Apophtegmata* seu *Verba Patrum,* narrationem tamen istam perpetuo reticent.

Fol. 19. Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου μάρτυρος Βαρβάρας. *Martyrium sanctae et inclytae mart. Barbaræ.* Inc. Κατ' ἐκείνους τοὺς καιρούς βασιλεύοντος Μαξιμιανοῦ. *Per id temporis regnante Maximiano.* Narrationem istam quam Allatius Metaphrasti abjudicat, sub nomine Auctoris incerti, teste Fabricio, edidit Lambecius t. VIII.

Fol. 25. Ad calcem S. Barbaræ martyrii subnectit calligraphus hos jambos:

Ιάμβος — Μικρὸν μέν εἰμι τῇ ὁρωμένῃ θέᾳ,
Πολὺν δὲ πλοῦτον τοῖς ἐμοις δίδω φίλοις
Καὶ τοῦτον ἔνδον, τοῖς ἐμοῖς κόλποις φέρω.

Jambus - Parvum quidem sum primo visu, sed magnum thesaurum meis praebeo amicis. Hunc autem intra, meo sinu gero.

De conchylio, quod gerit intus margaritam id dictum esse puto ab aliquo, ex quo calligraphus apte in librum suum mutuatur.

II. Codex, vel potius fragmentum, superiore inferior est tum propter latitudinem cum propter copiam foliorum, quae novem tantum numerantur. Character quidem illo densior est, at uno fortasse saeculo posterior. Complectitur GREGORII NYSSENI homiliam in S. Stephanum protomart. quae incipit: Ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία. *Quam pulchra est sacra bonorum memoria.* Prior est ex duabus quae eduntur apud Migne (Patr. graec. t. XLVI.).

III. Codex eiusdem ferme dimensionis quam prior, folia octo tantum excipiens, Pertinet ad saec. X, optimo charactere exaratus qualem exhibent Cod. B. β. IX fragmentum et alii ibidem notati. Praefixo ornatu, uncialiter praetexitur titulus qui ita se habet. Διήγησις καὶ ἀποκάλυψις τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ καὶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Αρτίππου (sic) τοῦ καὶ προσμοναρίου τοῦ πανσέπτου καὶ πανσεβασμίου ναοῦ τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ τοῦ ἐν ταῖς Χώναις. *Narratio et manifestatio Michaëlis archangeli et S. P. N. Artippi, qui Prosmonarius fuit venerandi et venerabilis templi Archangeli Michaëlis in Chonis.* Incip, Η ἀρχὴ τῶν θαυμάτων καὶ δωρεῶν. *Initium miraculorum et donorum.* Ex aliis Codd. innotuit Allatio in diatriba de scriptis Metaphrastis et ipsi Fabricio, neuter autem quis ediderit indicat. Absoluto sermone in margine laterali sursum versus charactere arcano scribitur: Μνήσθητι κύριε τοῦ δούλου σου Νικολάου: *Memento, Domine, famuli tui Nicolai.* Ad calcem vero alia arcana linea conspicitur quae explicari non potuit per notas alfabeti arcani vulgaris.

Dextro angulo marginis superioris signatur crux cum initialibus harum vocum: Φῶς χριστοῦ φαίνει πᾶσι. *Lumen Christi apparet omnibus:* uti prope membranam interpretatus scripsit Josephus Cozza, qui ibidem animadvertit huiusmodi crucem signatam reperiri in Cod. Capuano, scripto a Cyriaco Monacho an. salutis CMXCI.

IV. Postremo Codex omnium maior constans foliis eiusdem dimensionis septem et septuaginta, exaratus saeculo XIV excipit:

Fol. 1. *Martyrium sanctae magnae Christi martyris Aecatherinae.* Incipit: Τοῦ παρανόμου καὶ ἀσεβεστάτου μαξεντίου τυραννοῦντος. *Tyrannice imperante iniquo et impio Maxentio.* Narrationem hanc plane aliam ab ea quam produnt Metaphrastes et Athanasius ταχυγράφος citat tantum Fabricius sub nomine *Auctoris incerti.* At enim inde Symones multa in suam transtulit, quamquam suo more plura mutavit: finem vero abrupit illum: Ετελειώθη ἡ παρθενομάρτυς τοῦ χριστοῦ αἰκατερίνα μηνὶ νοεμβρίῳ εἰκοστῇ πέμπτῃ, ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ, ὥρᾳ γ'. εἰς δόξαν πατρός... *Mortua est virgo*

martyr Christi Aecatherina mense novembri 23, feria VII, hora III. In gloriam Patris. etc.

Fol. 23. v. Βίος καὶ πολιτεία καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικολάου ἀρχιεπ. Μύρων τῆς Λυκίας. *Vita et conversatio et partialis narratio miraculorum S. P. N. Nicolai archiep. Myrensis in Lycia.* Incipit: Σοφόν τι χρῆμα ζωγράφων χείρ. *Est aliquid sapientis rei manus pictorum.* De hac Vita diximus paullo supra in Cod. B. β. IV.

Fol. 64. v. Γρηγορίου διακόνου καὶ ὑεφανδαρίου (sic) ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ χριστοῦ Δημήτριον. *Gregorii Diaconi et referendarii encomium in S. magnum Christi martyrem Demetrium.* Incipit: Πάρεστιν ἡ μνήμη Δημητρίου. *Adest memoria Demetrii.* Deest in illis: Αλλ', ὦ μαρτύρων ἀειφανέστατε ἥλιε, ὁ φρικτωρία. Citatur ab Allatio (loc. supr. cit.) et Fabricio (Bibl. graec. ed. Harl. t. X).

ANIMADVERSIONES

Codex hic ultimus compactus fuit e foliis iam graece exaratis unciali charactere; et aliquot etiam latinis e saec. XIII, ex quo coniiciendum fuit non ante saec. XIV exscriptum fuisse. Verum multo copiosiorem esse, quam in praesens appareat, significant notae numerales superscriptae singulis narrationibus ι' seu X primae; ια', XI alteri; ιβ', XII tertiae. Quoad plura PALIMPSESTA inibi latentia, eademque pervetusta et pulcherrima, præsertim græca, confer sis Codd. A. δ. XIX, B. β. XXV et E. β. XVIII.

CODEX DECIMUS PRIMUS

B. β. XI.

Codex ms. membran. latinus saec. XVII, constans foliis 20, longitud. m. 0, 21, latitud. 0, 15, nitidissimo et optimo exscriptus charactere. Pagella prima circumtexitur ornatu aenei coloris; in quo stemma pingitur, cuius in medio ala consistit. Complectitur *Vitam et Officium* S. HONUPHRII ANACHORETAE.

Fol. 1. Praefigitur titulus: *Nativitas beatissimi Onophrii heremitae atque Abbatis hoc modo fuisse narratur.* Incipit: *Legitur enim quod cum Rex Persarum liberis careret.* Desinit: *Et ibi suis sanctis manibus sepelivit.*

Fol. 5. Ad calcem, expleta narratione, subnectitur: *Incipit sermo Sancti Panutii.* Et fol. verso: *Panutius servus humilis vestrae sanctitatis omnibus Dei famulis atque universis fidelibus qui per universas terrarum ecclesias in fide Christi sunt constituti, salutem Jesu Christi permanentem. Volo magnitudini vestrae significatum esse de quodam patre Honofrio et anachoritarum sotio et ejus vitam vel mortem auribus vestris intimare. Quodam vero die cum essem in mona-*

sterio meo cum caeteris fratribus, conspiratus sum in corde meo etc. Desinit: *Reversi in monasterio... erunt librum in sancta ecclesia, memoria sanctorum cum quibus et nos mereamur portionem accipere, et remissionem in vitam aeternam ipso adiuvante. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus in secula seculorum. Amen.*

Tum vero priorem narrationem tum alterius Vitae in Paphnutio conscriptae traductionem nusquam reperi. Facile ad credendum induar Apographon nostrum ex vetustiori Codice exscriptum esse, qui huiusmodi historias ingenio potius quam ex re retectas habuerit.

Fol. 18. Incipiunt inde orationes et preces ad Missam atque Officium sacrum recitandas in honorem eiusdem S. Honophrii; quibuscum integer explicit Codex.

CODEX DECIMUS SECUNDUS

B. β. XII.

Cod. ms. membran. graecus. saec. X. constans foliis 40, longitud. metri 0, 21, latitud. 0, 17, initio et fine mutilus, maculis foedus et qua praesertim companguntur quaterniones, teredine corrosus. Excipit vitam *SS. Barlaam et Joasaph*, quae olim tributa est s. DAMASCENO, ad quem tamen certo certius non pertinet. (Cfr. opp. S. Damasc. Patr. graec. tom. XCVI). Verum non longe ab initio habetur magna illa Catechesis, quam Barlaam habuit ad Joasaph, ante quam hic sacra ablueretur unda baptismatis. Pene incipit ab illis verbis: Αὐτὸ (σῶμα) ἀναστήσεται ἄφθαρτον. *Ipsum* (corpus) *resurget incorruptibile* (cap. VIII). Desinit: θηρίοις προσομιλήσαντες καὶ πυρὶ καὶ ξίφεσι. *Versantes in bestiis et igne et gladiis.*

CODEX DECIMUS TERTIUS

B. β. XIII.

Codex ms. membran. graecus, seu potius fragmentum quatuor tantum foliis constans, longitud. metri 0, 37, latitud. 0, 28, ex Cod. praestantissimo saeculi XI. Exaratus duplici columna charactere perquam nitido excipiebat integram saltem vitam *S. Theodosii Cœnobiarchæ*, graece conscriptam a CYRILLO hieromonacho SCYTHOPOLITANO, uti ex reliquiis hisce colligo, quae habent quaedam ex Capp. XXXI,

XXXII, XXXV, XXXVI, XXXVII, XXXIX, XLIII, XLIV. Vita haec editur latine tantum a Surio, graece quoque a Bollando in tom. I. mensis Ianuarii, et passim ab aliis.

CODEX DECIMUS QUARTUS

B. β. XIV.

Ms. italicum saec. XIX, multis compactum libellis huius fere dimensionis, altum nempe pl. min. m. 0, 20, latum m. 0, 14, spissum m. 0 07, conscriptum et ex magna parte exaratum ab ANTONIO ROCCHI hieromonacho Cryptoferratensi.

Cum in animo esset auctori Acta Sanctorum Ordinis Basiliensis conscribere per totum anni cursum, ut perfectum Lectionarium aedificationis magis quam eruditionis gratia exhiberet suis, multas compegit sacras historias in singulos anni menses: quarum in hoc volumine primus datur quadrimestris.

Januarius igitur habet Vitas *SS. 1 Basilii Magni, Eugendi Ab. 2 Sylvestri Troynensis, 4 Theoctisti Cucumiensis, 5 Gregorii Acritensis, Apollinaris Syncleticæ, Phostirii ab. 8. Cyri ep. Cp. Domnicæ V. 9 Eustratii thaumaturgi, 11 Theodosii Cœnobiarchæ, Theodosii Antiocheni, 13 Martyrum XLII Ephesinorum, 14 Abbatum M. Sina, Theoduli, Stephani in Cœnolaco, 15 Joannis Calybitae, 16 Honorati ep. Arelatensis, 20 Euthymii ab. 22 Anastasii Persae M, 26 Gabrielis ab. Xenophontis cum sociis, Paulae Viduae, 27 Domitiani Diaconi, 31 Marcellae Romanae.*

Februarii Vitæ *SS. 1 Vindemiani, 4 Isidori Pelusiotae, Nicolai Studitae, 5 Gerasimi ab. 6 Petri ep. Sebasteni, 8 Martyrum Diitarum, 14 Auxentii ab. Maronis ab. 28 Romani Jurensis.*

Martii Vitae *SS. 9 Gregorii Nysseni, 11 Sophronii ep. Ierosolimitani, 12 Theophanis in Sigriana,* 13 *Eupraxiae Vi, 21 Lupicini ab. 30 Joannis Climaci.*

Aprilis Vitæ *SS. 3 Josephi Hymnographi, 4 Platonis Studitae, Zosimi ab. 6 Euthychii ep. Cp. 12 Maximiani ep. Cp.*

CODEX DECIMUS QUINTUS

B. β. XV.

Ms. Italicum seu volumen alterum sacri Lectionarii eadem fere dimensione complexum, eodemque quo primum auctore exaratum.

Excipit igitur aliquot Vitas Sanctorum Ordinis monastici, in secundum anni quadrimestrem, nimirum:

Mensis Maii Vitae *SS. Hilarii ep. Arelatensis, 7 Joannis Damasceni, 9 Gregorii Nazianzeni, 12 Epiphanii ep. 24 Symeonis Thaumastoritae, Vincentii Lerinensis, 30 Basilii et Emmeliae parentum S. P. N. Basilii M. 31 Isacii ab.*

Mensis Junii Vitae *SS. 1 Caprasii ab. Lerinensis, 8 Cyrilli ep. Alexandrini, 9 Ephraem Syri, 17 Hypatii ab. 27 Sampsonis Xenodochii.*

Mensis Julii Vitae *SS. 4 Flaviani II. ep. Antiocheni, Heliae ep. Ierosol. 19 Macrinae V. sororis S. P. N. Basilii M. Arsenii Diaconi, Dii Archimandritae, 21 Symeonis Sali, 23 Joannis Cassiani, 27 Georgii Sabaitae M. 29 Lupi ep. Trecensis.*

Mensis Augusti Vitae *SS. 3 Dalmatii et Fausti abb. 13 Maximi ab. 27 Caesarii ep. Arelatensis, 30 Ven. Joannis Moschi.*

CODEX DECIMUS SEXTUS

B. β. XVI.

MS. Italicum seu volumen tertium sacri Lectionarii, eiusdem dimensionis ac duo priora, eodemque scriptore gaudens.

Complectitur historias Sanctorum monachorum in tertium anni quadrimestrem hoc ordine.

Mensis Septembris Vitæ *SS. 1 Symeonis Stylitae, 3 Theoctisti ab. 4 Theodorae poenitentis, 14 Joannis Chrysostomi, 15 Mamiliani ep. cum Sociis, 17 Theodori ep. Cantuariensis, 24 Euphrosynae V. 29 Cyriaci ab.*

Mensis Octobris Vitae *SS. 1 Romani Melodi, 10 Bassiani ab. 17 Andreae M. in Crese, 23 Ignatii ep. Cp.*

Mensis Novembris Vitae *SS. 4 Joannicii ab. 9 Matronae, 10 Theoctistae in Lesbo, 11 Barptolomaei ab. et conditoris Monasterii Cryptoferratensis, 12 Nili philosophi, 16 Eucherii ep. Lugdunensis, 19 Theodori Studitae, 23 Amphilochii ep. Iconiensis, Gregorii ep. Agrigentini, 27 Maximi ep. Regiensis.*

Mensis Decembris Vitae *SS. 5 Sabae archimandritae, 8 Patapii solitarii* 11 *Danielis Stylitae,* 17 *Olimpiadis Viduae, 27 Nicaretis V. 28 Theodori Grapti M. 29 Marcelli archimandritæ, Taddæi Studitae M. 31 Melaniae Romanae.*

ANIMADVERSIONES

Vitæ vel historiæ Sanctorum, quotquot in tria hæc volumina divisas exhibemus, centum et duæ omnino sunt. Documenta, quæque potuit, auctor probatissima sive ex Ecclesiastica historia, sive e peculiaribus eorum Actis, sive e Divinis Officiis, si nil aliud suppeteret, : utuatus est. Præterea cum ea scriptori mens esset, ut eos omnes laudaret sanctos homines, qui sibi Regulam S. Basilii M. professi esse viderentur, undequaque gentium eos assumpsit. Etenim illud certum est in Europa Orientali usq.e ad Palaestinæ fines pleraque virorum et mulierum cœnobia post Basilium hujus sacris institutis regi consuevisse; in Europa vero Occidentali ea fere omnia, quæ S. Benedicti aetati vel regularum constitutioni præcurrerunt, Basilianis constitutionibus plus minus hæsisse; inter quæ excelluerunt olim Lerinense et Jurense Monasteria. Patet inde ratio, cur sanctis hominibus, plerisque Græcis, sociati sint aliquot etiam Latini, imo qui in Gallorum finibus olim floruerunt. Quod propius autem Sanctorum historiam respicit, tribus his potissimum studuit hagiographus, nempe ut Christifidelibus cunctis, præsertim vero religiosis hominibus, utilis fieret; uti in evolvendis narrationibus temporum ratio religiose servaretur (ex quo factum est, uti sæpe historiis sua Chronotaxis apponeretur); uti, quantum in se esset, loquutio sin minus elegans, *pura* certe quidem ac *propria* proflueret.

CODEX DECIMUS SEPTIMUS

B. β. XVII.

Cod. ms. papyraceus italicus saec. VII, foliis spissus 90, longit. metri 0, 28, latitud. 0, 20, exaratus ex magna parte a D. PETRO MENNITI Abbate Basiliano, viro operibus praesertim hagiographicis claro.

Vitae SS. Ordinis S. Basilii plures a graecis Codicibus erutae, et italico sermone donatae excipiuntur, eo quo damus ordine.

Fol. 1. *Vita del glorioso padre S. Luca di Tauriano dell' Ordine di S. Basilio Magno, Abbate archimandrita del Monastero di Carbone.*

Fol. 7. *La Vita del B. Stefano da Rossano, monaco di S. Basilio M. e caro discepolo di S. Nilo.*

Fol. 9. *Vita di S. Proclo dell' Ordine di S. Basilio M. discepolo di S. Nilo.*

Fol. 10. v. *Vita di S. Honofrio* (di) *Belloforte dell' Ordine di S. Basilio M.*

Fol. 12. *Vita del glorioso Padre S. Fantino Abbate dell' Ordine di S. Basilio M.*

Fol. 14. v. Duo haec notatu digna scribuntur: *Le suddette vite dei nostri Santi Basiliani furono descritte circa l' anno 1650 dal fu Reverend. p. M. D. Apollinare* (Agresta).

La vita di S. Onofrio e S. Elena sono state mandate al P. Corrado Joanningo della Compagnia, l'anno 1709 da me M. Menniti.

Fol. 15. *Vita e conversatione del N. S. P. Elia Speleota dell' Ordine Basiliano.*

Fol. 35. v. *Vita et conversatione del N. S. P. Bartholomeo di Semmeri, Fondatore del Ven. Monastero del SS. Salvatore, dell' Ordine di S. Basilio M.*

Fol. 53. *Racconti sopra la vita e miracoli del miracoloso S. Fantino descritta da Pietro V. Occidentale.*

Fol. 63. *Raccolta della Vita di S. Fantino Juniore dell' Ordine di S. Basilio M.*

Fol. eod. v. *Martirio di S. Hieromartire Stefano metropolita di Reggio in Calabria.*

Fol. 64. v. Ad calcem legitur: *Acta SS. Ordinis S. P. N. Basilii Magni in superioribus foliis descripta a primo usque ad 50* (nempe a vita S. Heliae Spilaeotae) *extracta fuerunt ab A. R. P. Mro. D. Gregorio Carnuccio civitatis Styli in Calabria Ord. S. P. N. Basilii Magni ex libris Mss. graecis insignis Bibliothecae Monri. SS. Salvatoris Messanae anno 1689. In quorum fidem praesentem declarationem feci cum attestatione quod eadem praefata acta scripta sunt manu propria mihi bene cognita eiusdem R. P. Magistri Carnuccio Linguae graecae Lectoris in Monastero S. M. Cryptaeferratae et S. Joannis Theresti in Loglo.*

Romae in hoc Collegio S. Basilii Magni die 15 mensis 7bris. 1690.

Magister D. Petrus Menniti Abbate Procuratore generale Ord. S. Basilii Magni, testor, ut supra, manu propria.

Fol. 68. *Vita S. P. N. Bartholomaei Abbatis Monasterii Cryptaeferratae, traducta a P. Petro Possino soc. Jesu, Gallo.* Nil aliud praeter titulum.

Fol. 69. *Vita et conversatio S. P. N. Bartholomaei junioris Cryptoferratensis traducta a P. Petro Possino soc. Jesu.* In angulo dextro marginis superioris legitur. *Ex antiquo graeco Cod. Cryptoferratensi, mense Octobr. 1609.*

Fol. 77. In fine eiusdem narrationis legimus exaratum a Mennitio: *Habetur haec vita etiam italice traducta in Archivio Collegii S. P. N. Basilii de Urbe in quodam M. S.*

Fol. 79. Inest quoddam mnemosynon de R. P. Fr. Matthaeo *De la Fluente* Ord. S. P. Basilii Magni, fundatore Congregationis S. Mariae del *Tardone* in Hispania.

Fol. 80. *Kalendarium SS. Ordinis S. Basilii Magni qui in Martyrologio Romano desiderantur.* Notatur autem dumtaxat cum vitae singulorum compendio.

Die 2. Januarii S. Sylvester Troynensis,

4. . . . . S. Theoctistus Abbas.

24. Februarii S. Joannes Therista.

27. . . S. Lucas Calaber.
1. . . S. Leolucas Abbas.
2. . . S. Lucas Casalius.
9. . . S. Vitalis Abbas.

CODEX DECIMUS OCTAVUS

B. β. XVIII.

Cod. ms. chartac. italicus saec. XVIII, constans foliis 148 seu paginis adnumeratis 286, longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 20. Autographon est R. P. D. Jacobi sciommari Ord. S. Bas. M. *De vita S. Barptolomaei Ab. et de animadversionibus*, quibus cl. auctor eam italico idiomate ex graeco donatam copiose locupletavit, ea profecto mente, ut quidquid de Monasterii Cryptoferratensis historia eo tempore nostris cognita esset, ibi conferretur; quamvis auctor in criticos legibus non apprime ubique consistat. Titulus ibidem praefixus parum mutatus est in Editione: scriptura vero plurium est, nempe auctoris ipsius, tum p. P. Schiappacasse, ac p. N. Oliveri. Bifariam divisum est opus, praecurrit enim cunctis *Vita* italice interpretata; quam pone subsequuntur *Notæ*.

Jam vero dicatum est Eminent. Franc. S. R. E. Card. Barberinio, typis Romae editum an. 1738, et ab eruditis viris maxime probatum, et plausu, uti fas est conjici, exceptum, cum a plurimis citetur, qui de Ab. sanctissimo, de Cœnobio insigni, de Sacris ritibus nostris ab ea aetate ad nos usque disseruerint.

CODEX DECIMUS NONUS

B. β. XIX.

Cod. ms. chartac. ital. saec. XIX, constans foliis scriptis 278, seu pagg. 556 longit. metri fere 0, 26, latit. vero propemodum 0, 19.

Titulus rem indicat: *Vita di S. Nilo Abate, fondatore del Monastero di Grottaferrata*. Auctor D. Antonius Rocchi hieromonachus. In tres dividitur libros, quorum primus excipit historiam vitae b. Viri ab eius nativitate ad eiusdem adventum in agrum Tusculanum: alter agit de virtutibus et cœlestibus charismatibus, quibus b. Vir præditus et ornatus fuit: tertius denique narrat S. Viri transitum et cultum apud Ecclesiam Catholicam.

CODEX VIGESIMUS

B. β. XX.

Ms. chartaceus latinus saec. XVIII, constans foliis scriptis 80, longit. metri fere 0, 27, latitud. 0, 20.

Ineunte libello ad fastigium pagellæ primae legitur: « *Florentina, Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Hyppoliti Galantini Congregationis Doctrinae christianae fundatoris, Summarium* » Absoluto autem libro a tergo folii extremi scribitur:

Sac. Rituum Congregationis sive Emo et Rmo D. Cardinali Sfortiæ Florentina Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Hyppoliti Galantini Congregationis Doctrinae Christianae fundatoris, Summarium processus Florentinii.

CODEX VIGESIMUS PRIMUS

B. β. XXI.

Ms. chartaceus italic. saeculi XIX, libellos aliquot continens, longitud. metri pl. 0, 19, latitud. 0, 13, alterna cujusque folii columna, sed denso charactere spissisque lineis exaratus.

Est autographum Rmi P. D. Nicolai Conterii olim ab. Cryptoferratensis, nunc Archiep. Cajetani, quod elucubravit *de Vita S. Josaphat M. Archiep. Polocensis, Ordinis S. Basilii M.* ab eodem edita, anno 1867 quo vir ille inter sanctos Martyres est a Pio IX Sum. Pont. cooptatus.

Adjacet huic autographo etiam aliud de *Compendio Vitae eiusdem S. Josaphat* eod. an. edita.

ANIMADVERSIONES

Si Vitam hanc S. Josaphat velit aliquis in examen adducere, profecto sententiarum gravitate, eloquutionis puritate, rerum copia et ordine, quas inter eminent quaedam inedita, uti *Catechismus* ab eodem sancto Viro compositus, et *Regulae* suis traditae sacerdotibus, denique pietatis ubique diffluente suavitate maxime probandam reperiret. Hanc sane mox editam plures suspexere cordati eruditique viri. Nobis autem, ceteris omissis, illud etiam fauste contigit, ut ipsum Pium IX Rom. Pont. huc advenientem audiremus opus P. Conterii elogio praedicantem, veluti *bonum et pium*, cuius rei gratia auctorem numismate argenteo dono jam antea donare dignatus erat. Quam in laudem maxime etiam conveniunt tum cl. Alph. Guepin O. S. B. (*St. Josaphat... et l' Eglise grecque unie en Pologne* t. I, p. IX), tum scriptores Periodici op. *la Civiltà Cattolica* (an. XVIII. ser. VI, vol. XI, p. 218), qui aliis præjactis in hanc devenere sententiam: « *Per la qual cosa « oltre all' essere questa la più compiuta sto- « ria del santo Arcivescovo, oltre all' essere*

« *la prima che si scriva originariamente in* « *italiano, è altresì la più ragionata e la* « *più acconcia all' intelligenza dei popoli me-* « *ridionali dell' Europa.* »

Pro re nata recordamur, nullum aliud ab auctore recognosci opus suum, quam quod Romæ typis Congregationis de Propaganda Fide an. MDCCCLXVII editum est. Quæ enim e libraria Paulinorum officina aliquot post annos Modiciae Vita S. Josaphat auctore Conterio prodiit mutilata, eadem inscio scriptore edita est: quod tamen facile indulgendum est iis qui magis vulgi, quam cultorum hominum utilitati studerent.

CODEX VIGESIMUS SECUNDUS

B. β. XXII.

Sacrarum historiarum Symmicta charactere saec. XVIII, et XIX exarata, quorum Index habet:

Libelli quatuor in folio opus Rmi P. D. Epiphanii Mazio, quae excipiunt quasdam Sanctorum historias, aliquot latino, aliquot vulgari sermone conscriptas.

Tum veniunt reliquiae Interpretationis italicae, quam idem Matius fecit ex vita *S. Macrinæ Virginis*, graece conscripta a Gregorio Nysseno huius fratre.

Item Acta *S. Jo. Theristæ* ex Bollandianis exscripta, necnon Compendium eius Vitae nescio qua manu elucubratum, at certe sæc. XVIII.

Copie della lettera mandata da Gerusalemme all' Imp. Tiberio da D. Lentulo Preside della Giudea sopra N. S. G. C. Folia duo exarata saec. XVIII.

Notizie sopra la sacra Lettera scritta, come si dice, dalla SS. Vergine alla città di Messina. Libellus constans foliis sexdecim exscriptus saec. XVIII.

CODEX VIGESIMUS TERTIUS

B. β. XXIII.

Mss. italica exarata ab Epiphanio Mazio ab. Cryptoferrat. quae multis centenis foliis constant, tractationes excipientibus ad Ecclesiasticam historiam pertinentes.

Adiacent chronologicae recensiones patriarcharum. Verum, cum fere omnia folia sint soluta, et character auctoris saepe difficilis, res apte coordinari non potuit, at fortasse nil ex hisce tractationibus absolutum reperies.

CODEX VIGESIMUS QUARTUS

B. β. XXIV

Mss. historica sacra excepta foliis scriptis num. 45, longit. m. 0, 28, latitud. 0, 20, saec. XVIII, pleraque exarata a D. Nicolao Oliverio Abbate. Ista porro sunt.

1. *Compendio della Vita di S. Bartolomaeo IV. Ab. di Grottaferrata*, opus italice scriptum, sed latinis notis aliquot inde instructum.

2. *Vita et conversatio S. P. N. Bartholomaei Junioris Cryptæferratae.* Ex ms. codice græco latine reddita incipit: *Nihil est quod magis ad bonorum operum excitare soleat.* Marthene, Veterum monument. t. VI, Parisiis 1729.

3. *Vita et conversatio S. P. N. Bartholomaei junioris Cryptoferratensis.* Incipit: *Nihil sic excitare ad imitationem solet.* Teste Mazio haec interpretatio est P. Vitalii facta an. 1753.

4. Interpretatio latina Synaxarii magni in vitam S. Bartholomæi incipiens: *Hic inter ascetas et Sanctos Patres.*

5. Interpretatio latina graeci Officii in festum S. Barptolomaei excipiens *Idiomela* ad Vesperas et *Canonem* ad Completorium; nec non quaedam de *Canone* ad Matutinum, cuius quae sequi deberent, vel elapsa sunt cum foliis, vel suspensa ab ipso interprete scriptore.

6. Ex gestis (S. Bartholomaei) in antiquo Graeco Codice descriptis, quorum plurima ad verbum ex Synaxario, narratio incipiens: *Bartholomaeus S. Abbatis Nili Rossanensis discipulus.*

7. *Summarium et adnotationes ad Lectiones*, scilicet Officii latini in laudem eiusdem sancti viri.

8. *Vita et conversatio S. P. N. Bartholomaei junioris Cryptaeferratae.* Observatio praevia incip. *Floruerunt olim in ordine Monastico.* Tum sequitur *Vita* quam protulimus in num. 2. Hanc cognovit Romae 9 Octob. 1763 Joannes Hieronymus Sertorius.

9. Eiusdem (Bartholomaei) Vita alia brevis incip. *Bartholomaeus unus e numero Sanctorum.*

CODEX VIGESIMUS QUINTUS

B. β. XXV.

Palimpsestum unciale graecum saec. VIII, vel IX, constans foliis 16, dimensionis, prouti nunc patent in Cod. B. β. X ex longitud. pl.

m. 0, 27, latitud. vero 0, 20. In singulis paginis lineae saltem num. 34 ductae protenduntur m. 0, 15, charactere alto, parum deflexo, at composite exaratae. Verba quandoque errata, rarius autem accentibus notata. *Historiarum Sanctorum* voluminis fragmentum est, quarum ex suis titulis tres tantum inesse deprehendimus scilicet:

I. Εγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους τοῦ θεοῦ Αρχαγγέλους καὶ Αγγέλους καὶ πάσας ὁμοῦ τὰς οὐρανίας δυνάμεις. *Laudatio SS. Dei Archangelorum et Angelorum et cunctarum cœlestium Virtutum.* Incip. Ο θεοῦ νοερὰ καὶ ἄϋλα θεῖα στρατεύματα καὶ ἐννοήματα δέον γὰρ ὑμᾶς κατὰ κλίμακα καὶ εὐφημῆσαι καὶ ἱκετεῦσαι. *O Dei intellectuales incorporeaeque divinae militiae et mentes, profecto vos secundum ordines et laudari et invocari oportet.*

Hic sermo latinus tantum, Theodori Peltano interprete, editur inter opp. S. Sophronii Patriarchae Jerosol. Migne Bibl. graec. tom. LXXXVII, p. 3315-16.

II. Διήγησις τῶν διὰ τῶν ἁγίων καὶ πανενδόξων ἀρχαγγέλων ὅλων, γενομένων ἰάσεων. Περὶ τοῦ ποδαγριῶντος. *Narratio cunctarum sanationum, quotquot factae sunt per sanctos et gloriosos Archangelos. De podagroso.* Incipit: Τρώϊλός τις ἀνὴρ ἐκ Παμφιλίας. *Troilus quidam vir e Pamphilia.*

III, (Τέρ)ας γενόμενον ἐν Εδέσσῃ τῇ πόλει ὑπὸ τῶν ἁγίων ὁμολογητῶν (ἐ)κεῖσε μαρτυρισάντων Σαμωνᾶ, Γουρίᾳ καὶ Αβίβου. Κύριε εὐλόγησον. *Prodigium factum Edessae in civitate a Sanctis Confessoribus qui ibi martyrium subierunt, Samonae, Guriae et Abibi. — Domine benedic.* Incipit: (Νῦ)ν καιρὸς μετὰ τοῦ πνευματοφόρου Δαυίδ. *Nunc tempus juxta divinum David.* Teste Fabricio apud Christoph. Harles (Bibl. graec. vol. X) habetur in Ms. Lambec. VIII.

CODEX VIGESIMUS SEXTUS

B. β. XXVI.

Codici graeco sign. A. α. XIV, de quo in propria Serie agendum erit, appactae sunt membranae quaedam, exhibentes nonnulla de *historiis sacris* graece scriptis.

I. Folia duo librum ineunt characteris magni uncialis in columnis exarati, quae longitud. m. 0, 24, et altitud. 0, 20 olim profecto constabant, nunc vero ex recisione, ut Codici accommodarentur, paullulum resecata. Scriptura quidem non bene componitur, et mendis praeterea scatet. Exhibet reliquias voluminis historiarum *Patrum*, epitomes instar, undequaque collectæ. Itaque quae narratio notatur vigesima sexta, prodit de quodam *Magistriano* nomine (at potius e suo munere) ita nuncupato, incipiens: Μαγιστριάνο... ὑποστρέφω... κωνσαντ...πολιν. *Magistrianus (quidam) Cpolim rediens.*

8. Signatur alia vigesima septima, et continet quae MOSCHUS narrat in *Prato Spirituali*, nunc sub numero CLXXXVI, et incipit: Παρελάβομεν εἰς τὸ κοινόβιον τοῦ σπηλαίου τοῦ ἁππᾶ (sic) σάβα. *Perreximus in cœnobium speluncae abbatis Sabae.*

II. Folia alia duo librum claudunt, charactere ligato saec. X, cum initialibus bene pictis, marg. superiori parum recisa, in praesens alta m. 0, 24, lata 0, 17. Fragmentum libri *Synaxariorum* est, capiuntque aliquot *SS. Jo. Climaci, Beniamin diaconi et* (Abda) *episcopi, Joduë prophetae, Mariae aegyptiacae, Crescentii M. Symeonis Persarum ep. et Socc. Mm. Phasis curopalatæ cum filia sanctimoniali*, et aliorum cum *Symeone Martyrum.*

ANIMADVERSIONES

Librorum haec segmenta pertinebant forte omnia ad Monast. Carbonense, at quidem certe priora: in quibus charactere saec. XIII vel XIV exscripta habes Σύντομα in Christi Nativitatem, et incipiunt: Αναρχος ὁ πατὴρ· συνανάρχος ὁ λόγος, ἐκ πατρὸς γὰρ γεννᾶται. *Aeternus Pater, coaeternum Verbum, quoniam e Patre nascitur.* Alia recentiora MSS. habent Αναρχος ὁ πατὴρ, οὐκ ἄναρχος ὁ λόγος, ἐκ μητρὸς γὰρ γεννᾶται. *Sine principio Pater, non absque principio Verbum, de matre quippe nascitur.* Hæ lectiones abhorrent quidem a *Damasceno* hymnographo, qui profecto scripsisse dicendus est, uti in veteribus Codd. Αναρχος ὁ πατὴρ, οὐκ ἀναρχος ὁ λόγος, ἐκ πατρὸς γὰρ γεννᾶται. *Imprincipiatus Pater, principiatum Verbum, eoquod e Patre nascitur.* Sic enim conceptis verbis in orat. quam alias citavi *de Ch. Nativit.* habet NAZIANZENUS, ex quo tum ista tum alia plura mutuatus est Damascenus in hymnis, maxime vero in officio Dominicæ Nativitatis.

CODEX VIGESIMUS SEPTIMUS

B. β. XXVII.

Cod. ms. membran. gracc. saec. XIII, vel XIV, carens initio et fine, constans foliis imparibus num. 85, quorum dimensio attingere pl. min. potest longit. m. 0, 24, latitud. 0, 17. Praeterea est usu maculatus, et hudore attrituque laesus ad angulos marginum superiorum, parum tamen scriptura elapsa. Charactere denso ac minuto, spissis lineis, et atramento tantum exaratur.

Excipit maximam partem prolixae historiae SS. *Barlaam et Joasaph*, quam hinc inde breviorem vidimus in sup. Cod. B. β. XII. Incipit enim a verbis: παρ' οὗ λήψῃ τῶν ὁρωμένων καὶ τῶν ἀοράτων ἀψευδῆ τὴν γνῶσιν. *A quo veram tam eorum quae oculis cernuntur, quam quae ab oculorum sensu remota sunt, cognitionem consequeris.* Desinit autem in illis: ἐκτετηκυίας δὲ τὰς παρειὰς καὶ τοὺς ὀφθαλμούς... *Genas macie confectas et oculos..* Late proinde patet scriptura a cap. X ineunte ad cap. XXXVIII non procul ab initio (Conf. edit cit.). Parabolas

quas in ostensionem verae Fidei Barlaam cum Joasaph colloquens plures adducit, scriptor notat in pagellarum fastigiis usque ad *decimam quartam*: tribus autem praefigit etiam argumentum; itaque ex. gr. hoc mox apparet: Περὶ τῆς ἀηδῶνος (sic) τῆς τῷ ἑξευτῇ γ'. ἐντολὰς ἐπιδιδούσης, καὶ μὴ φυλάξαντι ἐλέγξας (sic). *De Luscinia quae aucupi tria praecepta tradidit, quem, cum non servasset, redarguit.*

CODEX VIGESIMUS OCTAVUS

B. γ. I.

Codex ms. membran. graecus saecul. XII, excipiens folia omnino 138, longitud. m. 0, 25, latitud. 0, 18. Charactere praestans exhibet aetatem Rossanensis. Excipit vero Codex SYNAXARIA, quo nomine Graeci indigitant perbrevia Vitarum Sanctorum compendia per singulos anni dies digesta, quorum hic habentur tantum in tres primos graeci ecclesiastici anni menses, qui sunt September, October et November.

Ad editionem perpetuo me referam Menologii Basiliani, Urbinatis an. 1727 nuper a Migne rursus prelo commissam an. 1864 (Patr. graec. t. CXVII). Menologium porro Basilianum, ita nuncupatum a Basilio Imperatore cui vulgo tribuitur, classicitate perfrui hac super re nemo inficiabitur: editio autem Menologii pro primo semestre e Cod. Vaticano, pro altero e nostris Cryptoferratensibus, quos modo descripturi sumus, absoluta fuit. Inde opus nostrum adsurget tum quaedam editionis recognitio, tum Cod. Vaticanum inter et Cryptenses collatio perutilis. Praemonebo lectorem, me in hoc Cod. et sequentibus Synaxaria, si foliorum lapsum incusem, esse deperdita, sin minus, omissa esse a scriptore significaturum.

Mensis Septembris die XX, deest synaxarium *S. Melitinae* martyris, relatum in diem proxime sequentem. Die XVI deest *S. Agathocliae* relatum in diem prox. seq. sed habetur *S. Sebastianae* mart. Die XVII synaxar. SS. Martyrum *Sophiae* cum filiabus suis. Die XIX synaxar. *S. Sosannae* relatum in Edit. in diem prox. seq. Explicit September cum die XXVII, aliquot enim folia sunt elapsa.

Mensis Octobris deest initium, abreptis foliis, usque ad d. III. Die IV desunt synaxaria *SS. Dionysii Alexandrini, Caii cum sociis mm. et Petri Capetolii*, quæ veniunt in diem V. Die vero V additur synaxarium *S. Pauli Simplicis.*

Mensis Novembris die IX deest synaxar. *S. Azae martyris* ex fol. decerpto. Die XXIV desunt plura, ob folium abruptum, ex synaxario *S. Sisinnii ep. et mart.*

Præter Sanctos, quorum *Synaxaria* conscribuntur, multorum nomina dumtaxat notantur. Pro festis singulis solemnioribus appingitur etiam quidquid iis proprium exstat in Missis.

In memoriam S. Joannis Jejunatoris ad marginem ista necessario adnotantur: Κλήμης ιβ' μακαριώτατος πάπα Ρώμης διὰ συνοδίας τῶν Καρδινάλεων ἐκέλευσεν πάλιν γενέσθαι τὴν ακολευθίαν τοῦ ὁσ. Ιωάννου τοῦ νηςευτοῦ· ἐν ἔτει ᾳψλα', μηνὶ μαΐῳ ς', κυριακῇ. *Clemens XII beatissimus Pontifex Romanus ex congregatione Cardinalium rursus fieri iussit officium S. Joannis Jeiunatoris; an.* 1731, *die Dominica, VI mensis Maii.*

Ad extremum Codicem folia aliquot compacta referunt notitias quasdam de consecratis in nostra Ecclesia altaribus, anno scilicet 1578, a Rmo D. M. Antonio ep. Foroliviensi, die VI mensis Septembris, cuius consecrationis commemoratio fit adhuc in divinis Officiis, recitando *troparia* SS. Basilii M. Gregorii Nazianzeni et Jo. Chrysostomi, in quorum honorem altaria Deo consecrata sunt, eorumdem Patrum reliquiis ibi reconditis, uti in his traditur testimoniis.

Codici incipienti compacta duo folia sunt ex vetusto, uti videtur, libro *Missali* latino saec. XV, quae habent exaratam bonis literis, grandioribus vero optime pictis, sacram Praefationem etc.

Ibidem ad calcem graece ita scribitur: Κυρ. ἀββᾶς καὶ διδάσκαλος Κιρίνος ῥωμάνος ἔκαμε τὸ θυσιαστήριον τοῦ ἁγ. πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς Κρυπτοφέρρης ιδ'. τοῦ ἰουνίου μηνὸς ᾳχμς'. Latine vertit Philip. Vitalius: *D. abbas et magister Cirinus Romanus elaborare fecit altare S. P. N. Basilii in hac Ecclesia Cryptœferratæ d. XIV Junii mensis:* 1646. Et infra addit. *In hoc laudato S. Basilii alt, non multis abhinc annis alia effigies SS. Basilii Magni, Gregorii Nysseni, ejusdem fratris, ac Macrinæ horum sororis collocata fuit. — Sabb. XV Septem.* 1753, *script.*

CODEX VIGESIMUS NONUS

B. γ. II,

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 124, longitud. metri 0. 25, latitud. 0, 18, eadem manu exaratus, eademque ratione, liber scilicet *Synaxariorum* alter dispositus. Verum excipit acta Sanctorum tribus mensibus Decembri nempe, Januario et Februario excepta, quae collata cum Edit. hasce variationes exhibent.

Mensis Decembris die VIII, subrepto folio, desideratur synaxarii *S. Athenodori* finis, et die IX synaxarium in festum *Conceptionis Deiparae* praeter extrema verba deest. Die XIII, sublato folio, deest synaxarium *SS. Eustratii et socc. Mm.*

Mensis Januarii die VII folium cum synaxario *S. Joannis Baptistae* desideratur. Die XII synaxar. *S. Meortii M.* et die XIII *S. Hermyli et Stratonici* desideratur cum folio, huius autem dimidium alterum restat.

Mensis Februarii die XI deest synaxar. *S. Theodorae Reginae,* ex fol. deperdito. Die XVI desunt synaxar. *S. Porphyrii et Socc. Mm.* tum etiam *SS. Martyrum* in civitate *Martyropoli.* Die vero XVII dimidium dumtaxat synaxarii *Theodori M.* ex omissis foliis.

A die XXII, elapsis membranis, desunt synaxaria SS. usque ad d. XXVIII; ibi apparet, post dimidium synaxarii *S. Thalalaei*, synaxar. integrum *SS. Maranae et Cirrœ*. Die tandem XXIX e synax. *S. Tarasii* restat pars prima et ultima, *S. Porphyrii* vero tantum prima.

Postremo notandum Cod. incipienti adsutum esse quaternionem chartac. quo Philip. Vitalius latine inscripsit nomina Sanctorum, quorum deinceps acta in libro referuntur.

CODEX TRIGESIMUS

B. γ. III.

Cod. ms. membran. graecus sacc. XII, constans foliis 200, longitud. metri 0, 21, latitud. 0, 17, eadem atque superiore manu optima exaratus mediis pluribus mancus et fine mutilatus. Synaxaria habet a mense Martio ad Augustum, cui aliquid exeunti deest. Utar porro recensens, eadem cum methodo, ea qua solitus sum collatione cum Menologio edito Vaticano - Cryptoferratensi.

Mensis Martii diei V adfigitur synaxarium *S. Cononis hortulani*, quod Edita habent die prox. sequenti. Die VI synaxar. *SS. Episcoporum in Chersone*, quod editio habet die VIII. Die IX deest, ex abrepto folio, pars synaxar. *SS. Martyrum Sebastes*. Die X desideratur synaxar. *S. Dionysii M.* Die XI habetur synaxar. *S. Gregorii* Papæ, quod in Editis datur die XII, sed desideratur cum folio synaxar. *S. Sophronii*. Die XII deest ex eadem causa synaxarii dimidium primum *S. Theophanis Conf.* at habetur synaxarium *S. Sabini M.* quod deest in Editis. A die XVII ad XVIII desunt cum foliis synaxaria tantum *S. Alexii*, *S. Marini M.* et *S. Cyrilli Ierosol.* Die XX habetur synaxar. *S. Benedicti* Abbatis, quod in Editis inest die XXI. Die XXIII cum folio desiderantur quaedam e synaxariis *S. Niconis M.* et *S. Dometii*, at primum, credo, affixum esse diei XXIV, a quo abest etiam synaxar. *SS. Martyrum Caesariensium*. Die XXVI deest synaxar. *S. Callinici M.* et die XVII initium synaxarii *S. Phileti M.* cum sociis; eo quod desit folium.

Mensis Aprilis die IX deest folium cum parte synaxarii *S. Badimi*, et synaxar. *S. Eupsychii Conf.* integrum autem desideratur synaxar. *SS. Martyrum in Persia*. Die XXX additur synaxar. cuius titulus: Περὶ τοῦ γενομένου θαύματος ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Αφρικῇ. *De prodigio facto in regione Africa*: inedítum. Aliud synaxarium subnectitur, quod inscribitur: Περὶ τοῦ πυρὸς τοῦ ὑποκάτω τῆς γῆς καὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἐκ τοῦ

λόγου τοῦ ἁγ. μάρτ. Πατρικίου. *De igne subterraneo et de aquis calidis iuxta sermonem S. Patricii M.* item ineditum.

Mensis Maii, ex abrepto folio, deest die IX synaxar. *S. Isaiae Proph.* sed *S. Christophori M.* tantum ex parte. Die XI cum duobus foliis desiderantur synaxaria *Natalis Costantinopolis, S. Mocii M. S. Dioscoridis M.* die autem XII synaxarii initium *S. Epiphanii ep.*

Mensis Junii die IV additur synaxar. *S. Andreae Cretensis,* quod deest editis. Sed inde omissis foliis desunt cuncta synaxaria ad dimidium usque *S. Methodii ep, Cp.* die XIV.

Mensis Julii die IX additur malo charactere synaxarium *S. Pancratii ep. Tauromenii,* quod deest in editis, Quae autem synaxaria ibidem dantur *SS. Bianoris et Silvani Mm.* et *S. Apollonii M.* referuntur die prox. seq.

Mensis Augusti die II synaxarium in *Translationem reliquiarum S. Stephani Protom.* post illa verba εὐωδία πλείστη, quibus explicit synax. in editis, continuatur in Cod. καὶ φωναὶ οὐρανόθεν ἀγγέλων θεοῦ.... et alia multa, quae partim abrasa sunt. Die IV folium deest, quo perierunt pars synax. *S. Eleutherii,* et synaxaria SS. usque ad diem VII. Die VII deest synaxarium *S. Dometii M.* Die XI desunt, ex abrepto folio, synaxaria a die XI ad XIV, nisi quod fragmentum habetur ex synax. *S. Maximi Conf.* quod differt ab edito; die autem XXVIII paullo post initium synaxarii *S. Moysis Aethiopis* deficit Codex.

ANIMADVERSIONES

Indiculum Sanctorum, quemadmodum de superioribus Codd. dictum est, confecit hieromonachus noster Vitalius: cui ille supputationem subnexuit foliorum quæ plura, uti vidimus, desiderantur.

Sub die *prima* Aprilis mensis ista maximi ponderis consignantur: Ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐξολοθρεύθη ἡ πόλις Τουσκυλάνων παρὰ τῶν Ρωμάνων· ἐν ἔτει τῆς τοῦ κυρίου σαρκώσεως ᾳρϛ'. *Eodem die deleta est Tusculanorum civitas a Romanis anno Dominicae Incarnationis* 1190. Mox infra eadem notitia alio charactere iteratur.

Ex relata epocha adsequimur aetatem Codicis huius, ideoque utriusque superioris, (nam una eademque manu sunt omnes exscripti) magis magisque firmari, quam ex characterum tantum intuitu adpingendam existimaveram; aetatem, nempe saec. fere XII.

Folii 174. fastigio summo notatur: Μηνὶ Ἰουλίῳ λα' ᾳφιε' ὥρᾳ ε' τῆς νυκτὸς ἐγένετο μέγας σισμός *Mense Julio die XXXI* (anni) 1515 *hora V noctis factus est magnus terraemotus.* Alia manu subscribitur: Τῷ αὐτῷ κγ' ὥρα ε' ἄλλοι δύω ἐγένεντο (sic) σισμοὶ ἐν ἔτει ᾳχνδ'. *Eodem* (die XXII mensis) *hora V noctis facti sunt alii duo terraemotus anno* 1554.

CODEX TRIGESIMUS PRIMUS

B. γ. IV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI vel XII complectens folia 147, longitud. metri fere 0, 30, latitud. 0, 24, duplici columna exa-

ratus. Character flaviusculus, bonæ profecto notæ, aliquid simile præfert cum Evangeliariis A. α. IX et X, nisi quod minutior est et neglectior. Ceterum ut illa, grandiores quaeque literae, cunctique tituli non minio sed sandaracha compactae sunt, ornatibus autem omnino fere vacant.

Menologii pars est maximi mihi momenti, ut quae complectitur *Synaxaria* longe ab editis diversa, iisque magis saepe prolixa. Haec autem adsunt a Septembri mense ad Aprilem, nisi quod initio et fine codicis, nonnihil etiam infra mutilati, plura Acta desiderantur: cui porro defectui suppletur, ut ita dicam, quammultis Sanctorum memoriis, quorum tantum nomina ad suos festos dies passim recensentur. Ast ego hoc uno contentus id referam, si quae prae Basiliana editione, synaxaria in Codice dentur vel secus: relictis ceteris notandis Codicis ipsi inspectori praesenti.

Mensis Septembris die XXV, quo die superiora synaxaria desiderantur, (cum Codex incipiat a quaternione IV, eodemque mutilo foliis quatuor) deest initium synaxarii in *Commemorationem Magni terræmotus*. Die XXVI desunt propria synaxaria. Die XXVII synaxarium abest *S. Epicharis*, et initium de synaxario *S. Callistrati M.* Die XXIX synaxaria adduntur *S. Dadæ et socior. Mm.* necnon *S. Gobdellæ M.* Die XXX finis deest synax. *S. Rhipsimiæ et socc. Mm.*

Mensis Octobris die I desunt synax. *S. Ananiæ, S. Michaëlis et socc. Mm.* cum initio synax. *S. Romani.* Additur synaxar. *S. Domnini Persæ M.* Die IV deest synaxar. *S. Hierothei.* Acta vero *SS. Mm. Fausti cum sociis* complectuntur in synaxario *S. Dionysii Alexandrini.* Die IX adduntur synaxaria *SS. Diodori et Didymi:* die XVII *SS. Abda et Beniamin Mm.*, die XVIII *S. Marini Senioris M.* die XX *S. Stephani, Petri cum sociis Mm.* Die autem XXVI deest synaxarium *S. Nestoris.*

Mensis Novembris adduntur synaxaria die III *S. Acepsimæ Conf.* die IV *SS. Nicandri et Hermæi Mm.* die X *SS. Timothei et Mauræ Mm.* die XI *S. Draconæ M.* die XIX *S. Agapes M.*

Mensis Decembris die I pro synaxario *S. Ananiæ M.* ponitur synaxar. *S. Mennæ M.* Desunt synaxaria die IX *S. Sophronii Ep. Constantiæ in Cypro,* die XVI *S. Sosannæ M.* et Dominica τῶν προπατόρων, nec non die XX *S. Bonifatii M.* die XXI *S. Philogonii M.* Die XXVI scribitur synaxar. *SS. Davidis, Josephi et Jacobi* in Dominica post Nativ. Die XXX omittitur synaxar. *S. Timonis diaconi.* Die XXXI habetur synax. *S. Abdiæ proph.* sed omittitur *S. Melaniæ.*

Mensis Januarii die V synaxar. *S. Pauli Thebani,* quod in Editis datur d. XV. Die IX synaxar. *S. Theoctisti Ep. et M.* quod omittitur in Editis. Die vero XIV *Patrum Synaitarum,* qui martyrium sub-

iere tempore Arcadii imp. omittitur; die XXIV datur synaxar. *S. Theodulæ M.* sed die XXIX omittitur *S. Hippolyti Papæ M.*

Mensis Februarii omittuntur synaxaria die III *S. Hadriani M.* item die IV *S. Isidori Pelusiotæ*, item die VI *S. Bucoli Ep.* item die VIII *S. Theodosii Conf.* et *S. Theodori M.* die IX *S. Marciani Ep.* et die X *S. Charalampi et socc. Mm.* die XII *S. Antonii Caulecæ ep.* die XIII *SS. Aquilæ et Priscillæ Mm.* et *S. Eulogii Alexandrini*, die XV *S. Majoris M.* Die vero XVI ex duobus synaxariis *SS. Martyrum* unum tantum compingitur. Item omittuntur synaxaria die XVII *S. Mariannæ*, die XVIII *S. Leonis etc.* Die XIX habetur synaxar. *S. Maximi et Theodoti Mm.* sed die omittitur synaxaria *S. Leonis ep. Cataniæ* die XXI *S. Agathonis Papæ*, et die XXII deest synaxar. *S. Athanasii Confessoris*, uti in Editis. Die XXIV omittitur synaxar. *S. Rhegini ep. et M.* et die XXVI *S. Porphyrii Gazæ*, sed datur die II Martii. Die denique XXVIII omittuntur *S. Thalelæi, SS Maranæ et Cyræ* et *S. Dominæ.*

Mensis Martii omissa sunt synaxaria d. I. *SS. Nestoris et Tribimæi Mm.* d. IV *S. Gerasimi.* die. V *S. Eulogii M.* d. XIII *S. Arcadii Cyprii*, die X *S. Dionysii M.* a die vero XIII ad diem XXVI, interceptis duobus quaternionibus, desunt synaxaria nempe, *S. Sabini* die VII et deinceps usque ad synax. *S. Basilissæ die XXVI*, cuius deest tantum initium, omittuntur autem synaxaria die XXII *SS. Manuelis et Theodosii Mm. S. Codrati M. et S. Stephani Conf.* Die XXVIII *S. Hesychii*, die XXX *SS. Martyrum XXXVIII.*

Mensis Aprilis desunt haec synaxaria. Die II, *S. Polycarpi M.* d. V *S. Pherbuthæ et socc. Mm.* die VI *Martyrum CL in Persia*, die VII *S. Rufini diac. et M.* die XIII *S. Eleutherii M. Persæ*, die XIV *SS. XL Martyrum in Persia*, die XV *SS. Basilissæ et Anastasiæ Mm.* et die XVI *S. Alexandri M. et S. Irenes M.* Sed die XVII habetur *S. Ardalionis M.* sed fine vacat, cum inde desinat Codex.

ANIMADVERSIONES

Menologii huius adscriptam initio ætatem aliquo pacto comprobat epigraphe hæc marginalis fol. 108. Ετος (sic) ,ςχος' ινδ. α'. τῇ αὐτῇ ἡμέρα (sic) ἐκοιμήθη ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν Εἰγνάτιος (sic) ὁ τοῦ Κόν τό Κρίτου...ρη (sic): *Anno* 6676 (1168) *defunctus est frater noster Ignatius*, (filius) *Contu Criu...ri.*

Calabriae scriptum vel Siciliae imo potius, illud testatur, quod die XXIV Februarii fol. 123 additur memoria *S. Joannis Theristae* his verbis: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν Ιωάννου τοῦ Θερίτου. Hoc difficile inscribi poterat a monachis Cryptoferratensibus, nam a saec. XVII ineunte iam desueverant uti Codicibus membranaceis, cum ex Calabris monasteriis ad nos appulerunt Codices sane multi. Deinde vero character Cod. nullam praesefert nostrae officinae notam, neque Menologium valde cum Typico nostrisque convenit Menaeis, nedum cum Synaxariis, quae supra descripsi.

Quin imo hoc apographon exscriptum videtur ex aliquo Cod. Orientali, præsertim Cpolitano, cum sub die XIV Novembris legatur: Μνήμη Ιουστινιανοῦ καὶ Θεοδώρας τῶν εὐσεβῶν βασιλέων. *Commemoratio Justiniani et Theodorae religiosorum regum* (Cfr. Animadvers. Cod. A. β. IX).

CODEX TRIGESIMUS SECUNDUS

B. γ. V.

Cod. ms. membran. graecus sacc. XI, constans foliis 109, longitud. metri 0. 27, latitud. 0, 20, non admodum composite neque correcte exaratus; atramentum vero vetustate et attritu flavescit. Olim excipiebat integrum *Menologium* seu *Synaxaria* per totum anni circulum, nunc autem initio et fine, et passim mediis multis est imminutus.

Codicem præcurrit in mensem Novembrem, quo primum synaxaria occurrunt, hæc memoria. Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιβ'. Αθλησις τοῦ ὁσ. μαρτ. καὶ πατρὸς ἡμῶν Ιωσαφὰτ ἀρχιεπ. Πολωκίας. *Eodem mense die XII. Certamen S. martyris et Patris nostri Josaphat archiep. Polocensis.* Synaxarium hoc est, quo anno MDCCCLXVII monasterii patres Codicibus etiam mss. consignare voluerunt memoriam *Canonizationis*, seu sollemnis festivitatis qua S. Martyr novensilis suus in numerum Sanctorum a Pio IX Pont. Max. adscriptus est.

Novembris mensis igitur incipiunt synaxaria a die XXI in *S. Deiparæ Praesentationem*; hic cum Editione Vaticana - Cryptoferratensi conferam Codicem. A die XXIII ad XXVIII post initium synaxarii *S. Archippi* desunt synaxaria usque ad *S. Stephani junioris*, cuius initium deest, amissis foliis. Item hac ipsa die deest *S. Irinarchi M.*

Decembris synaxaria die I ab exeunte *S. Philereti* synax. ad *S. Josephi sponsi* die XXV desunt abreptis foliis. Post synaxarium *SS. Innocentium* cetera desiderantur.

Januarii synaxaria desunt die I, sed synaxario *S. Sylvestri Papæ* die II deest initium, elapsis foliis, atque die XV omissum est *S. Charitinæ M.* Die XVII sub fine synaxar. *S. Speusippi et socc. Mm.* cum duo vacent quaterniones, elapsa sunt omnia usque ad *S. Ananiæ M.* die XXVII.

Mensis Februarii die XXII habetur synaxarium *S. Athanasii Conf.* quod deest in editis, sed die V omittitur *S. Eulogii M.* pro quo transfertur synaxar. *S. Marci monachi.* Die VIII deest synaxar. *S. Arcadii Cypri*, adduntur synaxaria, *S. Cyrilli ep. Jerosol.* d. XI, quod in editis d. XVIII statuitur, et *S. Sabini M*, d. XII. Die vero XVI deest synaxar. *SS. Menigni et Romani Mm*, sed die XVIII aliud synaxar. exscribitur eiusdem *S. Cyrilli Jerosol.* Desunt autem synaxaria, die XXIII *S. Dometii M*, die XIV *SS. Martyrum Cæsareæ*, die XXVI *SS. Calliniei et Basilissæ Mm.* die XXVII *S. Codrati M.* die XXX *SS. XXXVIII Martyrum.*

Mensis Aprilis synaxaria desunt d. II *S. Polycarpi M.* die VI *SS. CL. Martyrum in Persia*, die VII *SS. Rufini et socc. Mm.* die VIII contra additur synaxar. *SS. Rhodionis et socc. App. et Mm.* Sed abest *S. Cœlestini Papae*, et die XIII *S. Eleutherii Persae M.* Item d. XX *S. Anastasii ep.* et die XXI cuncta omittuntur; uti etiam, die XXIV *S. Pasicratis et Valentini Mm.* A die XXV ad diem XXX, amissis duobus foliis, desunt synaxaria, praeter illud *SS. IX Mm. Cyzici*, cuius abest tantum initium. Verum die XXX adpingitur *Memoria cuiusdam prodigii Chartagine* habiti (Cfr. Cod. β γ. III).

Mensis Maii a die IX (huic vacat dumtaxat synaxar. *S. Codrati M.*) ad d. XVI desunt synaxaria, sed huic diei inscribitur aliud *S. Zachariae proph.* Die denique XXVIII vacat synaxar. *S. Helladii M.*

Mensis Junii die IV additur synaxarium *S. Andreæ Cretensis ep.* et d. VI *S. Dorothei ep. Tyri*, die vero VII deest synaxar. *SS. Nicandri et Marciani Mm.* sed omittitur d. IX *S. Pelagiæ M.* Die X desunt synaxaria *S. Timothei* ep. *Prusae* et *S. Canidis*, sed contra habetur *SS. Theophanis et Pansemnæ Mm*: die XVII additur synax. *S. Hypatii Conf.* sed die XXIII synaxarium *S. Aristoclis M.* fine mutilatur, eo enim desinit Codex.

ANIMADVERSIONES

Fol. 88 habetur mnemosynon, unde eruitur Codicem usui fuisse Monasterio Carbonensi in Calabria. Μηνὶ Μαΐῳ εἰς τὴς θ'. ἀπέθανε ὁ ἀρχιμανδρίτης ἡμῶν τοῦ προφήτου Ηλιοὺ τοῦ Καρβούνο (sic) ἀφνέ' ἔτ. χρόνους... *Mense Maio die IX mortuus est noster Archimandrita (S.) Eliae prophetae Carboni an.* 1555 *aetatem agens*..

Exscriptus Codex videtur ex altero Constantinopolitano, nisi idem ipse ex ea regione in Calabriam devenerit. Ritus supplicationis in diem XXV Martii id testatur, quo dicitur: Απερχώμεθα ἐν τοῖς Χαλκοπρατίοις καὶ δοξάζουσιν (οἱ ψάλται) καὶ ἀνέρχονται οἱ πατριάρχαι ἐν τῷ συνθρόνῳ. *Proficiscimur in Chalcopratia, et* (cantores) *psallunt, et conveniunt patriarchae* (si plures forte Cpoli degerent) *in synthrono* (una simul in solio sedentes).

Præterea idem adstruit ea singularis, quæ signatur die XII Aprilis his verbis, memoria. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔτους ,ςυν' ἀνεκομίσθη ἡ τιμία ζώνη τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἀπὸ τῆς ἐπισκοπῆς Ζήλα ἐπὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ρωμανοῦ τῶν βασιλέων. *Eodem die anni* 6950 (942) *delata est pretiosa cinctura Deiparae sanctissimae ex episcopali civitate Zela in urbem civitatum reginam, Constantino et Romano imperantibus.* Vid. MORELLI, Kalendar. Cpolitanum, vol. II, p. 225. Hæc traditio huic anno consignata certe ad trutinam esset revocanda.

Singulare illud etiam in hoc Menologio est, primo quod plures Sanctorum memoriae alios sane dies teneant, quam in Menologio Basiliano: secundo quod plura synaxaria diversa sint, quaedam autem illis prolixiora, uti illud praesertim *S. Gerasimi* (die IV Martii) atque alterum *S. Marci monachi* (die X Martii): tertio etiam quod die XXX Aprilis exhibeatur historia sat longa cuiusdam prodigii quod factum est in Chartagine civitate, quod etiam alibi relatum vidimus, tum altera narratio alterius item prodigii quod tribuitur *S. Patricio:* denique quod inseratur quidam sermo continuo post *Prodigium* S. Patricii, ita inscriptus:

Τοῦ ἁγίου Εφραὶμ· Περὶ τῆς τοῦ κόσμου ματαιότητος, καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν. *S. Ephraem: De mundi vanitate, deque resurrectione mortuorum*, incipiens: Ηδὴ ὁ καιρὸς ἡμᾶς ἐσήγει (sic) εἰς τὴν ἐργασίαν. *Jam tempus nos adducit ad operationem.* In Editione Rom. pluries cit. opp. S. Ephraem datur tom. III, p. 396, sub titulo: Περὶ ἐργασίας ἀγαθῶν... *De exercitatione bonorum operum.*

CODEX TRIGESIMUS TERTIUS

B. γ. VI.

Cod. ms. bombycin. graecus saec. XVIII, constans foliis 312, longitud. metri 0, 29, latitud. 0, 22, exaratus diligentissime a D. Philippo Vitalio hieromonacho nostri Monasterii.

Apographon *Synaxariorum* est, quæ hactenus e Codicibus nostris descripsimus, incip. a die I Martii, et desinens in d. XXVIII 28 Augusti, ita exscriptum ut omnis pagella exarata aliam e ragione inexaratam habeat, qua de causa nescio, an ut interpretatio latina adiungeretur, an ut notulae apponerentur. Item initiales literae omittuntur, postea, credam, rubro colore conficiendae.

In marginibus recensentur nomina Sanctorum, quorum Acta desunt, atque etiam quotquot in Codicibus notitiae reperirentur; cuncta ad horum fidem exscripta.

CODEX TRIGESIMUS QUARTUS

B. γ. VII.

Cod. ms. bombycinus græc. sæc. XVIII, constans foliis 360, iisdem chartæ dimensione et characteris forma gaudens, quibus proxime superior.

Excipit autem *Synaxariorum* apographon e nostris Codicibus a die I Junii ad diem XXVII Augusti, eadem methodo, qua primum exaratum. Hinc subnectuntur aliquot synaxaria mensis Maii.

CODEX TRIGESIMUS QUINTUS

B. γ. VIII.

Cod. ms. chartaceus græcus sæc. XVIII, constans foliis scriptis omnino 78, longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 20, a D. Philippo Vitalio hieromonacho nostro exaratus anno 1727. Synaxaria habet in tres priores menses anni graeci ecclesiastici Septembrem scilicet, Novembrem et Decembrem. Exscripta videntur ad rationem Codicum bombycinorum B. γ. XII, XIII et XIV; cuncta, si quid excipias ex editis, eruta sunt e Codicibus membranaceis Cryptoferratensibus; quædam vero

etiam ex Codd. S. Basilii de Urbe in Biblioth. Vaticanam jampridem invectis, quae synaxaria in fine libri subnectere, eademque charactere mutato pro more habet. Huiusmodi sunt S. *Ananiae Ap.* in diem I Octobr. et S. *Vari M.* in die XXV eiusd. mensis, nec non SS. *Paramoni et socior. Mm.* in diem XXIX Novembris. Ex aliis Codicib. Cryptæferratae exscribuntur synaxaria S. *Barptolomœi Abbatis et S. Martini ep.* in diem XI illius mensis. Porro synaxarii utriusque, cum densiori et difficiliori charactere essent exarata, pone subnexuit apographa grandiore ac nitidiore literarum forma hieromonachus noster Philaretus anno 1864.

Ad opus Vitalianum accesserunt saeculo superiore manu Fulgentii Austinii monachi Basiliani, tum synaxarium S. *Joannis jejunatoris*, cum eius cultus a S. R. C. Romae esset approbatus anno 1731 (Cfr. Animadv. ad Cod. B. γ. 1); tum synaxaria duo S. *Josaphatis ep. et M.* alterum in eius reliquiarum translationem die XXI Octobris, alterum in eius natalem diem XII Novembris, quae compinxit quidem et cum Officiis edidit Josephus Cozza hieromonachus an. 1868, exaravit vero Antonius Rocchi item hieromonachus anno 1872.

CODEX TRIGESIMUS SEXTUS

B. γ. IX.

Cod. ms. chartac. græcus saec. XVIII, constans foliis 80 eiusdem dimensionis, qua proxime superior, ab eodem D. Philippo Vitalio hieromonacho sed anno 1723 exaratus.

Synaxariorum series subsequitur in aliam trimestrem periodum, menses nempe Decembr, Januar. et Februarium.

Accessiones factae sunt ab eod. calligrapho Actorum S. *Euthymii Sardicens. ep.* in d. XXVI Decembris et SS. *Andronici et Juniae App.* in d. XXII Februarii, utriusque eruti e Codicibus S. Basilii de Urbe. Alia tria item synaxaria a se composita addidit Antonius Rocchi hieromonachus, nempe S. *Macrinae senioris* in d. XIV Januar. et S. *Paullæ vid.* in d. XXVI et S. *Petri ep. Sebasteni* in d. VI Februarii.

CODEX TRIGESIMUS OCTAVUS

B. γ. X.

Cod. ms. chartac. græc sæc. XVIII, constans foliis eiusdem atque duo priores dimensionis itemque calligraphiae, exscriptus anno 1723.

Continet *Synaxaria* Sanctorum in tertiam trimestrem periodum, menses nempe Martium, Aprilem et Maium.

At adduntur, sub die XVII Martii synaxaria *S. Alexii* et sub die XXII aliud *S. Basilii Ancyrani M.* ac sub die XXX Aprilis synaxarium *S. Jacobi maioris,* cuncta e Codd. Basilianis eruta.

Hisce omnibus Calligraphus præcurrere facit historiam de translatione Reliquiarum *S. Euphrasii M.* quae Cryptam ferratam ex urbe Roma facta est die XXI Februarii, graece a se concinnatam. Sub die XV Martii idem adnotat: « *Depositio Reliquiarum S. Euphrasii M.* » ea nempe repetitur memoria, qua die sub altari recondita sunt.

Nuper demum Antonius hieromonachus huic Codici alia duo superaddidit synaxaria, alterum quidem ad diem I Maii *S. Mauri,* quod e Cod. Cryptoferratensi Δ. α. XXIX exscripsit, alterum autem sub die XXX eiusdem mensis in memoriam *SS. Basilii et Emmeliae* S. P. N. Basilii Magni parentum, quod idem ipse una cum officio eorundem Patrum conscripsit.

ANIMADVERSIONES

In fine libri manu D. Jos. Cozza legimus: Τῇ ὀψὲ ἑσπέρᾳ τῆς ἁγίας Ἀναλήψεως τοῦ ιχθυς (*ιησοῦ χριστοῦ θεοῦ υἱοῦ σωτῆρος*) ἐν ἔτει ϡωνε' Ηἱς θ'. πάπα τῆς παλαιᾶς ῥώμης τὴν ἁγ. εἰκόνα τῆς Θεοτόκου τῆς Κρυπτοφέρ'ης προσκυνήσων τρίτος ἦλθεν. *Sero post Vesperas S. Adscentionis Jesu Christi Filii Dei Salvatoris anno MDCCC'.V Pius IX Papa veteris Romae sacram Deiparae Cryptaeferratae imaginem veneraturus tertio advenit:* scilicet e castro Gandulphi, ubi postridie solemnem Catholico orbi benedictionem impertitus est.

CODEX TRIGESIMUS NONUS

B. γ. XI.

Cod. ms. chartaceus græc. sæc. XVIII, constans foliis scriptis 73, eiusdem dimensionis atque proxime superior, eademque manu et ætate exaratus. Excipit *Synaxaria* per Junium, Julium et Augustum. Cum tum temporis apud nos recoleretur *Basilii M.* festum etiam die XIV Junii, synaxarium eius suffectum est in fine libri a Fulgentio Aŭstinio monacho.

Absoluta synaxariorum serie Calligraphus addidit de more alia eruta e Codd. S. Basilii de Urbe, nempe *SS. Theophanis et Pansemnae* die VIII Junii, *SS. Barptolomaei et Barnabae App.* d. XI, *S. Onuphrii* die XII, *S. Elissæi proph.* die XIV, *S. Agrippinæ M.* die XXIII eiusdem mensis, *S. Andreæ Cret.* d. IV Julii, *S. Stephani Ep. et M.* die V huius mensis. Appactis initio foliis idem Antonius hieromon. conscripsit synaxar. *SS. Cyrilli et Methodii epp.* d. V Iulii.

Josephus Cozza mnemosynen hoc adpinxit: Τῷ μηνὶ Ἰουλίῳ τῇ β'. ἔτος ϡωνα' Πίος θ'. πάπα ῥώμης σὺν τῷ βασιλεῖ τῆς Νεαπόλεως καὶ αὐτοῦ πάσῃ οἰκείᾳ βασιλικῇ προσκυνήσαντες τὴν τῆς ἀμώμου Θεοτόκου εἰκόνα ἦλθον. Πάντες εἰς τὸ κοινόβιον εἰσελθόντες καὶ βιβλιοθήκην ὄψοντες. Χωρὶς τῆς βασιλικῆς καὶ τῶν συγκλιτικῶν, εἴσοδος ταῖς ἄλλαις γυναιξὶν οὐκ ἀνεῖται. *Mense Julio die II, anno MDCCCLI Pius IX Roman. Pontifex cum Rege Neapolitano et huius regia domo veneraturi Deiparae immaculatae imaginem advenerunt: cuncti Coenobium subeuntes, et Bibliothecam visitantes. Ingressus Reginae, eiusque ornatricibus faeminis concessus est, ceteris mulieribus prohibitus.*

CODEX QUADRAGESIMUS

B. γ. XII.

Cod. ms. bombycinus graecus saec. XVII, constans foliis 71, longitud. metri 0, 28, latitud. 0, 22, bono charactere exaratus, *Synaxaria* complectitur a die I Septembris ad d. XXI Decembris.

Cum usui Monasterii nostri destinarentur, praecipua tantum seu quae in Menologio priora dantur pro singulis diebus acta transcripta sunt, eorum nempe Sanctorum, quorum apud nos memoria recoleretur. Verum pro festo S. *Nili* Monasterii fundatoris, sub d. XXVI Septembris, exscribitur synaxarium e Codice membran. B. β. II; sed pro festo S. Barptolomæi d. XI Novembris, novum quoddam breve admodum concinnatur, quo tamen in præsens non utimur. Cetera ad fidem Codicum quos supra descripsi, redacta sunt.

CODEX QUADRAGESIMUS PRIMUS

B. γ. XIII.

Cod. ms. bombyc. græcus sæc. XVII, constans foliis 59, eiusdem dimensionis et characteris quam prior, cuius extat tomus alter, complectens *Synaxariorum* ordinem in Monasterii usum a die I Januarii ad d. XXX Aprilis.

CODEX QUADRAGESIMUS SECUNDUS

B. γ. XIV.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVII, constans foliis scriptis 67, longit. metri 0, 28, latitud. 0, 21, bonae notae, nigro charactere o-

mnino exaratus. Extat tomus tertius *synaxariorum* saec. XVII, qui epitomen Actorum Sanctorum in Maium, Junium, Julium et Augustum menses complet.

ANIMADVERSIONES

Seriem Synaxariorum, quae tribus hisce numeris recensui, aliunde accipimus opus extitisse D. PHILARETIS FATTORINII, qui floruit saec. XVII exeunte: illi enim tribuit D. Placidus Schiappacasse in recensione librorum, quam scripsit an. 1727 jussu D. Epiphanii Stawiski ab. (Cfr. PLATEA Monasterii Cryptæ ferratæ an. 1704, f. 700).

CODEX QUADRAGESIMUS TERTIUS

B. γ. XV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XIX, compositus octo quaternionibus duplicis dimensionis, exaratus bono charactere, grandioribus literis sæpe varie pictis, quandoque libellis ornatu praetextis. Scripsit JOSEPHUS COZZA monachus Basilianus. Sunt *Synaxaria* in menses Septembrem, Januarium, Februarium et Martium. Octobris vero et Aprilis mensium tantum inchoata series reperitur: singulis Actis praefigendi tituli desiderantur multi.

CODEX QUADRAGESIMUS QUARTUS

B. γ. XVI.

Cod. ms. chartac. latinus sæc. XVIII, constans quaternionibus 18, longit. metri 0, 20, latitud. 0, 14, manu D. DEMETRII TITI hieromonachi postea et Ab. Cryptoferratensis conscriptus. *Synaxaria* graeca in usum Monasterii in latinum sermonem versa, nempe a die I Martii ad XXX Augusti quotquot occurrunt in Editione Urbinate an. 1727. Titulus ms. hic praefigitur: « *Synaxaria semestria autographa ex vetustissimo Bi-* « *bliothecæ Cryptæ Ferratæ codice græco, iussu Basilii Imperatoris* « *Porphyrogeniti exarato, latine reddita a P. Mag. D. Demetrio Titi* « *Ord. S. Basilii, anno Domini* 1716 *ex mandato Summi Pontificis* « *Clementis XI.* »

De hoc opere Placentinius noster in Diatriba *de Sepulchro Benedicti IX* p. 13, cum revocasset editionem eamdem Urbinatem synaxariorum graecorum, in nota I haec adjicit: «...quorum semestre a men- « se Martio incipiens, eruditorum votis exoptatissimum, et quod a cl.

« Leone Allatio et Ughellio t. 6. Ital. Sac. ut deperditum deplorabatur, « in nostra Bibliotheca delitescens, Rmus noster abbas sac. Theol. « Mag. D. Demetrius Titus iussu Clementis XI primus latine reddidit « (versionis GERMANUM EXEMPLAR apud nos adhuc servatur), eidemque « Summo Pontifici obtulit An. D. MDCCXVI. Quo magis miror, in- « terpretationem tanti Viri oblivioni penitus datam esse, immo nescio « quo pacto factum sit, ut in Edit. græco-latina Urbin. sola mensis « Augusti in latinum translatio monachis Cryptoferratensibus attribua- « tur. »

CODEX QUADRAGESIMUS QUINTUS

B. γ. XVII.

Cod. ms. chartac. italicus sæc. XVII, constans foliis scriptis 164, longitud. metri fere 0, 22, latitud. 0, 15, exaratus est ab ATHANASIO Rossi hieromon. Cryptoferratensi, *regnante Innocentio Papa X.*

Continet *Synaxaria* per universum anni cursum in Monasterii usum, italico idiomate donata ab eodem cl. Viro, quibus addidit sub synaxarii forma historiam sane brevem de vita, martyrio et Beatificatione *S. Josaphat ep. et M.* Ordinis nostri.

ANIMADVERSIONES

Fol. 163. Narratio græco-vulgaris additur de opere quodam ab Abate CECI et Episcopo Tusculanensi SCANAROLA suscepto ad reperienda corpora *SS. Nili et Barptolomœi*, Monasterii nostri conditorum. Incipit: Ηθελεν νὰ εὑρίσκῃ τὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων Νείλου καὶ Βαρθολομαίου λείψανα, ἐπσία στέκουσι ἐκεῖ. *Ut reperirentur SS. PP. NN. Nili et Barptolomaei reliquiae quæ latent ibi.* Scriptit D. Romanus Vassalli.

CODEX QUADRAGESIMUS SEXTUS

B. γ. XVIII.

Cod. ms. membran. græc. saec. XII, complectens nunc folia 120, longitud. metri 0, 32, latitud. 0, 23. MENOLOGIUM quidem praestantissimum excipit, de quo sub num. Δ. α. XXXII erit agendum, sed nunc peculiari recensione insignitur propter *Synaxaria* sane plurima quae continet in menses Octobrem, Novembrem, Decembrem et Januarium.

Porro series ista aliis magnopere excellit, exhibet enim synaxaria plus minus diversa ab illis, quae det Menologium Basilii, centum et viginti octo, quotquot nimirum in nostris schedis recensentur nomina

Sanctorum heic studio praetermissa. Nova prorsus sunt Acta SS. Mm. *Mennæ, Victoris, Vincentii et Stephanitidis* die XI Novembris, quae in Editis una lectione comprehenduntur: item *S. Gregorii Acritensis*, quod synaxarium deest in Menologio. Longe vero prolixiora, quam quæ in Editis, occurrunt Acta *SS. Joannis Chrysostomi, Andreæ Ap. Eustrathii et socc. Mm. Danielis proph. et SS. patrum David regis, Josephi sponsi et Jacobi Adelphothei*, quorum festus dies, non uti alibi in Dominica post Nativitatem, sed Dominica proxime superiori agitur.

ANIMADVERSIONES

Ad diem VI Octobris summo margine haec notantur: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκοιμήθη ὁ ἀδελ. βαρουα (?) φριξ καθηγ. μον τοῦ ἁγίου ἀγγέλου τοῦ β.. ου τὸ ἔτος ,ς(ται) ιδ'. ινδ. κτ'. (ιδ ὁ θεὸς ἀναπαύτεος). *Hac ipsa die mortuus est frater Barua Phyræ (?) praepositus monasterii S. Angeli B.... anno* 6914 (1406) *indict. XX....*

Ita Codex sed corrige: primo Indictionem, quæ potius signanda est, «ιδ' seu XIV» (Vid. GARDTHAUSEN, op. citat. pag. 457). Suppleas deinde lacunam, ita ut legas Βησινιαιοῦ seu *Bisiniani*, cuius Monasterium nominatur inter possessiones Cœnobii Cryptoferrat. confirmatas a Paschalio Papa II ad Nicolaum Abbatem. Monasterii S. Angeli nulla fit mentio in Actis Visitationis regularis habitae an. 1551, quam refert Montfaucon (Palaeogr. graec. p. 112), proinde ante id temporis illa mansio Basilianis defuerat.

CODEX QUADRAGESIMUS SEPTIMUS

B. γ. XIX.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XIX, complectens folia omnino 60, longitud. metri 0, 34, latitud. 0, 23, bono charactere, diligentique correctione exaratus. Grandiores literae saepe figuris, more maiorum, compictae sunt, et rerum capita praetexta videmus ornatibus vel calamo ductis vel pennicillo eleganter depictis.

Synaxaria sunt in menses Martium, Aprilem, Majum et Junium non expletum, exscripta a D. SABA monacho Basiliano e Codicibus synaxariis Philippi Vitalii.

CODEX QUADRAGESIMUS OCTAVUS

B. γ. XX.

Cod. ms. bombycinus lat. saec. XVI labentis vel XVII ineuntis, constans foliis scriptis 63, longitud. metri pl. 0, 16, latitud. 0, 11, exaratus videtur a D. ALEXANDRO FORT. A TROYNA. Madore superiores margines multi defluxerunt.

Est KALENDARIUM perpetuum proprium N. Ordinis pro monachis ritu latino *officium* psallentibus. Recentior manus inscripsit die XII Nov. nomen *S. Josaphat* ep. et m. qui in beatorum cœlitum numerum relatus erat ab Urbano VIII an. 1644, quem proinde annum Codex præierat.

CODEX QUADRAGESIMUS NONUS

B. γ. XXI.

Mss. chart. italica, duo nempe libelli longitud. m. 0, 27, latitud. pl. 0, 19. Alter est *Catalogus* praecipuorum Sanctorum nostræ congregationis Basilianæ alphabetico ordine digestus. Bono charactere exaratur, et ad saec. XVII pertinere videtur.

Alter est idem *Catalogus* Sanctorum ætatum ordine dispositus ab EPIPHANIO MAZIO saec. XVIII. Plerisque Sanctis affigitur annus aut etiam dies emortualis, de multis autem adnotantur scriptores historici, in primis vero Bollandus.

CODEX QUINQUAGESIMUS

B. γ. XXII.

Codex ms. chartac. graec. sæc. XIX, constans duodecim libellis in totidem anni menses, unoquoque libello composito foliis sexaginta quatuor, altitud. metri 0, 26, 5, latitud. vero 0, 20.

Est *Kalendarium* magnum Sanctorum in singulos anni dies, quotquot nempe Sanctorum ex Codicibus Bibliothecae Cryptoferratensis reperiri potuerunt, cura et studio THEODORI TOSCANI hieromonachi Cœnobii nostri.

Ad coronidem magni Kalendarii postea ANTONIUS hieromon. eiusdem Monasterii pro singulis diebus appinxit aliud Kalendarium redactum ex menaeis Venetis saec. XVI et XVII: et multa etiam inseruit ex Menologio Basiliano atque ex aliis vel editis vel manuscriptis.

Praeterea notulis et signis ad margines perpetuo adnotavit, quorum Sanctorum vel *canones* seu hymni in Menaeis Venetis, vel *synaxaria* in Menologio Basiliano, aut in Codd. nostris continerentur.

Qua occasione et qua mente primum Theodorus, inde post eius mortem alius monachus in illud elaboraverint, vide quae hac super re in Prolegomenis disseruimus.

CODEX QUINQUAGESIMUS PRIMUS

B. γ. XXIII.

MS. chartac. latinus. saec. forte XIX ineuntis constans foliis 32, quorum extremum elapsum est, longitud. metri pl. 0, 26, latitud. pl. 0, 19 exaratus ab Epiphanio Mazio.

Excipit Kalendarium quadruplex Sanctorum, quorum per totum anni cursum Ecclesia graeca memoriam agit: collectum nempe e Codice *Morcelliano*, *Menæis Cryptoferratensibus*, atque e Menologiis *Capuano* et *Corcyrensi*.

ANIMADVERSIONES

Primus igitur locus datur Cod. *Morcelliano*, excipienti *Kalendarium Eccl. CPtanæ*, quod edidit cl. Morcellius S. J. an. 1788, perinde quasi conscriptum saec. VIII, quod nobis non omnino probatur.

Tum veniunt *Menaea Cryptoferratensia*, quae ecgrapha pertinent ad saecula XI vel XII ex Codd. plus uno sæculo vetustioribus.

Tertio exhibetur *Kalendarium Capuanum*, credo equidem ex apographo Evangeliarii illius quod elucubravit *Ph. Vitalius*, nobis vero alibi describendum.

Quarto denique succedit ceteris *Menologium Corcyrense* ex Evangeliario illius civitatis, de quo plura diximus in Codice A. α. II.

CODEX QUINQUAGESIMUS SECUNDUS

B. γ. XXIV.

Cod. ms. graecus saec. XIX, constans foliis permultis longitud. m. 0, 37, latitud. 0, 12, exaratus ab Antonio hieromon. Basiliano. Catalogus magnus alphabetico ordine digestus omnium nominum Sanctorum qui in Graecorum fastis sacris, nempe in Menaeis, recoluntur. Haec autem nomina ex diligenti supputatione sunt pene duo millia quadringenta et sex, quotquot nimirum referunt Venetae editiones saec. XVI et XVII, quorum si hinc aliquot repetita excipias vel non rite inserta, inde vero adlegas nomina Sanctorum, qui in Slavoniae sat pauci at in Italiae partibus sane plures floruerunt, huic numero non modo nihil deducendum, quin potius aliquid addendum esse deprehendes.

SERIES QUARTA

CODICES MORALES

CODEX PRIMUS

B. ∂. I.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis integris 127, longitud. metri pl. 0, 15, latitud. 0, 12, mutilus principio, medio et fine. Membranae crassiores charactere sat bono exaratæ, sed margines conspersi plerique notis et additionibus quæ magnopere Codicem augent; deteriori autem manu serius scriptæ sunt.

Est igitur Codex in nostris praestantissimus, ut qui rarus est, ne dicam unicum, in rebus de *Jure Canonico* quas exhibet, quapropter mutilata plura ac deperdita magis lamentanda sunt.

Fol. 1. Finem habent Canones S. NICEPHORI PATR. CP. Tum mox veniunt selecta quaedam responsa canonica TIMOTHEI ALEXANDRINI, quæ edidit Em. Card. Pitra (Juris Ecclesiast. Graecor. hist. et Monum. tom. I).

Fol. 2. vers. Habetur historia de septem *Conciliis œcumenicis* a Nicæno I ad Nicaenum II, quos inter decursus annorum etiam notatur.

Fol. 10. Historia de *Synodis localibus* seu provincialibus, quæ novem omnino supputantur ab Antiochena I ad Carthaginiensem.

Fol. 17. Canones *Apostolici* ita nuncupati: sed excerptum aliquid brevissimum datur.

Fol. 18. S. P. N. BASILII ARCHIEP. CÆSARIENSIS *Historia de Ecclesiastica Mystagogia*, quam plures, opus aetate posterius, GERMANO PATR. CP. tribuunt. At enim cum nos tractatum satis diffusum recognossemus, nunc est in votis agnoscere, utrum textus hic graecus conveniat nec ne cum versione latina, quam idem vir Emus felici cum omine se reperisse existimat.

Fol. 36. v. ad calcem: Τοῦ ἁγ. Μεθοδίου πατριάρχ. ἡγουμένου (sic) Περὶ τῶν ἐξ ἀρνήσεως ἐπιστρεφόντων. *S. Methodii patriarch. œcumenici. De iis qui ex abnegatione* (apostasia) *revertuntur.* Edidit etiam Pitra (op. cit. t. II, p. 362).

Mox post Canonem citantur duae orationes dicendae *super eos qui ex abnegatione revertuntur,* quarum prior incipit: *Justus es, Domine, et recta iudicia tua*: altera vero: *O Deus Salvator noster qui per prophetam...* At hic dolemus amissionem duorum saltem foliorum.

Fol. 38. Redeunt Canones Apostolici, ea pars scilicet quae venit sub vulgari nomine *Symeonis Cananaei*, nempe *De Clero, De Catechumenis et Baptizandis.*

Fol. 39. v. Hos pone sequuntur Canones sub nomine *Pauli Apostoli* ad Episcopos et Presbyteros. Hosce ac superiores canones edidit cl. Card. Pitra (op. cit. t. I pagg. 60-67).

Fol. 41. *Canones SS. Patrum qui Constantinopolim convenerunt in Trullum regii palatii.* Incipit; Εδοξε τοῦτο τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ καλλιστά τε καὶ σπουδαιότατα ὥστε... *Illud huic sanctæ Synodo rectissime et studiosissime placuit ut...* Est Canon II in Edit. Pitrae: pergit autem usque ad subscriptiones quarum, sex primis recitatis, ceterae omittuntur.

Fol. 57. v. *Canones SS. Patrum qui Nicaeam convenerunt in Dextero, an. a creatione mundi 6290 (An. 782,.. Indict XI,..)* Prætexitur inscriptio: Οτι δεῖ τοὺς θείους κανόνας παραφυλάττεσθαι. *Quod oportet divinos Canones observari.* Processu universo Canones supra viginti, non *duo* ut in cit. Editione (tom. II. pagg. 193-121), sed *quatuor* numerantur, eo quod vigesimus secundus in *duos* iterum tribuitur. In fine omnium deest, quod in pluribus Codd. adest illud μόνον μετ' εὐλαβείας. His autem alia manus in margine alios suppingit Canones.

Fol. 63. *Canones editi a sancta et magna Constantinopolitana prima et secunda synodo;* sic absolvitur graece titulus. Incipiunt autem exscribi Canones a IX, Τοῦ ἀποστολικοῦ καὶ θείου κανόνος, ad finem usque Canonis XVII, sed continuo subnectuntur Canones *Concilii Photiani.* In titulo mendum irrepsit ἓξ *sex* pro ἑπτὰ *septem,* uti scribi oportebat: cetera, ne illa voce οἰκουμενικῆς excepta, servantur. Studio autem, crediderim, omittitur a catholico collectore, qui sibi suisque tantum scribebat, Canonem primum, quo mira Photius sibi tribuit.

Fol. 67. v. Delectus Canonum ex *Synodi Carthaginensis sanctis et venerabilibus patribus CCXVII,* illius nempe quae, Honorio imperante, Carthagine habita est (Cfr. Theod. Balsam. apud Migne Patrol. graecor. t. CXXXVIII).

Fol. 70. v. S. Basilii *De lapsis virginibus.* Margine additur græce *caput II,* nempe eiusdem b. Viri *epistolae* ad Amphilochium, quam edit Pitra op. cit. t. I. p. 586, scilicet a num. 18 ad 21 exclusive.

Fol. 72. v. S. Basilii alii canones veniunt morales et pœnitentiales.

Fol. 84. Constitutiones e Novella XXV, quas sequuntur alia ex aliis excerpta legibus civilibus (Cod. Justinian. e Digestis et Novellis Imperatorum CP.) et Ecclesiasticis, *Conciliorum* nempe et *Patrum*. E synodis porro citantur *Nicæna*, *Chalcedonensis*, *Antiochena*, *Gangrensis*, *Sardicensis*, *Laodicensis et Ancyrana*.

Fol. 111. Nicetæ *monachi et presbyteri monasterii Studitani ad Francos seu Latinos*. Oratio *de Azymis*, cuius initium: Εἰ ἔστι ἡ σύνεσις φησὶν ὁ σοφὸς, ἀποκρίθητι τῷ πλησίον καὶ μὴ κωλύσῃς λόγον. *Si est tibi intellectus, ait Sapiens, responde proximo et ne prohibeas sermonem.* Jam vero *Nicetas* iste, cui agnomen τηθάτος seu *Pectoratus* fuit, scripsit contra Latinos et Armenos, testibus Possevino et Allatio (Diatriba de Nicetis); in Latinos praesertim invexit cum opusculis de *Spiritu Sancto*, de *Azymis*, de *Sabbato* et de *nuptiis* Sacerdotum.

Quamquam latinum huiusmodi dissertationis textum habeat Migne (Patr. graec. t. CXX), et Card. Maius (Bibl. nova Patrum tom. VI) referat opella Nicetae cum eorum initiis, nullibi tamen ea vidi quae responderent principiis, qualia traduntur in nostro Cod. idque nedum in ista de *Azymis*, sed neque in aliis tractationibus.

Fol. 119. v. Adest eiusdem auctoris tractatus alter de *Jejunio* Sabbatorum, cujus initium: Φέρε δὴ ἀποδείξωμεν ὑμῖν. *Jam agite demonstremus vobis.* Convenit ratio ista exordiendi magis cum illa, qua diatribas hujusmodi semel et iterum inchoat Nicetas Mytilenaeus: Φέρε δὴ ὦ Λατῖνε. - Φέρε δὴ νῦν ἴδωμεν (Fabr. cum Harl. t. VII. p. 756). Verum ista et quæ infra sequuntur, mihi unius sermonis breves partes potius videntur, quam peculiares elucubrationes.

Fol. 120. v. Incipit alius sermo, cuius tamen prae maculis folii neque titulum neque ex initio aliud inspicere potui nisi rubram lit. A.

Fol. 122. *De nuptiis* (sacerdotum), quam graece vocem pagella maculata legi non sinit. Inc. Τίς δὲ ὁ παραδοὺς ὑμῖν. *Quis autem tradidit vobis.*

Fol. 125. *De Spiritu Sancto*, seu de processione Spiritus Sancti a Patre tantum. Incipit: Τινὲς μὲν λέγουσιν ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Quidam dicunt quod Spiritus Sanctus* « non a Patre solo, sed etiam a Filio procedat. » Tum folio v. homo haereticus frustra affert *Damascenum*, et fol. 126. v. *Nyssenum (De Trinitate)*, tamquam blasphemiæ suae adsertores. Ex his igitur in medium adductis opusculis Nicetæ assequimur, cum auctor floruerit an. 1053 (Fabric. ed. Harles t. VII, p. 715), Codicis aetatem regredi etiam posse ad saec. XII, neque adjectiones marginales multum inde abesse.

Fol. 127. v. Symbolum S. Athanasii, regula universae Fidei; sed brevi intercipitur, deficiente Codice cui lacinia adjacet.

CODEX SECUNDUS

B. δ. II.

Cod. ms. chartaceus latinus saec. XVII, constans foliis scriptis 112, longitud. metri fere 0, 20, latitud. 0, 13. Complectitur « *Constitutiones monachorum Ordinis S. Basilii M. Congregationis Italiae.* » Praecurrit eis decretum *Em. Julii Antonii* (Sanctorii) *Card. Praenestini,* vocati *Sanctae Severinae,* super iisdem constitutionibus, incip. *Cum praeclare admodum et copiose S. P. Magnus Basilius* etc. Datum Romae XVIII Kal. Julii an. a Nativ. Domini M. D. XCVIII.

Fol. 86. Absolutio ab omnibus casibus etiam Pontifici reservatis danda Monachis in articulo mortis, inc. *Dominus noster Jesus Christus per merita suae sanctissimae Passionis.* Auctor prioris et subsequentis scripturae latet.

Fol. 97. *Ritus accipiendi Novitios ad religionem,* et *Ritus recipiendi monachum ad professionem monasticae Regulae.* Hae sunt latinae versiones, eaedemque compendiariae ex iisdem *græcis* ritibus.

CODEX TERTIUS

B. δ. III.

Cod. ms. bombycinus latinus saec. XV pene labentis, constans foliis adnumeratis 161, longitud. metri 0, 29, latitud. 0, 20. Characteris genus non valde illi absimile, quod videbimus in Codd. *Juris civilis* Z. γ. I et II. Grandiores quaeque literae coloribus pictae: initio vero libri adiacet pictura quaedam rudis, exhibens Oratorem ex Dominicano ordine stantem in suggesto, cui coronam fideles faciunt. Supereminet cunctis galli gallinacei species. Margini inferiori subnectitur stemma laureo serto redimitum, cuius in clypeo rubro stat media area caerulea ac transversus praecurrit balteus albus.

Excipit opus quadragesimale sacrarum orationum, quas ad populum habuit FR. STEPHANUS A TARANTO ex Ord. S. Dominici; et prætextus primae pagellae titulus est: *Quadragesimale excellentissimi sacerdotis theologi doctoris, magistri Stephani a Taranto ordinis Praedicatorum,* « absolutum an. 1478 d. 27 Decembris » ait D. Placidus Schiappacasse hierom. noster in sua Codd. recensione. Sermonum autem ordo habetur in subtexto Indice, cujus ad calcem haec inscribuntur: *Explicit tabula huius voluminis. Laus sit Trinitati Augustae.*

ANIMADVERSIONES

Amanuensis authographon male deletum est ut vix aliquid interspici possit nempe: *Ego* (ast idem delevit, et persona tertia usus prosequutus est) *Frat..... sua propria manu. Scripsit...*

Tum apparet. *Ex. enim dedi.* D. Romanus Vassallius abbas appinxit: *Hic liber est Monasterii Cryptaeferratae.*

Verum in fine Prologi, qui praemittitur sermoni de Jejunio, scribitur ab amanuensi: «*Explicit prologus*, 1478 *die* 28 *Novembris*» et mox infra subscriptio abrasa legi sinit *Ego Anselmus.* Idemque, quisquis scriptor iste sit, absoluto sermone ultimo appingit haec: «*Completo opere illi sit laus honor et gloria, qui est Apha et O* (sic). *Concurrente anno dni* 1478*: Die* 27 *Decembris.*»

At post subscriptionem P. Vassalli legitur charactere bene composito et magis vetusto scriptum: *Hic liber pertinet fri Gaspari Canris provincie Aragonie ordis prædicatorum Divi pris dnici.*

Explicit postremo cuncta haec nota. «*De diletione inimicorum*» *Grande certu et per fermo e ala carità role dismenticarse de le injurie a lei illate. De la qual cosa molto e comendato Julio Cesare Imperatore come appare per Svetonio et augustino in epistola ad Marcellum. Il quale de niuna cosa se dismenticava excepto que de le iniurie a lui illate. Et Svetonius ait quod audita morte sui emuli pias lacrimas continere non potuit. Da questo e laudato ancora octaviano 2° inperador di roma. Ma molto maior virtute e per fermo si e amar quillor li quali te anno iniuriato, quemadmodum fece el nostro Salvatore. Il qual per la diletione di miseri peccatori exposse sua propria vita pertanto questa matina si invita il auditorio a la diletione di nostri inimici dicendo diligite inimicos vestros.*»

Post sermonem *de Cecitate mentis* fol. 55 verso, subnectitur hoc carmen italicum, vulgo *Sonetto*, quod solutis nexibus exscribimus.

Ponas in propria particula de peccato superbiae: Poeta vulgaris dicit.

Io son la mala pianta de superbia
che generai de chiascaun vicio el sieme
e quel tal non ama idio ne teme
che se nutrica de questa mia herba.
Io sono ingrata arrogante e acerba
per cui el mundo pianze et geme
yo son nel gran cose nel extreme
colley che compaghia rompe e disverba
Io sono un monte fra cielo et terra
che chiudo alliochi vostri quella luce
chel sole de la Justicia a voi conduce
Con summo bene sempre vivo in guerra
Vero, e, che quando regno in majore pompe
Ejiu mi tralocha e tutta in trami disrompe.

CODEX QUARTUS

B. δ. IV.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XVII, constans foliis longitud. metri 0, 12, latitud. 0, 8. pulchello exaratus charactere, et maxima cum diligentia exscriptus.

Titulus libri est: *Regulæ Communes S. P. N. Basilii Magni Cæsareæ Cappadociae Archiepiscopi.* Epitome est Regularum et Constitutionum redacta ex operibus asceticis S. Patris pro Congregatione Rutenorum monachorum nostrorum utriusque sexus. Porro Congregatio ista instituta fuit an 1624 a SS. Patre Urbano papa VIII, rogatu Rmi. Metropolitae Velamin Rutski. Videsis quae hac super re adnotavit P. Conterius noster in Vita S. Josaphat Ep. et M. (Cfr. Cod. B. β. XXI, et Edit. pagg. 89 et seqq.)

Jam vero hoc Regularum compendium, praemissis paucis de *Fine vitae religiosae* nec non *de mediis ad hunc finem consequendum*, quatuor capitibus circumscribitur universum, quae nimirum sunt tria religiosorum vota *Paupertas*, *Castitas et Obedientia*, quibus accedit alterum de *Ratione vitae Communis*.

ANIMADVERSIONES

Compendium istud quod primo monachis datum est, mox etiam monialibus Basilianis traditum esse accepimus a M. Chatarina Sapieha, quae monasterium condidit Minsk in regno Poloniae. Exemplar ms. ibidem omni religione adservatum, anno 1771 (polonice) editum est in Typographia PP. Basilianorum illius civitatis. Postremo an. 1854 recusa est Romae duplex editio, altera quidem italica, altera vero polonica, adjecta rerum spiritualium appendice, cura R. Abbatissæ Macrinæ Mieczyslawksa.

CODEX QUINTUS

B. δ. V.

Cod. ms. chartaceus italicus saec. XVIII, spissus quaternionibus duodecim, quorum quisque constat foliis octo longitud. metri 0, 28, latitud. 0, 20, fine mutilus.

Est italica interpretatio autographa *Regularum brevium* S. Basilii M. facta a D. Dominico Mancinelli hieromonacho Cryptoferratensi. Continuatur opus usque ad Reg. CCLX, qua desinit extremus quaternio. Utrum typis destinaretur nescimus: profecto res perutilis esse poterat illis praesertim Monachis religiosisque viris cuiuslibet ordinis, qui latino idiomate minime callerent.

CODEX SEXTUS

B. δ. VI.

Cod. ms. chartaceus italicus saec. XVIII, constans foliis omnino 129, longitud. metri 0, 31, latitud. 0, 21.

Italica interpretatio exscipitur quorumdam operum asceticorum S. P. N. Basilii Magni.

Fol. 1. *Constitutiones* monasticae cum Proœmio. De harum *authentia* vid. Garnier Opp. S. Bas. Paris. 1722 tom. II, p. XLV.

Fol. 38. *Regulae fusius tractatæ*, quibus praecurrit item Proœmium. Ast opus abrumpitur in Interrogatione XLVI, quae in editis est L, uti heic et alibi mutavit cl. interpres.

Fol. 80. *Institutiones* monachorum, tres tantum priores cum Procemio.

Fol. 91. *Sermo de Fide*, alter *de Judicio Dei*. Sed immutato ordine quo dantur in Editione, necesse fuit ut breve procemium, quod subtexitur sermoni de *Fide*, appingeretur sermoni de *Judicio Dei*, sed exstat inexpletum.

Fol. 104. Procemium *Regularum brevium*, quas pone sequuntur *Interrogationes* tantum duodecim.

Fol. 120. Libellus qui incipit ab Interrog. 282 Regg. brevius tractat: « *Si linguis hominum loquar et Angelorum* » usque ad illa verba « *atque ad aedificationem fidei utilius* » Interrog. 304.

Fol. 128. Brevis tractatio *de Diaconissis* et de *Diaconia*, tamquam « *praefectura monasterii Sanctimonialium* »

ANIMADVERSIONES

Quae cuncta intercipiuntur fol. 1 et 80 tum elaborata mente, tum exarata manu sunt a R. P. D. Benedicto Monaldini S. Theologiae lectore; quae contra exscribuntur inde ad fol. 104 exclusive, alium stylum eumdemque exhibent elegantiorem. Scriptor autem idem mihi videtur, qui Cod. superiorem B. ∂. II. exscripsit.

Alia etiam prorsus manus scripturae dat nobis *Procemium Regularum brevium:* et alia demum *Procemium Regulis fusius tractatis*, quod mera exscriptio est operis P. Monaldini quod sub fol. 38 retulimus. At profecto sæc. sup. plures Regg. Basilii sive interpretandis sive declarandis incubuerunt, quos inter recensendus est etiam D. Nic. Oliverius.

CODEX SEPTIMUS

B. ∂. VII.

Cod. ms. chartac. italicus saec. XVII, plurimis foliis compositus, at divisim scriptis omnino centum, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13, bono charactere ac non sine diligentia exaratus.

Excipiuntur *Constitutiones Ordinis Vallis Umbrosae* innovatae an. MDLXXV ex Decreto Gregorii Papæ XIII an R. S. MDLXXIII, et confirmatæ litteris Emi. Protectoris Card. Vincentii Justiniani. Decreti porro pontificii et literarum Cardinalis exemplaria praecurrunt: quas pone veniunt *Constitutiones* illæ italico sermone exscriptae.

Post quaedam folia vacua exscribuntur aliquot peculiaria iussa edita in capitulis Generalibus, atque inscriptionem hanc praeseferunt: » *Rinnovazione e Conferma di alcuni Ordini fatti nei passati Capitoli, e di alcuni fatti nel Capitolo presente, celebrato al Monastero di Passignano sotto il dì 27 Aprile 1625*: et autographice adjicitur » *nel quale Capitolo era Generale D. Averando Nicolini di Firenze.* »

Idem ipse initio libri ista praetexuit: « *Sono a uso di D. Averando Nicolini da Firenze Abbate di Vallombrosa quest'anno 1630.* »

CODEX OCTAVUS

B. δ. VIII.

Cod. ms. chart. latin. saec. XVII, constans foliis scriptis prorsus triginta et octo, longitud. metri 0, 20, latitud. 0, 14.

E characteris forma totum librum adjudicandum arbitror auctori CARD. FRANC. NERLIO; quantum enim ex eiusdem subscriptione in Cod. Z. γ. X. conjicere possim, una manus mihi visa est.

Excipit *Conclusiones Canonici Juris*, seu uti recentius inscriptum traditur: « *Liber argumentorum DD. Advocatorum concistorialium almae Urbis* » et alibi inscribitur « *Argumenta quae fiunt ad Advocatos doctorandos.* »

Conclusionum initio praecurrit Index alphabeticus, at sane brevis.

CODEX NONUS

B. δ. IX.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XVII, continens folia scripta 55 longitud. metri 0, 18, latitud. 0, 12, humiditate ad marg. inferiorem aliquantum corruptus, bono charactere ad typoideam confecto, neque tamen sine mendis orthographicis. Conscripta habetur sat brevis *Epitome Concilii Tridentini*, sive potius S. Synodi perhibentur *Canonum* argumenta. Auctor quoad Deiparae Conceptionem sic ait: « *Illud certissimum puto beatam Virginem non fuisse exemptam a debito seu periculo contrahendi peccatum originale: haec satis ex sententia theologorum .* »

Recentiori manu in principio et in fine libri quaedam de re Canonica seu Morali Regularium exarata sunt.

Folio vero exstremo verso exscripta est graece Εὐχὴ τὸ σχολικῶς (sic). *Oratio ad bombyces benedicendos*, et incipit: Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ παντοκράτωρ ἐλεήμων. *Dominus Deus noster, omnipotens, misericors.*

Postrema haec scripsit idem ille qui e regione pagellae ad tabulam libri italice adnotavit: « *A dì 21 Decemb. 1641 per m. di D. Romano Vassalli* etc.

CODEX DECIMUS

B. δ. X.

Cod. ms. chart. latinus saec. XVII exeuntis vel XVIII ineuntis, constans foliis scriptis 227, praeter tria Indicis qui cunctis praecurrit, sed multa etiam alba relicta sunt, longitud. metri 0, 20, latitud. pl. 0, 18. Liber bene asservatur coopertus pergamenis, diligenter exaratus, nitidus ad margines foliorum, at in contextu scripturae flavescens.

Excipit rem S. *Theologiae Moralis*, scilicet super IV praecepto usque ad. X praeceptum Decalogi, cuius quippe duo ultima complexive disseruntur alterum in VI, alterum in VII.

CODEX DECIMUS PRIMUS

B. δ. XI.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVII, spissus separatis quaternionibus 23, foliis scriptis omnino 183; postremi enim lacinia restat, longit. metri 0, 23, latitud. 0, 16, diligenter quidem at non feliciter exaratus, ductis stylo aliquo lineis.

Tractatus est *de Sacramento Poenitentiae*,cui tantum aliquid medium deest, elapso uno vel altero quaternione post quintum. Quædam ad margines notae additionesque factae sunt manu recentiori.

Qui porro scripserit vel ad quem pertinuerit latet propter folium extremum pene abscissum, credo, e cuius laciniis epigraphes fragmentum apparet. Ceterum super hoc aliisque huiuscemodi tractationibus illud usque prae animo habendum est, potius magistrorum dictata quam tyronum exercitationes esse existimandas. Cfr. Animadv. ad Cod. B. α. XXV.

CODEX DECIMUS SECUNDUS

B. δ. XII.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, continens folia scripta 146, longitud. metri fere 0, 20, latitud. pl. 0, 13, aperto et latiori cha-

ractere exaratus a D. NICOLAO OLIVERIO *Monacho Basiliano an. 1719 sub disciplina* P. FAZZARI.

Excipit *Disputationes Theologicas de Sacramento Poenitentiae*, quibus praejacet index.

CODEX DECIMUS TERTIUS

B. δ. XIII.

Cod. ms. chart. latinus saec. XVII, constans foliis scriptis 219, longitud. metri pl. 0, 18, latitud. pl. 0, 12, quorum multa madore flavescunt.

Tractatus est *de Decem Praeceptis Decalogi*, cui praecurrit aliquid *de Actibus humanis*. Disseritur non per *dubia*, ex quo factum esse credam fronti titulum praefigi: « *Liber casuum conscientiae.* » Ibidem sub litura exaratum olim fuisse videtur: « *Ex libris D. Romani Vassalli.* ».

CODEX DECIMUS QUARTUS

B. δ. XIV.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, constans foliis omnino 139, longitud. metri 0, 20, latitud. fere 0, 14, at multa alba relicta sunt.

Tractatus primus est *de Actibus humanis*. Sequitur alter de *Matrimonio*, cui deest caput primum. Tum appactus est Tractatus alius *de Deo uno et trino*.

Scripturæ ratio non sinit alii tribui MS. quam NICOLAO OLIVIERI, auctori Codicis B. δ. XII.

CODEX DECIMUS QUINTUS

B. δ. XV.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, complexus tribus quaternionibus, et foliis omnino 40, longitud. metri 0, 20, latitud. pl. 0, 13, cui titulus: *Enchiridion Morale cum aliquibus Definitionibus ab ipsa S. Theologia Morali desumptis.*

Digeritur ordine alphabetico. Latine cuncta, praetér pauca quae vulgari idiomate scripta sunt.

CODEX DECIMUS SEXTUS

B. γ. XVI.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVII, et XVIII. *Symmicta* quae constant foliis omnino 307, quorum folia pl. 200 attingunt longitud. m. 0, 21, latitud. 0, 15, pluribus manibus exarata.

Fol. 2. *Theologia moralis.* Indicatur tantum liber primus, seu cursus prioris anni, diligenter conscriptus.

Fol. 201. Res sacrae concionales et sermones exarati a pluribus.

Fol. 236. *Cæremoniæ descriptae a Cæremoniali (Cassinensium)*, cui extremae voci deletae alia suffecta est, *Basiliano:* liber integer sexdecim capitulis divisus.

Fol. 250. Rursus sermones et res concionatoriae item opera plurium Scriptorum.

ANIMADVERSIONES

Libro Theologiae moralis haec inscriptio praecurrit: *D. Januarius Clavaro mon. Ordinis S. P. N. Basilii Magni studens sacrae Theologiae Moralis in Monasterio Sanctae Mariae de Patirion, Anno millesimo septingentesimo trigesimo, sub disciplina R. Pris D. Joannis Xmi Carbone eiusdem ordinis S. Basilii Magni.* Hic est, quod coniicere possim conferens hinc inde characterem, auctor libri.

Infra autem legitur alia manu exaratum: « *Scritto del Dottore Sig. Misisdi,* » scilicet quod ad eum pertinuerit.

Ad marginem tituli libri Cæremonialis inscribitur *Falasca*, scilicet qui monachum et Abbatem egit apud nos anno 1639. Proinde hoc opus praesertim et alia ex hisce allatis pertinere videntur ad saec. XVII, uti supra retulimus.

CODEX DECIMUS SEPTIMUS

B. γ. XVII.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVI exeuntis, constans foliis scriptis 42, longitud. metri 0, 20, latitud. 0, 16, ligatus albis pergamenis, quas super in aureo scuto complexa inscribitur, item ex auro, hinc vox *Cardinali*, inde *Paravicino.*

Excipit *Constitutiones* quas Petrus Paulus de Benalles, abbas S. Barontii Dioecesis Pistoriensis, Congregationis Cassinensis Visitator et Reformator generalis exhibet Monachis O. S. Benedicti per utramque Germaniam degentibus custodiendas, anno Domini 1594.

Praecurrit autem Constitutionibus « Dialogus in quo nonnullae « quaestiones in Regula Divi Benedicti resolvunt. Sunt autem in- « terlocutores Visitator, Olfangus, Abbas, Germanus. »

CODEX DECIMUS OCTAVUS

B. δ. XVIII.

Cod. ms. chartaceus lat. saec. XVIII, constans foliis 34, longit. metri 0, 39. latitud. 0, 27, duplici columna, bono charactere, itemque optima correctione exaratus a D. Jacobo Carnaza hieromonacho Basiliano, Lectore Linguae Graecae in Monasterio SS. Salvatoris ad Pharum Messanensem.

Est integrum apographon de *Moralibus* S. Basilii M. exscriptum e quodam Codice illius Monasterii, operibus S. Patris præsertim asceticis locupletissimo. Incipit proinde, omisso procœmio, a Reg. I *Moralium*, scilicet: Αρχὴ τῶν ἠθικῶν. α'. Οτι δεῖ τοὺς πιστεύοντας. *Initium moralium. I. Quod oportet credentes*, et explicit in illis verbis: Οτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖ, ὁ κύριος ἔρχεται. *Quod qua hora non putat, Dominus venit:* quibus absolvitur integer liber universus. *Moralia* edita sunt ab iis omnibus qui Opp. S. Patris vulgarunt vel graece aut latine tantum, vel græco cum textu simul et latino. Huius autem generis praeclarior editio est Maurina, cuius curatoribus innotuit quidem Codex ille Messanensis, et continuo sub *Regula I* aliquot variationes in sua editione contulerunt p. 234. n. b. Tom. II, Parisiis 1722, quam editionis typis nuper recudit Migne in sua Patrol. græc. voll. quatuor, XXIX-XXXII. Potissima vero editio latina *Moralium*, omniumque *Asceticorum* S. Patris, auctore ab. Basiliano Merenda, eiusdem Ordinis procuratore generali, facta est Romae an. 1748; cuius editionis gratia hoc exemplar ms. perfici, credam, jussum est.

Cuncta exscriptor noster bene diligenterque protulit: titulos, capitales literas minio duxit, nec non citationes SS. Scripturarum ad fidem Codicis in margine tradidit.

Absoluto apographo sibi praescripto haec suo marte addit.

« Ego infrascriptus Linguae Graecae Lector, annuente meo Rmo « D. S. Th. M°. D. Gregorio Arena, huius magni Cœnobii SSmi Sal- « vatoris Messanæ in Lingua Phari Abate, cui Rmus P. Exgeneralis D. « Epiphanius Stawischi Abbas perpetuus Ven. Monasterii S. Mariae « Cryptaeferratae, ut ex pervetusto Codice Bibliothecae eiusdem Mona- « sterii *Moralia* S. P. N. Basilii Magni transcribantur commisit; illa « non longe ab initio posita de verbo ad verbum exaravi in tribus qua- « ternionibus ex foliis papyraceis num.... col.... integre scriptis, præ- « ter quatuor consequentes lineas in ultima columna.. remanente alba, « et collectionem exacte feci. Est autem Codex eiusmodi membranaceus « num. λε' obsignatus in folio, tabulis leucophæa pelle contectis coo-

« pertus: in quo quaterniones XXXXIII et folia 338 reperiuntur. Opera « tamen S. Basilii, quae in praedicto Cod. continentur haec sunt; vi- « delicet: »

Introductio et Praefatio in asceticas hypotyposes, incip. Καλὰ μὲν τοῦ βασιλέως τὰ πρὸς τοὺς ὑπηκόους.

Asceseos hypotyposis inc. Τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ προστάσσοντος.

Sermo de Fide incip. Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτος.

De iis quæ in Scriptura sacra vetita sunt vel jussa: Τὰ περὶ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως.

Principium Ethicorum cum suo indice.

Prologus de vitae asceticae scopo, incip. Ο ἀσκητικὸς βίος.

Regulae fusius disputatae cum indice, incip. Ερώτησις. Επειδὴ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ λόγος ἐξουσίαν τοῦ ἐρωτᾶν. Απόκρισις· Τὸ ἐρώτημα ὑμῶν ἀρχαῖόν ἐστι.

Prologus asceticus incip. Οἷς ἐνυπάρχει ὁ θεῖος νόμος.

Procemium in Regulas breviores incip. Ο φιλάνθρωπος θεός.

Regulae breviores cum indice, incip. Εἰ ἔξεστιν ἢ συμφέρι (sic) τινί. Περὶ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ λέγοντος περὶ μὲν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Liber primus de Baptismo.

Sermo primus de Baptismo, incip. Ο κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστός.

Sermo secundus de Baptismo, incip. Τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἐντολήν.

Sermo tertius de Baptismo, incip. Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι.

Liber secundus de Baptismo, divisus in XIII capita, incip. Πᾶς ὁ βαπτισθείς. Εἰ πάντες οἱ τῆς βασιλείας.

De Fide sermo, incip. Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι τῷ προσερχομένῳ ὑγιαίνουσι λόγοις.

Asceticae Constitutiones ad eos qui in Cœnobiis et Monasteriis vitam degunt, cum indice, incip. Τὴν κατὰ χριστὸν φιλανθρωπίαν.

Epistola ad Chilonem discipulum, incip. Σωτηρίου πράγματος.

Sermo asceticus incip. Ο ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα θεοῦ.

Exhortatio de abdicatione vitae et spirituali perfectione incipiens: Δεῦτε πάντες.

Sermo de Ascesi, quomodo oporteat esse monachum in ornatu, incip. Δεῖ τὸν μοναχὸν πρὸ πάντων.

Admonitio ad juvenes, incip. Μάθε σὺ ὁ μονάζων.

Ad monachum lapsum, incip. Χαίρειν οὐ λέγομεν.

Prologus asceticus incip. Πολλῶν ὄντων τῶν ὑπὸ θεοπνεύστου γραφῆς.

Epistola ad Canonicam, inc. Οκνηροτέρως ἡμᾶς ποιεῖ πρὸς τὸ γράφειν.

Epistola ad Gregorium theologum, incip. Επέγνων σου τὴν ἐπιστολήν.

Pœnae contra delinquentes inflictae, incip. Εἴ τις ἐξέλθοι ἐκ τοῦ μοναστηρίου.

Hic explicit sermonum catalogus, quem continuo excipit pone subscripta epigraphe.

« *In quorum fidem hac die 26 mensis Augusti anno 1740 Hieromonachus D. Jacobus Carnaza Linguae Graecae Lector.*

Sequitur testimonium Abbatis

Ita est, ut asseritur S. T. M. D. Gregorius Arena Abbas SSmi Salvatoris Linguae Pharis Messanae. Quorum in fidem praesens testimonium publico sigillo Monrii munivi.

Postremo omnium latine offeram superiorem graecam Codicis exemplaris inscriptionem, ex qua melius cuique innotescat, quo pretio et auctoritate praestet apographon.

« Liber hic scriptus est manu Bartholomaei monachi iussu sacratissimi patris mei archimandritae D. Josephi Abbatis Monasterii Salvatoris qui omnia videt, mense Octobri indict. X, anno sexies millesimo sexcentesimo quadragesimo (scilicet post Ch. natum 1128). Et vos qui hunc legitis orate pro me per Dominum! Amen. Deus salvos faciat eos. »

Quantum vero Codex et eius apographon excellant Editioni Morellianae (Paris. 1618) pateat inde, quod e nostris quidam syllabum sane prolixum confecit textuum qui inibi desiderantur; uti etiam nunc in Edit. quam dixi Maurina, nisi quod ibi singulis locis subnectuntur in notis iidem textus citati ex Evangeliis.

Appendix. Additur pretioso apographo P. Carnaza folium magnae dimensionis in columna bene exscriptum, ut mihi videtur, a P. Schiappa-

CASSE, habens interrogationem primam a Regulis brevioribus, quae incipit: Εἰ ἔξεστιν καὶ συμφέρει, interpretatione literali quidem latina, variationibus vero lectionum inferius instructam.

CODEX DECIMUS NONUS

B. δ. XIX.

Cod. ms. chartac. italicus saec. XVII, constans foliis 42, longit. m. fere 0, 24, latitud. 0, 17, claro et nitido charactere, cuius pars typos æquat. Pertinebat olim ad D. ALEXANDRUM POTIER Romanum, abbatem Basilianum, qui initio et fine libri suum nomen apposuit an 1773: idemque fortasse exscripsit.

Apographon est operis ita inscripti: *Pratiche per mantenersi alla presenza di Dio, aumentate e corrette da un Ecclesiastico francese, e tradotte nel nostro idioma da uno de' Signori conservadori perpetui della Ven. Congregatione di S. Gabriele in Bologna-In Cremona* 1719. *Nella stampa di Pietro Ricchini C. L. Des.*

Verum trifariam dividitur opus. Pars prima titulum præfert: « *Pratiche per mantenersi alla presenza di Dio:* » altera vero inscribitur: « *Metodo per conservarsi con Dio;* » tertia demum: « *Ritratto del perfetto Cristiano, cavato dalle parole della S. Scrittura.* »

ANIMADVERSIONES

Ex his opusculis quod Primum est, longe eminet aliis gravitate doctrinae, dispositione methodi et auctoritate sententiarum quas e Sanctis passim haurit auctor: ita ut si quis spiritualia sapiat, perlegens sancta voluptate facile perfundatur, utilitatemque in profectum perfectionis animi percipiat, juxta illud quod scriptum est: « *Ambula coram me, et esto perfectus* (Genes. 17. 1).

Juvat inde dulcem ac pulchellulam strophen decerpere, perinde sapidum fructum mysticae suavitatis:

Se tutto lacci è il suolo,
Come già vide un Grande al ciel diletto,
Via da' perigli a volo
Fuggiamo, e per posar felici appieno
In Dio si viva e s' opri al suo cospetto.
Per tutto Ei regna: ogni essere n' è pieno:
Ci guida a Lui quanto si mira e tocca:
E 'l trovi allor che preghi, anche in tua bocca:

CODEX VIGESIMUS

B. δ. XX.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVII, complexus foliis scriptis 160, longitud. metri 0, 13, latitud. pl. 0. 9, flosculis bene signatis pas-

sim ornatus, diligenter accurateque exaratus charactere, eo nempe quo Codex z. β. XXIII, quam vides exscriptum a D. Romano vassalli hieromonacho et abbate Cryptoferratensi. Eius nomen extremo Codici inscribitur.

Est quoddam theologiae moralis Enchyridion, sed inscribitur: *Praxis sacramenti Pœnitentiæ*. Jamvero hæc est prior Codicis pars, cui altera subsequitur idest *Tractatus de legibus*, cuius disputatio prima tantum adest *De lege in communi*. Disputationis secundæ *De lege pœnali* nil præter titulum scribitur. Ad finem Codicis subnectitur Index dumtaxat de re sacramentaria.

CODEX VIGESIMUS PRIMUS

B. δ. XXI.

Mss. chartacea saec. XVIII, spissa pluribus quaternionibus long. metri 0, 27, latitud. fere 0, 20. Excipiunt quasdam elucubrationes de Regula et Instituto Basiliano.

I, Apparatus habetur ad Editionem Regulae S. Basilii M. ita divisus:

1. De Regula in universum.

2. De Concordantia eiusdem Regulae cum Benedictina.

3. Italica interpretatio Præfationis gallicæ ad editionem quamdam Regulae S. Basilii.

II. Notitiæ aliquot de Monasteriis Basilianis in Tusculano. Hæc scripta sunt a Bened. Monaldinio.

III. Notitiae de inita Congregatione Basiliana, italice scriptæ ab alio hieromonacho.

IV. Animdversiones ad Regulas fusius tractatas S. Basilii M. italice scriptae a D. Nicolao Oliverio.

V. Lectiones aliquot dubiorum super Regulis S. Basilii scilicet:

1. Utrum Basilius primus omnium extiterit Congregationum Religiosarum institutor.

2. Utrum et a quo eius Regula approbata fuerit.

3. Utrum Congregatio Basiliana haberet monachos qui ad Pontificatus, Cardinalatus, vel aljus Praelaturae fastigium adscendissent.

4. Utrum probari posset, Gregorium Papam et Hieronymum Doctores regulam Basilianam professos esse.

4. Utrum Carmelitarum Congregatio Basilianam regulam profiteatur.

Haec omnia italice scripta, opus sunt D. Petri Menniti, Abbatis Basiliani.

VI. Eiusdem tractationis aliud exemplar exscriptum a pluribus nostris monachis.

VII. De antiquitate ac propagatione Regulae S. Basilii Magni non satis prolixa elucubratio.

VIII. Item italica dissertatio de vetustate Regulae et institutionis Basilianae, opus D. Nicolai Oliverii.

IX. De monachatu S. Augustini, exemplar operis R. P. Menniti, quod supra commemoravi, alia manu exaratum.

CODEX VIGESIMUS SECUNDUS

B. δ. XXII.

Cod. ms. chartac. græc. sæc. XVII labentis, constans foliis 286, longit. metri 0, 20, latitud. fere 0, 14, dimidio charactere denso et orthographico exaratus.

Sunt aurei libri quatuor de *Imitatione Christi* in hellenicum idioma versi. Accipe exemplum: Κεφάλαιον πρῶτον. Περὶ τῆς μιμήσεως τοῦ χριστοῦ καὶ περὶ τῆς ἐξουδενώσεως τῶν περὶ τοῦ βίου. *Caput primum. De Imitatione Christi et de contemptu eorum quae de vita sunt.* Ος ἐμοὶ ἑπόμενος, οὐ σκιαῖς συμβαδίζει, τοῦ κυρίου λέγοντος. ταῦτα μὲν τῷ τοῦ σόματι ἐξαπέστειλεν, ἡμῖς παραγγέλοντα, ὥστε μιμητὰς τῶν αὐτοῦ τρόπων καὶ βίου φαίνεσθαι. *Qui sequitur me, in tenebris non ambulat, dicente Domino, haec quidem ore suo tradidit, quae nobis nunciant, ut imitatores morum Eius atque vitae ostendamur.*

Fol. 115. Item in graecam linguam versae veniunt Meditationes sacræ et pia Colloquia. Incipit: Κατανόησις πρώτη ἐν Κυριακῇ. Η ἁμαρτία ἐστὶν ὕβρις εἰς τὸν θεὸν. Επινόησον ὅτι σὺ πταῖσμα ποιῶν θανάσιμον. *Consideratio prima in Dominica. Peccatum est iniuria Dei. Considera quod tu lethale peccatum perpetrans.*

Fol. 143. Aliud opus spirituale pone sequitur cum hac praemissa Apostoli sententia: Οὐ στεφανωθήσεται εἰμὴ νομικῶς ὁ πολεμήσων. *Non coronabitur nisi qui legitime certaverit*, incip. Εν τίνι ἡ χριστιανὴ συντέλεια εἴη, καὶ ὅτι ὡς αὐτης ἐπιτυγχάνωμεν, δεῖ πολεμεῖν, καὶ περὶ τεσσάρων ἀναγκαίων διὰ τόνδε τὸν πόλεμον. Κεφαλ. α'. Θελοῦσάν σε, θύγατερ ἐν Χριστῷ ἀγαπητοτάτη. *In quo sita sit Christiana perfectio, et quod, ut eam adsequamur, oportet certare: et de quatuor rebus ad hoc bellum necessariis. Cap. I. Volentem te, filia in Christo dilectissima.*

Fol. 237. Περὶ τῶν ἀλγημάτων τοῦ Χριστοῦ νοϊκῶν ἐν τῷ αὐτοῦ πάθει. Υπῆρξε

ποτὲ ἡ ψυχή. *De doloribus spiritualibus Christi in passione sua. Cœpit olim anima.*

Fol. 245. Οπερ ποιητέον τὸ πρωὶ καὶ τὴν ἑσπέραν. α'. Εἰδέναι τὰς χάριτας τῷ θεῷ περὶ τῶν εὐεργετημάτων. *Quid faciendum mane et vespere.* Inc. *Agere gratias Deo de beneficiis.*

Fol. 252. Tractatus *De ope in fine vitæ constitutis præstanda.* Πῶς παρηγορεῖν δεῖ καὶ τοῖς ἀσθενέσιν ἐπικουρεῖν πρὸς τὸ καλὸν καταλύειν τὸν βίον. *Quomodo oporteat consolationem afferre et auxiliari infirmis, ut bene e vita discedant.* Incip. Σαφέστατόν ἐστιν ὅτι τὸ σωτήριον τοῦ ἀνθρώπου ἀσφαλὲς ὑπάρχει. *Certissimum est, quod salus hominis tuta fit.* Capita omnino septem et triginta.

Fol. 271, Codicem absolvunt alia quaedam ex variis argumentis excerpta, praesertim *orationes*. Primum est monitum Ven. Bedæ ad sacerdotem sacra facturum. Οταν ὁ ἱερεὺς παντὸς ἀπὸ τοῦ θανασίμου ἁμαρτήματος ἐλευθερίας ἀπολαύει. *Cum sacerdos omni a cuiuslibet lethalis peccati immunitate gaudet,*

ANIMADVERSIONES

Clar. interpres hellenicus sæpe notatur. E vestigio primo ante ipsum librum his verbis: Τοῦτο τὸ βιβλίον συνέθη ὑ κὺρ Χριστοφόρος Κασσιανὸς ἀνάξιος μοναχὸς τοῦ ἁγ. βασιλείου τοῦ μεχάλου. α. χ. γ. ε. μεθερμηνευθὲν θηλαδὴ ἀπὸ τῆς ῥωμαϊκῆς ἐς τὴν ἑλληνικὴν γλῶτταν *Librum hunc composuit D. Chrystophorus Cassianus indignus monachus S. Basilii M an.* 169., *eumdemque ex Romano in hellenicum idioma est interpretatus.* Adverte nomen A Kempis hic nusquam notari.

Libro IV et ultimo de *Imitatione* sub hanc ipsam fere epigraphen addit: Προσέτι μαθητὴς ἐν Ρώμῃ ἐγενόμην μέν Οκτωβρίου, φθίγοντος δὲ τοῦ Μαρτίου διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν ἐτέλεσα. *Adhuc discipulus Romae Octobre quidem ineunte, exeunte vero Martio Dei gratia absolvi.* Romae erat nobis Collegium (S. Basilii) in quo ex Cœnobiis nostris Italiae cunctis juvenes monachi studiorum caussa convenientes degebant At operi suo tres vix annos superstes fuit Cassianus, nam IV Id. Junii an. 1698, variis doloribus praesertim asthmatis correptus animam Deo reddidit, annum aetatis suae agens vigesimum sextum.

Postremo animadverto, quod etsi sub an. 1593 Henricus Sommalius S. J. item graece esset interpretatus libros *De Imitatione Christi*, nil tamen nostrum simile habet cum illo, quod utrumque ipse conferre studui.

CODEX VIGESIMUS TERTIUS

B. δ. XXIII.

Cod. ms. chart. italic. saec. XVII, constans foliis 126, longitud. metri 0, 20, latitud. pl. 0, 14, charactere minuto, notisque referto, et dense, recte ac polite exaratus.

Excipit sermones Quadragesimales a Dom. II SS. Quadragesimæ « *Del ritratto della gloria di Cristo* » usque ad Sabbatum Dom. III, cuius sermo titulo vacat.

CODEX VIGESIMUS QUARTUS

B. δ. XXIV.

Cod. ms. chart. italicus saec. XVII, continens folia 163, longit. metri 0, 19, latitud. 0, 13. Continuatio sermonum quadragesimalium, quos in superiori Cod. memoravimus. His adduntur quaedam notulæ in alias orationes, alia manu exaratae.

A quo porro uterque Codex concionatorius conscriptus fuerit, nulla certa ratio suppetit, quamvis in rerum incertitudine facile tribuerem Rev. D. Alexandro a Troyna, qui e nostris memoriis in hoc Monasterio an. 1608 monachum egisse et oratorem sacrum, scilicet *Predicatore*, κατ' ἐξοχήν appellatum esse accepimus.

CODEX VIGESIMUS QUINTUS

B. δ. XXV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVII, constans foliis scriptis quatuor centum et quatuordecim, longitud. metri 0, 20, latitud. 0, 14, quorum unumquodque ad triginta tribus vel sex lineis denso charactere est exaratum. Ligatus est albis membranis, et titulus fronti latine scriptus præjacet: *Rodriquez a P. Cassiano in G. L.* (Graecam linguam) *vers.* illud scilicet Roderici patris e Soc. Jesu opus, quod inscribi solet « *Esercizi di Perfezione*, » cuius praecipuæ tractationes sunt istae:

Fol. 1. Η πραγματεία πρώτη τοῦ πατρὸς Ροδηρίκου. Περὶ τῆς δοξήσεως ἐπιθυμίας καὶ ἀγάπης, ἧς ὀφείλομεν ἔχειν ἐπὶ τὴν πνευματικὴν ἡμῶν ἐπίδοσιν, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ταύτῃ συμμάχων. *Exercitium primum P. Roderici. De æstimatione, desiderio et amore, quibus nos affici oportet erga spiritalem nostrum progressum: deque aliis rebus quae in id conspirant.*

Fol. 48. Περὶ τῆς τῶν ἔργων τυχόντων συντελείας· πραγματεία δευτέρα. *II. De operibus quae perfectionem in se habent.*

Fol. 65. Περὶ τῆς ὀρθώσεως καὶ καθαρότητος τῆς, ἧς ἐν τοῖς ἡμῶν ἔργοις ἔχειν χρῆ, ἐντονίας. *III. De rectitudine et puritate intentionis, quam nos habere debemus in operibus nostris.*

Fol. 75. Περὶ τῆς ἑνώσεως καὶ ἀδελφικῆς ἀγάπης. *IV. De fraterna conjunctione et charitate.*

Fol. 148. Περὶ τῆς εὐχῆς πραγματεία (έ.) ἤ δεήματος. *V. De orationis exercitio et necessitate.*

Fol. 213. v. Η *περὶ τῆς θείας παρουσίας πραγματεία. ς'. VI. De exercitio divinae praesentiae.*

Fol. 222. v. Η *περὶ τῆς τοῦ συνειδότος ἐξετάσεως πραγματεία ζ'. VII. De exercitio examinis conscientiae.*

Fol. 246. *Περὶ τῆς συμμορφίας τῆς ἡμετέρας θελήσεως σὺν τῇ θείᾳ. η'. VIII. De conformitate voluntatis nostrae cum divina.*

Fol. 321. Η *περὶ τῆς νεκρώσεως πραγματεία (θ'.). IX. De exercitio mortificationis.*

Fol. 361. v. Η *περὶ τῶν πειρασμῶν πραγματεία (ι'.). X. De tentationibus.*

Fol. 387. v. *Περὶ τῆς ἀτάκτου πρὸς τοὺς συγγενεῖς ἀγάπης (ια'.). XI. De inordinata charitate erga propinquos.*

ANIMADVERSIONES

Traductioni capitis decimiquarti exercitationis undecimae graecus interpres graece haec subnectit:

Εν τῇ τεσσαρακαιδεκάτῃ τοῦ σεπτεμβρίου ἡμέρᾳ τοῦ χρόνου ᾳ. χ. ψ. ς. ἐγὼ Χριστοφόρος Κασσιανὸς τοῦ ϖαναγίου Βασιλείου ἀνάξιος μοναχὸς ἐπετέλουν τόδε τὸ βιβλίον, μεταγράφων ἀϖὸ τῆς ῥωμαϊκῆς ἐς ἑλληνικὴν γλῶτταν. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι ὅθεν ἅπαντα τῶν μαρτυριῶν καὶ τῆς ἁγίας γραφῆς καὶ πάντων τῶν ἄλλων αὐτουργῶν ἱερῶντε καὶ ἀμυήτων τεθέντων ἐπὶ τῇ δε ὄφ... βίβλῳ (sic) *οὐκ ἔζι κατὰ τὴν αὐτῶν ἰδίαν συλλαβὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν γνώμην, οὐκ ἔχοντός μου διὰ χειρῶν τὰς βίβλους αὐτῶν, διὸ εἰ οὐκ ἔθην τὰ σημεῖα ἐν τῇ ἀκρότητι τῆς χάρτης, καὶ μὴ τῆς ἁγίας γραφῆς....*

Anno M.DC.CX. VI. die decimaquarta Septembris ego Christophorus Cassianus Smi Basilii indignus monachus absolvi hunc librum, vertens a lingua Romana in Graecam. Sciendum autem est, quod quidquid testimoniorum allatum est huic utili libro et e Sancta Scriptura et mox aliis cunctis tum sacris cum prophanis auctoribus, non est ad literam, sed ad sententiam, cum mihi praesto non essent eorum opera: ex quo factum est, ut ego in fastigio chartae non apponerem signa, neque etiam Scripturae sanctae... Mutila hæc jacet epigraphe, elapso, ut arbitror, uno saltem folio absque ullo præterea operis detrimento.

Neque illud etiam abs vero est simile, quod inibi deinceps ab eo doceremur, quo pacto opus *Rodericianum* in compendium istud redegisset, sublatis iis cunctis quae ad Religiosorum vitae pertinerent, in usum hominum praecipue saecularium. An vero iam tum a saeculo XVII esset quaedam huiusmodi compendiosa editio, quam aliquis omnium primo Cornaro Senatori Veneto tribuit (Confer Præfationem Edit. Bassani ex Typograph. Remondiniana an. 1803), an primus e contra talem invexerit Cassianus noster? Quidquid sit, laudanda est facilitas prope magna, qua Cassianus graeco idiomate uteretur, quamvis, neque vera inficiabor, non ita sane ortographia, nedum ethymologia usquequoque castigatissimum scriptorem sese præbeat. Suspiciendus tamen est græcus interpres, homo genere italico, juvenis adhuc, cui acerbum funus duo vix post annos praecidit opus corrigendum, dum sextum supra vicesimum laboriosissimae vitae et infirmae valetudinis agebat.

CODEX VIGESIMUS SEXTUS

B. δ. XXVI.

Cod. ms. chart. italic. saec. XVI exeuntis, constans foliis scriptis centum quadraginta et uno, longitud. metri plus 0, 21, latitud.

plus 0, 16, oblongo charactere exaratus. Titulus hic prae libri fronte inscribitur: *Somma della confirmatione, et stabilimento de tutti i dogmi catholici con la suversione de tutti i fondamenti, motivi, et raggioni dei moderni Eretici raccolta dal libro del molto R. Mg. Luiggi Lippomani vescovo di Verona in tal materia composto.* » Pone sequens folium haec habet: *Tavola delle materie nel presente libro contenute*, quam nos brevitatis gratia praetermittimus.

Expletae tractationi aliae subinde veniunt, eaedemque, uti prior, in compendium redactae scilicet: « *Espositione breve del simbolo Apostolico. Dell' oratione. Della charità. Delli diece comandamenti della legge.* » ecc.

ANIMADVERSIONES

Utrumque compendium est ex opp. Aloysii Lippomani, altero scilicet quod inscribitur: *Confirmatio dogmatum Catholicorum*, et altero: *Expositio vulgaris symboli apostolici et orationis dominicae.*

Breviatoris interpretis nomen et epocha omnino latent: sed quoad aetatem scripturæ, sermones aliquid innuunt. Alterum opus videtur olim a priori extitisse divisum; folium enim album nunc intercedit, et adnumeratio foliorum non continuatur, sed ab initio resumitur.

Porro ad calcem folii primi alterius operis inspicitur recentiori manu inscriptum. *S. Pauli Romae in Col.* indicium sane optimum pertinuisse Codicis saltem alteram partem ad Collegium PP. Congregationis S. Pauli vulgo *Barnabitarum*, qui, antequam conderetur Ecclesia et Domus S. Caroli Catinariorum an. MDCXI, domum et Ecclesiam incolebant S. Pauli in Columna. qua patet platea, nunc vulgo dicta « *Piazza Colonna.* »

Postremo ea pagella quae opus cunctum præcurrit, inscriptum charactere saec. XVII habet: « *All' Illmo et Ecclmo Sig. mio Prone Col. Il Sig. D. Titta Panfili.* » Jam vero Card. Jo. Baptista Pamphylius, qui deinde fuit Pontifex Maximus sub nomine Innocentii X, extitit Basiliani Ordinis Protector insignis; qui jam postea re et nomine protectoris munere functus est unde: coniici fas esset, qua manu Codex ad nostras deductus sit.

CODEX VIGESIMUS SEPTIMUS

B. δ. XXVII.

Cod. ms. chartac. italicus saec. XVII desinente exscriptus optimo charactere, complectens folia scripta num. 177, aliquot inde albis relictis, longitud. metri 0 25, latitud. 0, 19.

Prima pagella, alia manu conscriptum hunc titulum habet: « *Massime di pietà e fruttuose Instruzioni del Ven. Padre Francesco Marchesi* » Alia vero prolixior vero ex eod. calligrapho est: « Massime di pietà o « fruttuose Instruzioni espresse in cento discorsi, dette nelle Adunanze « solite di S. Filippo Neri dal Ven. Padre Francesco Marchesi Preposito « della Congregatione dell' Oratorio di Roma, raccolte e date in luce « dopo morte dell' Autore da un divoto e famigliare di esso, et alla « Congregatione medesima molto affezionato et accetto l' An. 1699. »

Sequitur tertia pagella cum Indice sermonum, qui in hoc tomo exscribuntur quatuor et viginti, primis deficientibus, a sermone LI ad LXXV inclusive. Praecurrit titulus: « *Indice dei discorsi che si contengono nella presente Opera.* »

Disc. LI. « Non apparebis in conspectu meo vacuus. Exod. 23. 15. *Non bisogna comparire alla presenza di Dio con le mani vuote ma piene.* » ecc.

CODEX VIGESIMUS OCTAVUS

B. ∂. XXVIII.

Cod. ms. chartac. italicus saec. XVII vel XVIII ineunte exaratus, scilicet tomus alter excipiens consequentes sermones Ven. patris Francisci Marchese, Philippiani oratorii in urbe praefecti, constans foliis scriptis omnino 344 eiusdem dimensionis, qua prior, at diverso idest paullo deteriore charactere exscriptus.

Titulus idem est, quam qui in priori tomo praecurrit cunctis, cui subsequitur Index sermonum, uterque eadem manu conscriptus et incipit:

« *Discorso LXXVI.* Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non « moveantur vestigia mea. Psalm. 16. 5. *Deve la Volontà essere « immutabile nel bene intrapreso.* » ecc.

ANIMADVERSIONES

Quae postrema omnium subnectitur Oratio, hanc in contextu operis praesefert epigraphen scilicet: « *Prego alla SS. Croce del p. Francesco Marchesi per recitarsi nell' Oratorio della Pietà della Nazione Fiorentina in Roma la sera nel Venerdì Santo dell' anno..... dall' abbate Francesco Nerli, poi Prelato, Arcivescovo e Cardinale, a cui si vede dedicata la prima parte della Raccolta dei Discorsi del medesimo Padre.* » Oratio autem incipit: « *Mentre contemplo questa sera sì nobil adunanza genuflessa riverentemente a terra.* ».

At in utroque tomo dedicatoria epistola deest; utrum in hoc ipso extiterit dubito, cum folium unum initio subreptum esse conspiciatur, an potius præfixa fuerit primo volumini, quod deest. Cum autem idem Card. Nerli extiterit universi Ordinis Basiliani Protector, ratio quædam suadet Collectionem hanc sermonum dono eiusdem Eminentissimi Viri ad nos pervenisse.

CODEX VIGESIMUS NONUS

B. ∂. XXIX.

Cod. ms. membran. græc. Palimpsestus, octo vel pluribus foliis Cod. B. α. XVII parum resectis comprehensus ibique notatis num. 153-160,

196-199 etc. charactere aperto correctoque exarata, atramento in contextu, in titulis vero et grandioribus literis sandaracha.

Habes fragmentum ex *Scala Paradisi*, opere S. Joannis Climaci. Textum expertus in fol. 155 deprehendi varietatem ab Editione Mignana (Patr. græc. t. LXXXVIII). Nam primo quidem Gradus XX *De vigiliis corporis...* qui in edit. desinit cum verbis πρὸς ἀποτροπὴν πνευμάτων καὶ φαντασμάτων, in Cod. contra desinit cum proœmio Gradus XXI ad verba ἀπιστίας θυγάτηρ, *Incredulitatis filia*, sicuti auctor appellat *Timiditatem*. Mox pone venit titulus: Περὶ δειλίας τῆς ἀνάνδρου καὶ ἠν... *De timiditate ignava et...* Incipit: Δειλία ἐστὶν νηπιώδες ἦθος. *Timiditas est puerilis affectus.*

Secundo autem, variationibus omissis minoribus, peculiaris illa est qua, dum in edit. legitur: Οταν δὲ ὄντως δειλίας ἐλευθερώθημεν: *Ubi revera perfecte timiditate liberati fuerimus*, in Cod. legimus: Οταν δὲ πάντα τὰ ἀδόκητα. *Ubi vero omnia inopina*, etc. atque ita deinceps.

CODEX TRIGESIMUS

B. δ. XXX.

Liber ms. miscellaneus concionatorius saec. XIX, quamplurimis foliis constans, pl. min. longit. m. 0, 20, latit. 0, 14, qui excipit quaedam autographa huius generis moralis ac disciplinaris opera selecta, et a nostris monachis elucubrata.

I. Expositio ascetica libri *Ruth* in unam et viginti lectiones tributa: opus italicum, dispositionis ratione dicendi et linguae puritate præstans.

II. Expositio item ascetica libri *Jonæ prophetæ* undecim peracta sermonibus, opus etiam italicum, eruditione praesertim ex Graecis Patribus, iisdemque minus notis, uberrimum.

III. Expositio Regulae S. P. N. Basilii M. habita ad monachos, quam auctor eruit omnia revolvens S. P. opera *Ascetica*, septem et decem alloquutionibus comprehensa.

IV. Orationes variae italico idiomate fere omnes conscriptae, quarum argumenta syllabus praebet. 1°. « *Il trionfo dell' Amore,* » quem scilicet Christus Dominus agit in Eucharisticis mysteriis. 2°. Orationes tres, quibus triplex mundi concupiscentia totidem Christi contrariis virtutibus opponitur. 3°. Concio quadragesimalis apologetica, qua pietas erga Animas fidelium in *Purgatorio* detentas praebetur ceu ostensio fidei christianae. 4°. Elogium funebre *D. Nicolai Cammerota,* civis

Minturnensis. 5°. Oratio panegyrica in *S. Aloysium Gonzaga*. 6°. Literae encyclicæ ad *Clerum Cajetanum*, latine scriptae. 7°. Sermo *marianus*, quo demonstratur quantum Deiparae sanctæ in deliciis semper fuerit pagus Cryptoferratensis.

ANIMADVERSIONES

Ex notatis asceticis expositionibus prima facta est a D. Nicolao Conterio, ad quem etiam pertinet oratio notata num. 5°. opus affabre ductum; altera a D. Antonio Rocchi, cuius etiam extitit opus sermo notatus num. 7°; tertia a D. Theodoro Toscani. Oratione vero reliquae eruditione quidem certe doctrina et ingenio elucubratae sunt a D. Arsenio Pellegrini Ab. Cryptoferratensi, cujus porro ex istis aliquot typis datae sunt, uti ex gr. elogium funebre (Napoli Tipografia di V. Prisco 1880).

CODEX TRIGESIMUS PRIMUS

B. δ. XXXI.

Cod. ms. bombycin. lat. saec. XV, constans foliis undecim, fere longitud. m. 0, 39, latitud. 0, 22, exceptis quodam Cod. miscellaneo, quem suo loco recensebimus, continet *Expositionem moralem somnii Pharaonis regis*. Charactere rubro, uti tituli cuncti et initiales literæ, exarata ista præmittuntur fastigio libri, quae solutis nexibus ad fidem Codicis referimus: « *Incipit phamosum sopnium Pharaonis moraliter expositum de regia disciplina serenissimo Theobaldo regi Navarræ, compositum ab Johanne Lemovicensi partitum in XX epistolas:* » ex quo tractatum habemus de regia disciplina. Jam vero cum huius operis exemplaria sint, nisi viris eruditissimis, ignota, praestat argumenta cujusque epistolae prouti in Cod. est, describere.

Epistola est Regi Navarrensi nuncupatoria et incipit: « *Victoriosissimo principi potestates adversas debellanti domino Theobaldo divina gratia regi Navarræ, magnifico Campaniæ Briæ Comiti palatino suus Johannes vocatus Lemovicensis.* »

Ep. II *Pharaonis ad Magos super sui sopnii declaratione.*

Ep. III *Magorum ad Pharaonem super eorum excitatione.*

Ep. IV *Regis ad ministros super interpretis investigatione.*

Ep. V *Praepositi pincernarum ad Regem super Joseph manifestatione.*

Ep. VI *Pharaonis ad Joseph super interpretationis exactione.*

Ep. VII *Joseph ad Regem super timorata recusatione.*

Ep. VIII *Regis ad Joseph super ejusdem animatione.*

Ep. IX *Joseph ad Regem super articuli prioris ellucidatione.*

Ep. X *Regis ad Joseph super curae regalis inquisitione.*
Ep. XI *Joseph ad Regem super regalis officii destinatione.*
Ep. XII *Regis ad Joseph super articuli posterioris efflagitatione.*
Ep. XIII *Joseph ad Regem super ejusdem articuli enucleatione.*
Ep. XIV *Regis ad Joseph super consiliarii oportuni postulatione.*
Ep. XV *Joseph ad Regem super consiliarii postulati exhibitione.*
Ep. XVI *Regis ad Joseph super consiliarii præstituti præsentatione.*
Ep. XVII *Adulatorum ad Joseph super eius excitatione.*
Ep. XVIII *Joseph ad ipsos super eorum restitutione.*
Ep. XIX *Detractorum ad Joseph super regis reformatione.*
Ep. XX *Joseph ad ipsos super eorum consolatione.*

ANIMADVERSIONES

Hisce suppositis epistolis Principibus norma regendi civilem rempublicam præscribitur, magis vero seipsos pro variis negotiorum ac personarum adjunctis. Rem proinde praeterquam ex inventione novam ac venustam existimem, multae etiam utilitatis cunctis dixerim sane plenam.

De Joanne a Launha *Lemovicensi*, qui floruit saeculo decimo tertio ineunte, multa disserit Fabricius in Biblioth. Latina (Edit. Patav. 1754, tom. IV, pp. 90 et seqq.), qui nos docet priores decem et octo epistolas, quarum ultima parum in calce deficiebat, cl. Wagenseilium primo edidisse, seque iterum in Cod. pseudepigrapho V. T. tom. I, p. 441, Hamb. 1713, 1722 exhibuisse; sed addit insuper clausulam ep. XVIII. et reliquas duas in eadem sua Bibliotheca ex apographo MS. Bibl. publicæ Upsalensis, ab Henrico Benzelio sibi misso, integras affert.

CODEX TRIGESIMUS SECUNDUS

B. ∂. XXXII.

Ms. chart. saec. XIX, constans foliis uno et viginti bene exaratis, excipiens autographon operis quod Rmus P. D. Nicolaus Conterius Ab. Cryptoferratensis, nunc Episcopus Cajetanus, fecit et edidit typis Congr. a Propag. Fide an. MDCCCLXXV, cui titulus: « *La Consecrazione al Sacro Cuore di Gesù proposta a tutti i fedeli dal S. P. Pio IX, commentata da p. D. Nicola Contieri abate Basiliano.* »

ANIMADVERSIONES

Qua data occasione opellam hanc sane piam et gravem composuit Conterius, et in in quem potissimum esset destinata diem, quocum tamen semper spirituali emolumento ea quisquis uti possit, accipe ex Periodico « La Civiltà Cattolica » (An. XXVI, ser. IX, vol. VII, p. 207). « Ci dispiace che questo libretto non ci sia giunto in tempo opportuno per farlo conoscere pel dì assegnato dal Santo Padre Pio IX alla Consecrazione de' fedeli di tutto il mondo cattolico al sacro Cuore di Gesù. Vi avrebbero trovato le anime pie istruzioni acconcissime per farla secondo lo scopo inteso con essa dal medesimo Santo Padre. Ma niente lor vieta di servirsi di questo mezzo per poterla rinnovare con maggior profitto, benchè privatamente, in qualsivoglia giorno lor piaccia. »

CODEX TRIGESIMUS TERTIUS

B. δ. XXXIII.

Cod. ms. chart. italicus sæc. XIX exaratus polite, nitide ac diligenter pagellulas quatuor et decem excipiens, longit. m. 0, 15. latit. 0, 11, cui titulus: *Riflessioni sopra la rigorosa vita comune dei Religiosi: scritto del B. Giuseppe Maria Tommasi, Cardinale di S. Chiesa.* ecc. Hoc opus inseritur in t. VII, *Opuscula varia* cl. auctoris, editionis Palearinianae, Romae an. 1754. Subscribitur autem: Firenze, *Tipografia sulle Logge del Grano MDCCCLI.*

CODEX TRIGESIMUS QUARTUS

B. δ. XXXIV.

Cod. ms. chartac. italo-latinus saeculo XVII, et XVIII ineunte scriptus, constans foliis 539, plus minus longitud. metri 0, 23, latitud. 0, 16, membranis exterius obtectus, quarum adiacet in fronte titulus *Selva varia,* seu ex variis rebus argumentisque concionatoriis epitome inprimis copiosa. Habentur conceptus praedicabiles, sententiae morales tam ex S. Scriptura, quam e prophanis scriptoribus etiam poeticis mutuatæ et oratoriae exercitationes multæ: quae cuncta exhibent sæculi XVII ingenium. Hæc autem sunt conscripta a pluribus monachis nostris, inter quos præcipui auctores, meo quidem judicio, videntur D. Romanus Vassalli, Abbas Monasterii Cryptoferratensis, et D. Jo. Maria Censorinus item abbas, vir uterque eruditissimus, at prior præsertim in prosa ac versa oratione scriptor ambidexter.

SERIES QUINTA

CODICES LITURGICI

CODEX PRIMUS

Γ. α. I.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII exeuntis, constans foliis 152, longitud. metri fere 0, 29, latitud. 0, 20, nitido et bene composito charactere exaratus, sed ita non sane orthographice correcto. Decoratur ornatibus, maxime in grandioribus literis rubro colore scriptis. Mutilus aliquot foliis extremis est, et attritu aliquantum consumptus et maculatus, quippe quod quinque pene continuis saeculis chorali apud monachos usui fuit.

Porro quid codex complectatur accipe ex hoc præcurrente titulo: Συναξάριον σὺν Θεῷ· ἤγουν Τ πικὸν κανωνάριον (sic), περιέχων (sic) τοῦ ὅλου χρόνου τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀκολουθίαν, τῆς τε στιχολογίας καὶ τῶν κανώνων (sic καὶ ἀναγνωσμάτων· καὶ ποίας τῶν ἡμερῶν σχολάζομεν ἀπὸ τοῦ συνήθους καμάτου· καὶ εἰς ποίας τῶν ἁγίων μνήμας ἐπιτελοῦμεν λιτήν τῶν ὡρῶν, καὶ μετανοίας ποιῶμεν. Περιέχει δὲ καὶ ἄλλα τινά, τὰ εἰς τὴν σύναξιν τῆς ἐκκλησίας συντελοῦνται. Οπερ ἀνακαινίσθη (sic) ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ τυπικοῦ τοῦ τυποθέντος (sic) ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Βαρθολομαίου τοῦ νέου τοῦ Ρουσσανίτου· δι' ὁρισμοῦ τοῦ εὐλαβεστάτου πατρὸς κυρ. δευτέρου Βλασίου καθηγουμένου της περιβλέπτου μονῆς τῆς Περαγίας θεοτόκου τῆς ἐπονομαζομένης τῆς κρυπτοφέρρης· ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἑξάκις χιλιοστῷ ὀκτακοσιοστῷ ἡ'. τῆς δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως χιλιοστῷ τριακοσιοστῷ· ἰνδικτιῶνος δεκάτης τρίτης.

« *Synaxarium, Deo auspice, seu* Typicum Canonarium *complectens totius anni ecclesiasticum ordinem, tam quoad psalmodias, quam quoad sacros hymnos atque lectiones; nec non quibus diebus vacamus a consueto labore, et in quibus Sanctorum memoriis solemnius horarum officium habemus, atque metanias facimus. Alia quaedam continentur,*

quae respiciunt sacram synaxim. Hoc porro Typicum ex illo vetusto Typico a S. P. N. Bartolomæo juniore Rossanensi efformato renovatum est, iussu piissimi patris domni Blasii II, abbatis insignis monasterii sanctissimae Deiparae quod appellatur Cryptaferrata: anno a constitutione mundi sexiesmillesimo octingentesimo octavo, ab Incarnatione vero D. N. J. C. millesimo trecentesimo; indictione autem decima tertia.»

Opus universum in duas majores Menologii partes dividitur: altera quidem amplectitur Officia Sanctorum infra annum cum Kalendario a die I Septembris ad d. XXI Augusti; altera vero habet Officia ferialia Triodii, (cuius tempus dimetimur a die Dominica ante Septuagesimam Latinorum ad integrum Sabbatum Sanctum), et Anastasimi (quod tempus a S. Resurrectione decurrit ad festum omnium Sanctorum, quod incidit in Dominica Trinitatis apud Latinos). Instruitur Typicum multis caeremoniis et ritibus, et usus monasticos plures excipit, quos notatos videmus, sed magis sobrie, in aliis Typicis Studitanis scilicet Athonitis, Sabaticis, Irenes Augustae etc. (Cfr. cl. Pitra Spicileg. Solesm. t. IV: Migne Patr. græc. t. CXXVII).

Fol. 103 v. post Kalendarium constitutio habetur, alia et recentiori manu conscripta, Festi et Officii SS. Corporis Christi cum octava ex iussu, uti dicitur, *Œcumenici et sanctissimi nostri Romani Antistitis, scilicet Papae Domni Joannis.* Joannes fuit hic XXII qui post Innocent. IV, Urban. IV et Clement. V constitutionem fecit super hoc Festo (Conf. Merati adnot. in Gavando t. I. p. IV. tit. 12. n. 3).

Post Triodium autem appingitur tabula Απολύσεων seu precum quibus absolvi solent officia Vesperarum et Matutini: tum venit ritus *Professionis monasticae,* cui multa intereunte folio desiderantur, dum vero character ita evanuit, ut vix legi sinat.

Hinc inde Codicem complectuntur notitiae variae, quarum præcipuae sunt relatio Translationis Corporis S. Euphrasii Martyris, græce scripta superiore saeculo a hieromonacho D. Philippo Vitali, et mnemosynon item graecum exaratum ab aliquo monacho saec. XVII de institutione Monasterii Virginum monialium facta in civitate Tusculana an. 1641.

Hisce notatis nil est quod amplius immorer, cum Theodorus Toscani hieromonachus typis S. Congregationis de Propaganda Fide an. MDCCCLXIV non modo Kalendarium Typici vulgavit, tribus etiam aliis cum illo collatis, sed et *Animadversiones* peculiares instituit. Postremo autem nobis in animo est, Deo favente, in lucem edere Codicem, hortatu ad illud etiam adductis praeclarissimorum virorum.

ANIMADVERSIONES

Id unum notare praestat de hoc præclarissimo Codice quoad Calligraphum, quem detexisse obtigit Josepho Cozza abbati. Is enim scriptor Vaticanus offendens olim in quemdam Cod. Basilianum, notatum num. 150, asservatumque in Vaticana Bibliotheca sub num. 2111, animum advertit ad epigraphen ita se graece habentem.

Κριτά μου δικαιότατε· Θεὲ τῷ σῷ ἐλέει
Οταν καθίσῃς ὡς κριτὴς· κρῖναι τὴν οἰκουμένην
Ρῦσαί με τὸν ἀνάξιον· ἐκ πυρὸς τῆς γεέννης
Σὸν δοῦλον εὐτελέστατον· Ιωσὴφ μελενδύτην.

O iudex mi iustissime Deus, misericordia tua
Cum ceu iudex sedebis judicaturus terram,
Libera me indignum de igne gehennae
Servum tuum inutilissimum, Joseph melendyten.

His jambis sibi exscriptis in scheda P. Cozza tum ad calcem italice addidit: « *Il carattere è del sec. XIII al XIV, precisamente quando fu novamente scritto il Tipico di Grottaferrata sotto Biagio II nel* 13[illegible]0 *Il carattere è della stessa mano tanto nella forma che nell' ortografia, spesso errata, e quanto altresì nei segni esterni, come nell' inchiostro, nei colori rosso o turchino. La forma delle maiuscole è pure identica, come anche gli ornati iniziali ecc.* » Ex hoc testimonio nil moror, quin Typicum Cryptoferratensem Josepho melendytæ adiudicem; ideoque et monacho nostro Cryptoferratensi, quippe cum Codex ille Vaticanus inferat etiam *Litanias breviores*, quibus utitur in *Completorio magno*, eaedem, dum sat parum differunt ab iis quas adhuc in usum habemus, invocationem porro etiam illam excipiunt qua nos adhuc utimur ad SS. Nilum et Barptolomaeum hujus monasterii conditores.

CODEX SECUNDUS

Γ. α. II.

Cod. ms. bombycin. graecus saec. XIV vel XV, constans foliis scriptis 149, longitud. metri 0, 15, latitud. 0, 11, parum mutilus principio et fine, media præterea aliquot desunt. Charactere non bene composito exaratus est, notis tam saepe adhibitis, ita ut raro vox integra reperiatur.

Est Typicum Sabaticum illud, de quo mentionem plurimam facit Theodorus Toscani noster in *Animdversionibus ad Typica graeca*, op. edit. Romae 1864. De origine et pretio huius Typici vide quid disserat Symeon Thessalon. *De sacra Precat.* CCCIII (Migne Patr. græc. t. CLV). Porro uti Codex proxime superior, bifariam tribuitur, videlicet in *Menologium Sanctorum* cum officii et Missarum praescriptionibus, et in *Triodium* seu rubricarum collectionem de iis quae agenda sunt diebus præsertim Dominicis, tempore Quadragesimali et Paschali. Priori parti deest tantum quaedam pagella initialis, alteri vero nihil omnino, sed profecto ab origine codicis alia pone sequebantur.

Hisce in terminis Codex noster parum differt ab editione *Typici Sabatici* Venetiis facta an. 1545: desunt proinde tantum quae ibidem et *Menologio* praecurrunt et *Triodium* subsequuntur, non multa neque gravia.

CODEX TERTIUS

Γ. α. III.

Cod. ms. membran. graecus saec. XVII, constans membranis scriptis (folia enim quaedam chartacea compacta sunt) num. quatuor et quadraginta longit. m. 0, 20, latitud. 0, 15, non male exarata, imo etiam correcte. Rubro colore dantur capitales quaeque literae, tituli omnes, et quae cuncta in ritibus servanda, cetera autem atramento exscribuntur.

Liber hic nominatur Διακονικὸν seu *Ministerialis*, ut qui non modo res dicendas praescribat, sed et quomodo sacra ministeria fieri θεσπρεπῶς oportet, edoceat: latine ecclesiastica autem dictione si exhibendus sit, *Cæremoniale Diaconorum* optimo jure nuncupaveris.

Fol. 1. Habentur ordo, ritus ac cæremoniae quas in Vesperis servari oportet. In fine veniunt Απολύσεις, *Officiorum conclusiones* (Vid. Cod. Γ. α. 1), pro tempore variandae, postremo omnium Antiphonae latinae graeco donatae idiomate.

Fol. 8. Subnectuntur orationes dicendæ in Αποδείπνῳ seu *Completorio* et in Μεσονυκτίου seu *Mesonyctii* officio, media nocte persolvendo. Vid. Symeon Thessal. in Cod. proxime sequenti.

Fol. 8. v. Ordo in Matutino tenendus.

Fol. 14. v. Item ordo in Horis parvis.

Fol. 18. v. Officium Defunctorum.

Fol. 23. v. Completorium Παρακλήσεως in Deiparam, quod feriis quibusque sextis habetur, si proximum Sabbatum sit feriale, nec aliquid contra praescribat Typicum.

Fol. 30. Troparia *Anastasima*, seu Resurrectionis dominicae.

Fol. 32. Troparia communia Sanctorum cum *versiculis* psalmorum ante et post Epistolas in divinis Liturgiis.

Fol. 38. v. Litaniae breviores Sanctorum, quæ porro eaedem sunt atque in *Horologiis* (Breviariis) editis conspiciuntur ad Completorium magnum quadragesimale, quibus proinde succedunt aliae preces.

Fol. 31. v. Completorium parvum, quod recitandum praescribitur in Monasterio nostro in aedibus *Capituli* ante altare SS. Nili et Barptolomaei. Ibidem ritus quidam adiungitur *Monasticae inculpationis suimetipsius.*

Fol. 43. Veniunt quaedam Latinorum preces graecae factae: nimirum hymnus *Pange lingua.* Φθέγξον γλῶσσα, tum *Litaniae Lauretanae cum oratione*, postremo Sequentia defunctorum *Dies iræ, dies illa.* Ὀργῆς ἡμέρα, ἡμέρα ἐκείνη, servatis tum rhythmo tum *parafinientibus.*

ANIMADVERSIONES

Epigraphe quaedam super pag. praeeuntem ita refert Calligraphi nomen: « *P. Abbas D. Basilius Fulusca Tusculanus manu propria ac currenti calamo exscripsit:* » anno Domini 1639, quæ clausula apponitur alteri authographae eius subscriptioni voluminis fini subnexæ, jam pene deletæ. Hunc ipsum omnium ἐξελληνισθέντων auctorem esse arbitramur, quorum quaedam edita sunt in Opuscul. *Preces*, *Preghiere*, Εὐχαὶ, *Prières* (Tusculani typ. Abb. Cryptaefer. 1880), cuius op. gratia nos ipsi alios item e latino in graeco hymnos sumus interpretati.

CODEX QUARTUS

Γ. α. IV.

Codex ms. chartaceus graecus saec. XVII, complectens folia scripta fere 300, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13, bono et densiore charactere exaratus, sed non item bono, quo deinde restaurari placuit.

Est Ωρολόγιον, *horologium*, seu Breviarium, quod complectitur horas Canonicas idest: *Mesonyctium*, Matutinum cum Laudibus, Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, Vesperas et Completorium duplex, idest quotidianum seu *parvum* et Magnum seu *quadragesimale*, necnon *Paraclesim* (Completorii genus in honorem B. V.). Altera vera parte complectitur Menologium seu Kalendarium in annum universum, extractum e Typico (Conf. Cod. proxime superiorem).

Menologium plurima Troparia excipiunt, scilicet *triadica* seu in honorem SS. Trinitatis, quæ habentur in Quadragesimas, et *festiva* in solemnitates *Domini et Deiparæ*. Hymnus brevis versiculis concinnatus in Christi Nativitatem, quem ineditum existimo, plane diversum ab illo, qui in Cod. Γ. α IX conscribitur. Sequitur Completorium *parvum*, quod tum recitari solebat in Sacello *Capituli*, tum aliud brevius etiam Completorium, quod et in praesentiarum habemus continuo post prandium in pervigiliis, quibus habita sit Missa S. Basilii (Cfr. Symeon Thessalonic. Tract. *De sacra precatione cap. 343*, et Toscani *Animadversiones ad Typic.* op. cit. p. 31).

Haec omnia pone sequuntur *Exorcismi* S. P. N. Basilii et S. Joannis Chrysostomi, qui omnes editi habentur in *Euchologio*, quod Romae, editionem curante Philippo Vitali hieromonacho nostro, typis excusum fuit anno 1754. Verum hinc plures Exorcismi sub Chrysostomi quam quod sub Basilii nomine veniunt. Pauciores autem eduntur in Horologiis nostris impressis. Tum succedunt alia troparia ferialia infra annum, et alia pauca minoris momenti: quibus profecto

finem imponunt non praetereunda Σύντομα seu concisi cantus in *Laudibus* matutinis solemniorum festivitatum.

ANIMADVERSIONES

Fol. 286. v. epigraphe autographa Auctorem Codicis p o.. it: Ἐγὼ ὁ κυρ Μιχαὴλ ἱερομόναχος τοῦ μεγάλου βασιλείου ἐκ τῆς Ὀλίσλας (sic), τόπου τῆς Τισ άνης τῆς δυσκέσεως (sic) σαρξάνου, κατὰ νυν ὁσηγὸς τῶν νέων τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ ταύτῃ τῆς κρυπτοφέρας (sic) μοναζόντων, ἔγραφ.ν τόδε ὡρολόγιον εἰς τιμὴν καὶ δόξαν Θεοῦ ἀ..ριλί.υ μη.ός θ'. ἔτει ᾱχνγ'. *Ego Domnus Michaël hieromonachus Basilii Magni ex Oliola, Tuscanae* (Hetruriæ) *loco, dioeceseos Sarzani, nunc autem dux novorum monachorum in hac mansione Cryptoferratensi scribebam hoc Horologium in honorem et gloriam Dei. Aprilis mensis (die)* 9 *anno* 1653.

Porro hoc Breviarium R. P. Lodolini, id enim cognominis illi erat, calligraphi plurium Codd. praecurrit annos quatuor et viginti primam Editionem Horologii nostri, auspice Emo protectore Ordinis Basiliani Franc Card. Nerli archiep Florentino, typis Romae excusam anno 1677, quam editionem altera sequuta est uno fere elapso saeculo anno 1772, cura Rmi P. D. Euthychii Ajello Abbatis generalis Ordinis Basiliani,

CODEX QUINTUS

Γ. α. V.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII vel XIII, constans foliis 108, longitud. metri 0, 18, latitud. 0, 13, pulchro nitidoque charactere perscriptus, initialibus multis elegantissime sandaracino colore decoratus, ornatibus etiam nonnullis auctus. Verum iuxta ex pridem numeratis pagellis patet initio mox plus viginti, aliquot vero medias, et alias postremo in fine deesse. *Horologium* seu Breviarium est, excipiens haec quae sequuntur,

Fol. 1. *Exapsalmus*, qua voce nuncupantur sex psalmi procemiales ad Matutinum, verum aliquid initio deest.

Fol. 9. v. Pone sequuntur *Triadica* seu troparia ferialia cum *Triadico*. Vid. Cod. super.

Fol. 13. *Exapostilaria* seu cantus breves quibus absolvitur *Matutinum* proprie dictum; quaedam tamen in fine deficiunt, elapsis paginis (Conf. Symeon. Thessalon. *De sacra Precatione* cap. 313).

Fol. 15. Psalmi in *Laudes*, quibus initio nonnulla desiderantur. At pone subnectitur *Oratio* Κύριε ἄγιε. *Domine sancte*, quæ recitatur prope Matutini finem.

Fol. 19. v. Incipiunt dicenda sive psalmi sive preces in *horam primam* cum *mesoriis*, scilicet aliis aliquot psalmis qui Horarum sequentiae *medii* interponuntur.

Fol. 33. Sequitur *Hora tertia* cum psalmis, tropariis et *mesoriis*.

Fol. 44. *Hora sexta* cum psalmis et *mesoriis*.

Fol. 57. v. Initium *Typicorum*, seu precum quae dici solent post *horam sextam* vel pro sacris faciendis, si vacet Missa, vel ante Missam (Sym. Thessalonic. tract. cit. c. 329).

Fol. 67. v. *Hora nona* cum psalmis, precibus et *mesoriis*.

Fol. 80. Officium vespertinum.

Fol. 88. v. Officium Completorii *magni*, quod videsis notatum in Cod. superiori.

Fol. 103. *Canon* seu hymnus in S. Nicolaum ep. Myrhensem, opus S. Josephi hymnographi. Aliquid deest Odæ IX, plura vero initio, nempe integra Ode I et troparium Odæ III.

CODEX SEXTUS

Γ. α. VI.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIV vel XV, constans foliis 300, longitud. metri 0, 11, latitud. 0, 9, non ita sane correcto, quam potius elegantiusculo charactere ac minuto exaratus, cuius literae capitales, tituli, rubricae omnes purpureo colore confectæ sunt.

Principio et fine mutilus est Codex, nonnulla etiam infra illi desunt. Sed tamen maximi faciendus est, ut qui complectitur Ωρολόγιον seu Breviarium omnium copiosissimum atque varium, quemadmodum mox Index ostendet.

Fol. 1. *Exapsalmus*, cui primus psalmus dumtaxat deest.

Fol. 7. v. *Troparia* quadragesimalia et ferialia item anastasima cum suis *cathismatibus*, *contaciis*, *exapostilariis* etc. quae occurrere solent in Matutinum proprie dictum.

Fol. 68. Psalmi in *Laudes*, quos pone sequuntur Στιχηρὰ, *stichera*, seu *versus majores* matutinales tum anastasimi tum feriales.

Fol. 115. Horae parvae cum psalmis et ceteris orationibus, quotquot in superiore Cod. reperimus.

Fol. 152. Officium vespertinum cum psalmis et *Sticheris* anastasimis et ferialibus cunctis; quæ quidem ferialia veniunt sub nomine *Octoœchi*, qui est collectio cantuum per octo tonos instructorum, de quibus alibi plura digerenda sunt.

Fol. 202. Alia *Stichera* occurrunt tum in Vesperis dominicis dicenda, cum in ferialibus vel Sanctorum festis.

Fol. 234. Subsequuntur Σύντομα, *syntoma*, in præcipuas festivitates Domini et Deiparæ, necnon S. Joan. Baptistæ.

Fol. 242. Completorium magnum, cuius psalmi tantum notantur: at subnectitur *Canon*, seu hymnus, in Deiparam, qui incipit: Τὴν σκοτισθεῖσαν ψυχήν μου. *Obtenebratam animam meam.*

Fol. 251. v. *Anthologion Menologii* seu *Kalendarii epitome*, quæ complectitur præcipuorum Sanctorum memorias per cunctos anni menses a Septembre scilicet ad Augustum. Pauca, detractis foliis, desunt. Insunt troparia quae in aliis Menologiis vacant; e. g. in S. Gregorium Nyssenum d. XI Januarii, in S. Jobum die VI Maii etc.

Fol. 277. v. Sequuntur troparia quarumdam Domini festivitatum infra annum et quadragesimalia, atque etiam in quaedam festa Sanctorum.

Fol. 286. Citantur VII psalmi pœnitentiales, quorum vero quintus seu CI totus exscribitur.

Fol. 288. Calligraphus ex suo penu promit parvam catechesim, idest XII fidei articulos, quorum sex respiciunt Christi Divinitatem, sex alii Humanitatem. At quaedam habet Symeon Thessal. in *Capita de Fide*, qui non absimilem tenet divisionem. Tum recenset brevibusque definit VII sacramenta (μυστήρια) ac postremo præcipua festa Domini, Deiparae, Apostolorum et aliquot Sanctorum enumerat.

Fol. 290. v. Græcis literis vulgaris in dialecto sicula confessio ad Deum exscribitur, satis prolixa, erudito lectori perutilis, tum ut pronunciationem literarum graecarum, cum uti siculum idioma eius aetatis agnoscat.

Fol. 293. Officium *Magni Canonis*, opus S. Andreæ Cretensis, sed intercipitur ad Oden II. Id autem peculiare habet, quod Odarum troparia versiculis S. Scripturae alternantur; unde magis patet quo pacto olim psalmi, hymni et odae spirituales intexi solerent.

ANIMADVERSIONES

Aetatem Codici præfixam praeter characteris notam (nam capitales quaeque quamvis graecae non valde a latinis seu theutonicis differunt) confirmant: 1. Festum SS. Corporis Christi, quod apud Graecos etiam obtinuit aetate plus minus Clementis V et Joannis XXII, ut in Cod. Γ. α 1 diximus, scilicet sæc. XIV. II. Festum omnium Sanctorum ad d. I Novembris, quod etiam in superiore Typico vidimus. In præcipuis illis festis indicantur etiam *Rogationum* supplicationes his verbis: Γίνεται λιτὴ καθ ἑκάστην τρίς (sic) ἡμέραις πρὸ τῆς ἀναλήψεως περὶ ταῖς ἐκκλησίαις (sic). *Fit supplicatio quotidie tribus diebus ante Ascensionem circum Ecclesias.*

Menologium postremo praeter adnotata praesefert die XI Maii memoriam S. Cataldi ep. Tarantini, (cuius Acta habent PP. Bollandiani sub eodem die) atque in eius honorem Troparium quoque exscribitur, initium habens: Τῶν Ταραντίνων τῇ πόλει. *Tarantinorum civitati.*

CODEX SEPTIMUS

Γ. α. VII.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XIV, constans foliis 31, longitud. metri 0, 11, latitud. 0, 8, bono charactere exaratus. Capitales literae, rubricaeque omnes cynnabari scriptae sunt, cetera vero flavo atramento.

Fragmentum *Horologii* est, excipiens Matutini *acoluthiam* seu ordinem, fere universum, nisi quod pauca tantum initio et fini desunt.

Post oden Marianam, sive *Magnificat*, mox disponitur canticum Zachariae *Benedictus Dominus*, quod in aliis *horologiis* non invenimus, sed vere suam tenet sedem, si odis Canonis odæ Psalterii inserantur.

CODEX OCTAVUS

Γ. α. VIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 116, longitud. metri 0, 15, longitud. 0, 10, mutilus fine, ac passim laceratus, totus autem maculis et nigredine infectus. Accedit etiàm quod pessimo charactere, notis saepe potius quam literis exaratur, quarum oculi minio colore passim suffunduntur. *Horologium* est, ista complectens.

Fol. 1. Exapsalmus incipit, quem pone sequuntur troparia ferialia, et quadragesimalia.

Fol. 13. Veniunt *pentecostaria* dominicalia et *photagogaria* ferialia. Illa quidem cantus sunt breviores subnexi ps. L, haec autem prolixiores in fine Canonis.

Fol. 14. Psalmi in *Laudes*.

Fol. 17. Horae *primæ* citantur psalmi, sed orationes exscribuntur integrae cum *mesoriis*, de quibus in Cod. Γ. α. V. dictum est. Idem fit pro ceteris Horis, nisi quod *Beatitudines* cum duobus psalmis sequentibus, de quibus conf. Sym. Thessalon. op. cit. cap. 330, appinguntur horæ *sextæ*.

Fol. 32. Officium vespertinum, cuius præsertim psalmi notantur dumtaxat, et Completorium *magnum*, de quo alias diximus.

Fol. 37. Incipit *Octoœchus* qui octo sane tonis notatos excipit cantus, quorum in Cod. Γ. α VI meminimus.

Fol. 41. Veniunt *Cathismata* seu alii cantus feriales et dominicales item, discurrentes per octo tonos.

Fol. 75. *Exapostilaria* et *Eothina*, cantus dominicales, qui Leoni Sapienti tribuuntur apud Migne (Patr. Græc. t. CVII).

Fol. 79. v. Pone his de more subnectitur Menologium, cui præfigitur titulus: Ἀρχὴ τῶν Μηνολογίων, *Initium Menologiorum*, quæ Breviarii pars non male inditur plurali numero, quippe quae XII menses anni percurrit. Incipit autem a die I Septembris et desinit, quo etiam Codex, die I Januarii.

ANIMADVERSIONES

Id etiam peculiare sibi Codex præsefert, quod pro singulis festis plura exscripta vel troparia vel cathismata aut contacia, aliaque id genus habeat.

Cum plures Menologio desint recentiorum Sanctorum a saeculo VIII memoriæ, quod ipse quondam ex meis schedis collatis vis deprehendi, factum est ut saec. VII opus tribuerent. Verum id non consentit characteris nota, proinde id conjecturae tantum indulgebo, Codicem alicuius fortasse eam aetatem attingentis apographon esse.

CODEX NONUS

Γ. α. IX.

Cod. ms. chartac. græcus sæc. XVII, excipiens folia graece scripta 157, bono charactere exaratus, capitalibus literis quandoque nec inelegantes variegate pictis. Principio numeratio indicat quædam deesse, libri fortasse titulum, aliaque minoris momenti. Breviarium est, quod fol. 6, ornatu fronti præfixo, initium habet a *Mesonyctio*, de quo alias dictum est.

Fol. 10. Post signum aliquod prae se ferens monachos duos absolutorias preces super cadaver recitantes, incipit Officium defunctorum.

Fol. 20. v. Matutinum, quod *exapsalmum*, troparia dominicalia et ferialia, Pentecostaria, Oden b. Virginis et Exapostilaria complectitur.

Fol. 64. Veniunt psalmi in *Laudes*, et quidquid subsequitur ad finem usque Matutini.

Fol. 74. v. Horae minores; haud tamen psalmi illi, qui in superioribus Codd. ad singulas horas subnectuntur: itemque *Typica* desunt.

Fol. 113. Officium vespertinum, in quo insunt etiam *psalmi* qui diebus dominicis addi solent, ut tradit etiam Symeon. Thessalon. op. cit. 332.

Fol. 143. v. Δόξαι seu *glorificationes* in honorem Sanctorum de *Communi* et pro feriis.

Fol. 157. v. Completorium *parvum* cui adiacet ***Canon paracleticus*** seu hymnus consolatorius in Deiparam.

Fol. 175. v. Completorium *magnum* in quadragesima.

Fol. 191. *Paraclesis* seu Completorium in honorem Deiparae, quod recitatur feria VI, si Sabbatum feriale occurrat.

Fol. 214. Officium Matutini in diem festum Paschatis et quaedam propria temporis *pentecostarii*, quemadmodum in *Horologiis* nostris editis an. 1677 et 1772 perscribitur.

Fol. 235. Officium Sacratissimi Corporis et Sanguinis Christi in feriam V post Dominicam omnium Sanctorum (Latinis vero, SS. Trinitatis) iuxta eadem Breviaria.

Fol. 264. v. Antiphonæ Latinorum graecae factæ, verum diversæ ab iis, quae etiam apud nos usum olim obtinuerunt, nunc obsoletæ.

Fol. 270. Menologium memorias Sanctorum complectens a die I Septembris ad XXI Augusti, omnino integrum. Praeter memorias SS. Nili et Barptolomaei Abbatum Cryptoferres propriis diebus affixas iuxta Typicum nostrum (Cfr. Cod. Γ. α. 1 et *Kalendarium quadruplex* a p. Toscani editum), sub die XIX Augusti memoria refertur alterius S. Barptolomaei Abbatis, fundatoris Monasterii SS. Salvatoris ad pharum Messanæ.

Fol. 413. *Megalynaria* veniunt, quae laudatoriae preces sunt in Deum vel Deiparam aut Sanctos, certo et uniformi rhythmo concinnatæ, inter Missarum sollemnia canendae. Porro hîc ista reperiuntur in plures Sanctos, in quorum aliquem plura etiam habentur, quam in utroque nostro Horologio edito.

Fol. 436. Hymnus genethliacus in Nativ. D. N. J. C. per versus rhythmicos acrosticos procedens ab Α ad Ω, idem profecto atque reperitur in Horologiis editis, in recentiori vero, P. II p. 541.

Fol. 448. Huiusmodi hymnus alter in *Baptismum D. N. J. C.*

Fol. 449. v. Tertius item hymnus in *Hypapanten* Domini uterque ineditus, certe quidem in horologiis.

Fol. 443. Versus alii rhythmici quos cani mos est in missis Præsanctificatorum tempore quadragesimali. Apparent in editis Horologiis post Horam IX.

Fol. 443. v. Psalmorum versiculi in Missis dicendi ante postque *Epistolam;* quorum priores *procimena* a graecis dicuntur (Confer quoad hoc nomen Sym. Thessal. *de sacra precatione* cap. CCCXXXII), posteriores autem dicuntur tantum *stichi* seu versus. Horum porro triplex heic series inest, scilicet Dominicalia, Ferialia, et in Commune sanctorum.

ANIMADVERSIONES

Horologium istud parum ante editionem prioris Horologii Cryptoferratensis exscriptum fuit, uti patet ex hac italica epigraphe, quam post cuncta subnectit Calligraphus: ..... τὸ παρὸν ὁρολόγιον (sic) ἐγρίφη διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἀδελφοῦ δὸν. Νιλο. Τοσκάνο εἰς πόλεος ρουσσιάνο. Quæ sententia verborum explicatur et augetur alia epigraphe italice scripta: « *Io D. Nilo Toscano della città di Rossano ho composto il detto Orolojo in questo venerabile monastero di S. Maria del Patire hoggi li* 5 *di Agosto* 1664. » Verbum *composto* scribitur supra rasuram, qua prius subesse videtur verbum *scritto:* unde conjici potest rerum dispositarum ordo, ni forte etiam quiddam ex enunciatis Hymnis, ejus ingenio esse tribuendum.

Monasterium S. Mariae non longe est ab urbe Rossanensi; agnomen vero *del Patire* illi venit ex corruptione graecae vocis, olim enim Cryptam τῶν πατέρων seu *patrum* dictum esse accipimus (Barii Francicani *De situ Calabriae.* – De Rosis *Cenni storici della città di Rossano*, Napoli 1838). Apud alterum historicum illustratur familia *Toscano* Rossanensis p. 540.

In fine libri calligraphus notavit annualia festa de præcepto observanda, sed cum inter Horologium et Elenchum festorum multa folia essent inexarata, conscribere cœpit posterior manus breve Catechismum *de septem Ecclesiae Sacramentis.*

CODEX DECIMUS

Γ. α. X.

Cod. ms. membran. latinus saec. XIII vel XIV, initio et fine mutilus, mediis etiam aliquot imminutus foliis, nunc tantum sex et septuaginta constans, longitud. m. 0, 19, latitud. 0, 13, nitidis levibusque membranis, nobili charactere teutonici generis exaratus. Initiales quaeque literae pulchrae, eleganterque auro et colore confectae sunt, unde et margines dextri omnes bacillis, floribus, maeandrisque affabre ornantur, ac passim picturis parvis quidem at pulchellulis præcipuarum rerum initia apte decorantur, e quibus, compluribus male cultro dissectis, nunc viginti supersunt.

Officiorum iuxta Rom. Ecclesiam et precum olim sylloge erat copiosissima, quae si nonnulla mutilata videris, syllabus fere omnia exhibebit. Bibliopegae tamen oscitantia, animadverte, tria sunt e suo ordine deturbata foliola. Quod igitur jacet inter fol. 18 et 19 consigna num. *primo;* quae duo exstant inter 26 et 27, consigna numeris *secundo* ac *tertio* Codicis, *quartum* autem reperies in principio libri, itaque deinceps recta pergito.

Fol. 1-6. *Officium beatissimae Virginis Mariae de septem gaudiis ipsius:* initio et mediis multis vacans.

Fol. 7. *Officium de Spiritu Sancto:* desunt media quaedam.

Fol. 16. *Officium magnum* de sancta *Cruce:* sed initio pauca, plura medio desiderantur.

Fol. 27. Missa in festum *S. Nativitatis*, quae primo conspicitur ab Ep. b. Pauli.

Fol. 28. Eadem in *Epiphaniam* usque ad Praefationem, quae mutilatur.

Fol. 31. Ead. in *S. Crucem* ab exeunte *Præfatione* ad finem.

Fol. 32. Ead. in *Spiritum Sanctum* ab Evangelio ac deinceps.

Fol. 33. Ead. pro *Fidelibus defunctis*, parum fine mutila.

Fol. 36. Ead. in Sabbatum hebdomadis majoris ab hymno *Exultet* item mutilato.

Fol. 37. Ead. de *Angelis* integra, quae cuidam desinenti subsequitur forte in *Deiparam*.

Fol. 39. Ead. in *S. Chatarinam mart.*

Fol. 41. Ead. in *Deiparæ adnunciationem.*

Fol. 43. Eadem in *Christi resurrectionem*, quæ mox post orationes *secretas* mutilatur.

Fol. 45. Lamentatio metrica in *Christi passionem*, initio vacans.

Fol. 57. *Psalmi pœnitentiales*, ubi lacuna jacet inter Ps. CI, v. 21 et ps. CXLII, v. 5. Pone sequuntur *Litaniæ Sanctorum.*

Fol. 54. v. *Officium mortuorum.* Desunt *orationes* quaedam in fine.

Fol. 67. Collectio multarum *orationum* in Deum, Deiparam, et Sanctos complures, quae initio vacat et fine.

ANIMADVERSIONES

Codicis vetustatem satis liquido ostendit picturæ genus, quod sese exhibet ad eam aetatem pertinere, qua in Italia Græcorum schola adhuc vigebat. Præterea (fol. 33. v.) figura decima quarta prae oculis ponit Sacerdotem sacra facientem pro Defunctis, non nigra casula sed rubro phelonio indutum; quo etiam colore pictum funebre stragulum præbet (fol. 54.) figura vigesima. Quod vero Cod. iste Venetus fuerit, liquido patet in *Litaniis Sanctorum* (fol. 54.), ubi legitur: *Ut ducatui Venetiarum et nostro duci et cunctis locis et populo ejus pacem et veram concordiam atque victoriam donare digneris, te rogamus* etc.

Proinde ego facile credam e manu Bessarionis hunc etiam Cod. ad Monasterium advenisse, cum aliis qui nobis sunt describendi, quippe ex legatione Veneta magna inter Cardinalem et Rempublicam Venetiarum necessitudo ac mutuae fortasse etiam donationes intercesserant (Henri Vast, le Cardinal Bessarion, Paris librairie Hachette 1878).

CODEX DECIMUS PRIMUS

Γ. α. XI.

Codex ms. chartac. graecus saec. XVII, folia scripta omnino complectens 219, longitud. metri 0, 22, latitud. 0, 16. Scripsit idem

calligraphus, qui Cod. superiorem Γ. α. IV, idemque *Horologium* seu Breviarium est in proprium usum. Praecurrunt in foliis I-III *Laudes in S. Basilium* et *Mnemosynon in Monachos vita functos*, quae græco et latino ritu male coacervata, etsi cuncta graeco sermone versa edita sunt in nostris Horologiis, et recitari solita singulis IV feriis. Verum anno 1875, auctore Rmo D. Jos. Cozza ab. latinitatibus omnino illinc sublatis, in meliorem formam redacta sunt.

Fol. 1. Officium *Defunctorum*, ut in editis Horologiis, cui subnectuntur orationes propriae dicendae pro monacho *sacerdote*, vel *laico*, tum pro quolibet *fideli* homine, postremo pro *puero*.

Fol. 7. *Apolyticia*, seu troparia, Dominicalia.

Fol. 11. Mesonyctium de quo videsis Cod. Γ. α.

Fol. 13. Matutini ordo, qui excipit dumtaxat quotidie dicenda, quibus subnectuntur antiphonæ Latinorum graecae factae.

Fol. 35. Horae *parvæ* et Vesperae.

Fol. 61. *Apodypnum parvum* seu Completorium infra annum.

Fol. 65. v. *Paraclesis* in Deip. Virginem, completorii genus pro feriis VI, si Sabbatum sit feriale. Vide horologia nostra edita.

Fol. 74. *Apodypnum magnum* seu Completorium quadragesimale.

Fol. 86. *Troparіorum* series in ferias seu *hebdomadalium*, et in Commune Sanctorum.

Fol. 96. *Menologium* seu Kalendarium simile prorsus illi, quod inest Horologio edito an. 1677.

Fol. 159. Breve excerptum Officii quadragesimalis (Τριωδίου), tantum quod attinet ad *procimena* et *troparia*.

Fol. 165. Horæ *magnæ*, seu sequentia horarum I. III. VI et IX, prouti dici solent in *pervigiliis* Nativitatis, Epiphaniae Domini et in *magna Feria IV*.

Fol. 196. v. Officium dicendum per sacratissimam Paschatis hebdomadam, quo excipitur etiam Κανὼν seu *Canticum* in Resurrectionem, opus Damasceni, cuius initium: Ἀναστάσεως ἡμέρα. *Resurrectionis dies*.

Fol. 208, Propria Missarum quoad *antiphonas* et *troparia* a die Paschatis ad festum usque SS. Corporis Christi.

CODEX DECIMUS SECUNDUS

Γ. α. XII.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVII incuntis, constans foliis 179, longitud. metri 0, 12, latitud. 0, 8, bono charactere exaratus,

et meliori correctione gaudens, quam superiores omnes chartacei: at lamentandum est quod a folio CLXXIX multa abrepta sint. Est *Horologium* seu Breviarium, hoc ordine dispositum.

Fol. 1. Officium *vespertinum*, quo continentur etiam psalmi seu *cathisma* psalmorum dicendum singulis sabbatis.

Fol. 19. *Apodipnum* seu Completorium cum *Canone* seu Cantico in Deiparam, cuius initium Τριῳάτας κρατεοὺς ἐκ παρθένου. Cfr. *Horologia* edita.

Fol. 29. Ordo matutini, qualis et in editis libris praescribitur.

Fol. 73. Horæ diurnæ tres primæ minores.

Fol. 89. v. *Typica* de quibus dictum est in Cod. Γ. α. V.

Fol. 94. v. *Megalynaria*, eadem fere quae reperiuntur ac relata sunt in Cod. Γ. α. IX.

Fol. 103. v. Hymnus Ambrosianus, vulgo *Te Deum*, graeco idiomate donatus et editus in libello *Precum*. Cfr. Animadv. ad Cod. Γ. α. III.

Fol. 104. v. Psalmi qui recitari solent post Missam Προηγιασμένων seu *Præsanctificatorum*. In editis habentur mox post Horam *nonam*.

Fol. 108. Hora *nona*.

Fol. 113. v. Benedictio mensae, quam pone sequitur hymnus genethliacus in Christi Nativitatem, tum alter in Epiphaniam Domini. Porro priorem vidimus expletum in aliquot ex superioribus Codd. uti nunc etiam in editis: alterum vero inexpletum, dumtaxat in Cod. Γ. α. IX, p. 468 et in editionibus non reperi.

Fol. 119. v. Glorificationum series seu Δόξαι in ferias et in Commune Sanctorum: quae in editis dantur ad *Vesperas*. Cfr. Cod. Γ. α. IX.

Fol. 127. *Paraclesis*, de qua videsis in Cod. prox. superiore.

Fol. 138. Completorium *magnum*, quod in superiore Codice citavimus.

Fol. 153. *Apolyticia* seu troparia tum *Dominicalia*, tum in Sanctos anonymos, alias notata.

Fol. 173. Incipit *Menologium* a die prima *Septembris*, quod sub die XXIII eiusd. mensis abreptis foliis deficit.

ANIMADVERSIONES

Calligraphus nomen suum ingenue prætexuit fronti folii primi hisce notis. Κὺρ. Πλάκιδ. nempe *Domnus Placidus*, profecto unus e nostris Basiliensibus: scribebat autem regnante Paulo V Pont. Max.

Posterior manus aliquot Codicis margines exaravit vel potius fœdavit, praesertim ad *Litanias* in Completorio magno, *nomina* complurium Sanctorum congerendo. Inter hos notamus præcipue *SS. Joachim et Anna*, quorum nomina ordinantur in Litaniis etiam in *Breviario Pateriensi* (Cod. Γ. α. IX), quo potiori jure illud firmatur, cultum SS. Deiparæ Parentum sub saec. XVII per Latinos populos increbuisse. (Le Glorie Di S. Gioacchino p. 271).

Fol. 152. v. Paginae adhaeret imago B. M. V. *Zyrovvicensis*, quam Romae quoque in Ecclesia SS. Sergii et Bacchi veneramur. Vide opellam Ignatii Kulczynski Mon. Bas. de hac sacratissima Imagine, *Il Diaspro prodigioso di tre colori*, Roma 1732.

CODEX DECIMUS TERTIUS

Γ. α. XIII.

Cod. ms. membran. latinus sacc. XV exaratus, constans foliolis fere 260, longitud. metri 0, 6, latitud. vero 0, 4, exterius quidem serico panno rubro, siglaque SS. Nominis Jesu ornatus, cunctis hisce nunc valde detritis, interius contra charactere teutonici generis perpulchro, at pulchrioribus imagunculis decoratus.

Fol. 2. *Officium beatæ Mariæ virginis secundum Romanæ curiæ ordinationem.* Porro incipit: *Domine labia mea:* et in litera D pingitur eleganter ac delicatissime effigies b. Deiparæ ulnis Jesum circumplectentis.

Fol. 129. *Septem psalmi pœnitentiales.* Item in verbo *Domini ne in furore* decoratur prima litera ex imagine Regis pœnitentis. Eamdem infra paginam pingitur caput sanguine madens, credo equidem Uriae ducis qui victima Davidis peccati extitit.

Fol. 184. *Vesperæ mortuorum.* Ibi etiam litera D in *Dilexi quoniam* visitur imago Mortis diademate insignitae: sub qua altera habetur S. *Josephi*, qui morituros nos christianos patrocinio adiuvat.

ANIMADVERSIONES

Post hosce Codd. XI et XIII pretium est Codicis alius, sed priori magis similis, meminisse, qui in Bibliotheca Seminarii Tusculani adservatur. Est idem, atque hi nostri, species Breviarii latini excipiens officium b. Virginis, psalmos poenitentiales, alias praeterea preces etc. Exaratur charactere romano, ornatur picturis compluribus elegantissimis, sed utroque nostrum multo recentior est: cedit illis propterea vetustate et characterum forma, praestat autem omnimoda ornatuum elegantia.

Jam vero hunc Cod. Rm̃us D. Dr. Albertus Battandier cubicularius pontificius, et Em̃i D. Jo. Bapt. Pitra Episcopi Tusculani in Dioecesi Vicarius gallice descripsit, et anno superiore descriptionem typis vulgavit, exemplum exhibens sat nobile ac laudabile, quo oporteat ut Clerus Episcopum suum, scientiarum virtutisque studio praeclarissimum ac Bessarionem ipsi dioecesi et Ecclesiae universae referentem, bonis non modo moribus, sed artibus ac disciplinis imitetur.

CODEX DECIMUS QUARTUS

Γ. α. XIV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVII, constans foliis 320, longitud. metri 0, 15, latitud. 0, 11, mutilus principio et fine, elapsis aliquot etiam paginis mediis, ceteris charactere et correctione neglectis, sed tamen haud praetereundus propter ea quae continet.

Fol. 1. Δόξαι κοιναί seu *Glorificationes* (de quibus vid. Codd. IX et XII) *in commune Sanctorum.*

Fol. 11. v. Aliquot *benedicendi* ritus.

Fol. 14. v. *Apodypnum* nempe Completorium, cui inest etiam *Canon* in Deiparam: Τριῳάτας (Cfr. Cod. Γ. α. XII).

Fol. 31. *Paraclesis* b. Virginis, cuius post *Canticum* subnectuntur dicendae preces aliae, quam quae in Horologiis editis nec non in Cod. Γ. α. IV, sed abreptis foliis ante finem deficiunt.

Fol. 47. *Mesonyctium*, de quo videsis Cod. Γ. α. IV; sed heic totus exscribitur psalmus CXVIII.

Fol. 71. v. Officium *Defunctorum:* at psalmi *tropariis* praecinendi ne notantur quidem.

Fol. 82. v. Matutinum: ubi observatur quod psalmus CXXXV πολυέλεος (Cfr. Toscani Animadv. ad Typica Græcor.) absolvitur hac ἐκφωνήσει, *exclamatione:* Σὲ δοξολογοῦμεν τριάδα τὴν ἁγίαν καὶ πιστῶς προσκυνοῦμεν κ. τ. λ. *Te glorificamus Triadem sanctam et cum fide adoramus* etc. Porro ista *exclamatio*, quae alibi non conspicitur, apud nos, si quando obtinuit, nunc obsolevit; dicimus contra: Ἡμεῖς δοξολογοῦμεν τὸν κύριον τῆς δόξης κ. τ. λ. *Nos glorificamus Dominum gloriae* etc.

Fol. 168. Horæ *Prima*, *Tertia* et *Sexta*.

Fol. 198. v. *Typica*, de quibus in Cod. Γ. α. V.

Fol. 213. *Megalynaria:* series omnium, quas inspexerim, copiosissima.

Fol. 238. Hymni cum acrostichide *alphabeti* in Nativitatem, Epiphaniam et Hypapanten Domini. Conf. codd. superiores.

Fol. 249. *Te Deum* hymnus graeco sermone versus. Videsis Cod. Γ. α. XII, in hoc autem subnectitur *Gloria Patri.*

Fol. 251. Psalmi dicendi in Missis *Præsanctificatorum.*

Fol. 256. Hora *Nona.*

Fol. 264. Officium Vespertinum.

Fol. 289. Antiphonae Latinorum, dicendæ in fine divini Officii, graecae factae.

Fol. 291. *Apolyses*, seu conclusiones Vesperar. et Matutini, variæ idest in praecipuas festivitates, uti habentur in *horologiis* editis. Conf. Symeon Thessal. *De sacra precatione* cap. 323.

Fol. 294. Benedictio *mensae*.

Fol. 297. v. Δόξαι seu *glorificationes* in dies feriales.

Fol. 299. Deperditis foliis, apparent quaedam de Completorio *magno* quadragesimali.

Fol. 309. *Apolyticia* seu troparia dominicalia.

Fol. 317. Fragmentum Menologii sane parvum, in cuius praecipuis festis adnotatur cessatio ab operibus et relaxatio jejunii (Vid. Typica edita ab Emo Pitra in Spicileg. Solesmensi t. IV).

ANIMADVERSIONES

Qui sit auctor Codicis tradit male facta epigraphe fol. 309, quae immediate suffigitur iis quae in fine Completorii *magni* perscribuntur, scilicet: Τὸ πάτερ ἡμῶν· τὸ Χαῖρε δέσποινα· καὶ τὴν εὐχήν, καὶ πρεσβεύσατε ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου Νείλου Μίγκς ῥωμαίου τοῦ γράψαντος τὸ βιβλίον τοῦτο. αχιζ'. Recitatur τὸ *Pater noster* τὸ *Salve regina cum oratione: et precamini pro me peccatore et indigno Nilo Minco Romano qui scripsi hunc librum* 1617.

Putamus autem librum conscriptum fuisse in aliquo ex Monasteriis, quae per illud aetatis plurima superarant in terris Neapolitanis; nam *Benedictio mensae*, quam citavimus, inter auguria praefert istud: Πολλὰ τὰ ἔτη ποιήσει κύριος ὁ Θεὸς καὶ τοῦ ἀρχεπισκόπου ἡμῶν καὶ βασιλέως ἡμῶν N. *Multos annos tribuat Dominus Deus et Archiepiscopo nostro et* Regi *nostro*. Imo nec prorsus abeam quin in *Pateriensi* cœnobio (Vid. Animadvers. in Cod. Γ. α. IX) eum aliquot annos extitisse arbitrer, qui et in Cryptoferratensi etiam vixit.

Ista porro praeferebat *actio gratiarum* post mensam *diurnam*. Altera vero post *serotinam* mensam adprecabatur longitudinem annorum *Pont. Maximo*, deinde *Episcopo*, tum *Regi* et *Abbati*, postremo cunctae monachorum *in Christo fraternitati*.

CODEX DECIMUS QUINTUS

Γ. α. XV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVII vel XVIII, constans foliis 62, longitud. metri 0. 12, latitud. fere 0, 9, pluribus manibus exaratus optimo plerumque charactere, et orthographiæ regulis maxime servatis.

Est Ὡρολογόπουλον, seu *horologium parvum*, prorsus aliud quam quod Allatius describit in Dissert. de libris Ecclesiasticis Graecor. p. 104. Codex vero hic aliquod exhibet a quodam monacho sibi uni conscriptum ad usum horas diurnas dicendi extra Chorum.

Fol. 1. Horae *minores*.

Fol. 17. v. Officium vespertinum.

Fol. 29. v. Completorium *parvum*.

Fol. 32. Antiphonae Latinorum graecae redditæ, de quibus alias dictum est.

Fol. 36. Elenchus quorumdam Sanctorum, quorum officium evectum est ad gradum *unius antiphonæ*, quod Latini indigitant vocabulo *semiduplex*. De divisione Officiorum apud Graecos conf. *Animadversiones* Th. Toscani ad Typica p. 22.

Fol. 40. Brevis declaratio persolvendi Officii extra chorum.

Fol. 42. Stichologiae duae parvae (ordo duplex tribus psalmis ut plurimum constans) dicendae in Vesperis Sabbatorum, quæ etiam notantur in *horologiis* editis.

Fol. 45. v. *Glorificationes* (Δόξαι) dominicales, in commune Sanctorum et feriales.

Fol. 55. v. Troparia dominicalia, ferialia et communia Sanctorum.

CODEX DECIMUS SEXTUS

Γ. α. XVI.

Codex ms. chartac. latinus sæc. XVII, constans foliis præter libri frontem num. 416, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13, unicolore ac magis minuto charactere exaratus.

Est literalis interpretatio latina *Horologii* seu Breviarii Graeci, quod Romae, auspice Emo Protectore Ord. S. Bas. Franc. Card. Nerlio editum fuit an. 1677. Porro huic versioni nihil deest, quam quae *Benedictiones* in editis sequuntur eam quæ datur in mensa, vel quod neglexerit interpres, vel quod aetas absumpserit, quod ultimum a re absimile non est, cum ipse mensae benedictionis finis interierit, defectumque recentior manus compleverit.

ANIMADVERSIONES

Libri fronti adiacet haec notula: « *E græco nostro horologhio* (sic) *traductum a P. Mag. D. Gregorio Carnuccio Ord. S. P. N. Basilii Magni: civitatis Styli Novitiorum Mag. ac Linguae Graecae Lectore in Monasterio Cryptaeferratae an.* 1682, *jussu Emi ac Rmi D. Card. Nerlii Nni Ord. Protectoris.* »

Jam vero cum de latino apographo nil aliud mea referat dicere, liceat mihi pro re nata aliquid tantum animadvertere de eiusd. Codicis archetypo *Horologio græco*. Cl. Nicolaus Rayaeus in suis Dissertat. de Officio Græcorum (Acta Sanctorum t. II Junii p. LXXX) dixit: « *hoc Horologium ritibus Latinis conformius est, quam Græcis.* » Quod Horologium nostrum non satis ubique conveniat cum Graecis ritibus, transeat; nam revera neque ratio adhuc constat, ex quo potissimum Rituali Graecorum norma exigenda sit, multum enim semper ecclesiasticum morem unum inter et alterum toto Oriente interfuit, at non idcirco Latinis ritibus nostrum conformius quam græcis dicendum erat. Ordo quidem *horarum* est vere orientalis, et quin aliquid cum Latinis commune habe-

at, cum Graecis maxime convenit; nisi forte Latinum sit, in compendium aliquid esse redactum (Præfat. Horolog.), in quo tantum discrepare dixerim Horologium Cryptense a ceteris Orientalibus. At revera duobus ex capitibus dici potest Horologium nostrum aliquo pacto ad Latinos accessisse: 1. quod allegerit antiphonas Latinorum in fine singularum horarum: 2. quod aliquot festas commemorationes juxta Latinos invexerit. Si hæc non sunt probanda, tamen ad *ritualem*, ut ita dicam, conformitatem veram propriamque non pertinent. Antiphonarum enim recitatio est pars mere accessoria: adiectio autem festi Corporis Christi fer. V post Domin. τῶν ἁγίων πάντων, imo et festi omnium Sanctorum d. I Novembris, itemque altera die, commemorationis omnium Defunctorum, denique festum S. Basilii d XIV Junii, cum inde neque damno propriis festis iuxta Typica Graecorum facta sint, neque etiam in his ipsis ratio Typicorum sit immutata, insertiones istae et additiones ritus græcos cominus et intrinsece non corruperunt. Læditur tamen ratio officii graeci ex eo dumtaxat, quod commemorationes Sanctorum ac Defunctorum iterantur, quas ipsa aliis statis diebus habet.

Sed quo magis offenditur Rayaeus, et quo maxime motus iam antea pag. XXVII dixerat, « *hoc Horologium habere plurima quæ sunt Ritibus Latinorum potius quam Græcorum conformia,* » id potissimam fuit *Oratio* τοῦ Καταξίωσον, ut eius voce utar, quam nos habemus ad Vesperas. Quid conforme Latinis exhibeat haec *Oratio* non video. At ille forte posuit, quod ipsum lateret *orationem* hanc esse alteram (ut ita dicam cum Symeone Thessalon. *De precat. divina* n. CCCXIII) partem τῆς Δοξολογίας seu *Hymni angelici*, partem scilicet *deprecationis*, uti prior pars *laudationis* est, quemadmodum in oratione dominica et in hymno *Te Deum* factum esse conspicimus. Nos autem hymnum angelicum integrum recitamus ad *Laudes* matutini. Ceterum Graeci ipsi schismatici suis Vesperis eiusdem cantici particulam illum præfigunt, uti videre est in *Horologio magno* typis edito Venetiis a Spyridione hierom. an. 1870.

CODEX DECIMUS SEPTIMUS

Γ. α. XVII.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVII, constans foliolis 16, longitud. metri 0, 10, latitud. paullo pl. 0, 6, diligenter et correcte exaratus, excipiens Ακολουθίαν τῶν Κεκοιμημένων, *Officium Defunctorum*, quale nimirum exhibetur in *horologiis* editis Cryptaeferratae.

CODEX DECIMUS OCTAVUS

Γ. α. XVIII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVII, constans foliis 170, longitud. metri 0, 26, latitud. 0, 20. Διακονικὸν appellatur liber, ut qui multa pro sacris ministeriis præscribat.

Fol. 1. Incipiunt ea quae ad Vesperas attinent et ad Completorium, quibus subnectuntur antiphonae Latinorum in officiis absolvendis dicendæ, græce versæ. Mox veniunt quae ad Matutinum spectant.

Fol. 17. Preces in horas minores et *Beatitudines* ad nonam, et *Litaniae breves* ad Completorium *magnum*.

Fol. 21. v. Completorium Sabbatorum quod παράκλησις dicitur cum hymno seu *Canone*.

Fol. 28. v. Officium persolvendum in exequiis Defunctorum.

Fol. 34. Series tropariorum in Resurrectionem Domini, in ferias hebdomadales et in commune Sanctorum.

Fol. 54. Σύντομα, seu concisi cantus, in solemniores festivitates.

Fol. 104. Δόξαι seu troparia quae *stichéris* ad Vesperas et Matutina appingi solent.

Fol. 115. v. Stichologia dominicalis, quae Πολυέλεος etiam dicitur, de qua fusius disserit Toscanius noster op. cit. p. 19.

Fol. 120. Evangelia ἑωθινὰ cum *Exapostilariis* et *Doxis* omnino XI, quae pro Dominicis diebus mutantur.

Fol. 135. Troparia Sanctorum propria ex Menologio annuali, nec non pro festis Dominicis.

Fol. 160. v. *Megalynaria* in festa Domini, Deiparae et Sanctorum: ex iis quaedam sunt inedita.

Fol. 167. v. Benedictio esculentorum in Paschate, et Litaniae Lauretanae graece versae, quae olim forte item graece, nunc autem latine singulis sabbatis, detecta Deiparae imagine, in nostra Ecclesia cantari solent.

ANIMADVERSIONES

Fol. 170. Habetur haec Calligraphi epigraphe. Εγράφη ἡ παροῦσα βίβλος τοῦ Διακονικοῦ καὶ ἐτελειώθη ὀγδόῃ ἰσαμένου τοῦ Δεκεμβρίου ἐν τῷ χιλιοστῷ ἑξακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ δευτέρῳ, ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ σαρκώσεως, ἐν τούτῳ Μοναστηρίῳ τῷ ἐπονομαζομένῳ τῆς Κρυπτοφερράτης, ὑπ' ἐμοῦ κυρίου Λουκᾶ τοῦ Ρίσα τοῦ Μαρίνου (alia manu ad marg τοποτηρητοῦ) τοῦ Μοναστηρίου τῆς αὐτῆς Κρυπτοφερράτης, ἱερομονάχου τῆς τάξεως τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου ἔτη ἑξήκοντα ὀκτὼ γενομένου. Ερρωσθε οἱ ἀναγινώσκοντες καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ ἁμαρτωλοῦ εὔχεσθε. *Volumen hoc* Diaconici *exaratum est et absolutum die VIII decembris anno MDCLXII ab Incarnatione Salvatoris N. J. C. in hoc Monasterio quod cognominatur de Cryptoferrata, a me D. Luca Rosa Marenensi, Vicario in eodem Monasterio Cryptaeferratae, monacho sacerdote Ordinis S. P. N. Basilii M. annos agente octo et sexaginta. Valete qui legitis, et pro me peccatore orate.*

Cum traditio apud nostros vulgaris olim fuerit Imaginem Deiparæ, a Luca evang. pictam fuisse, quod plane de cunctis hisce tabulis critici eruditique viri factum esse acriter negant, Lucam hieromonachum ipsum contexisse credo μεγαλυνάριον, canticum, in hanc Imaginem (alibi enim non reperi), quod ita se habet. Αλαλα τὰ χείλη· τῶν ἀσεβῶν· τῶν μὴ προσκυνούντων· τὴν εἰκόνα σου τὴν σεπτήν· τὴν ὑςορηθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ἀποςόλου· Λουκᾶ ἱερωτάτου· τὴν ὁδηγήτριαν « *Obstruantur labia impiorum qui non adorant venerabilem imaginem tuam, a sanctissimo Luca apostolo pictam, odegetriam* (viae ductricem). »

CODEX DECIMUS NONUS

Γ. α. XIX.

Fragmentum Cod. ms. membran. latini saeculo XIV exarati, constans uno quaternione, octo nimirum pagellarum, quae ad marg. corrosae sunt, praebentque longit. m. 0, 22, latitud. plus minus 0, 14, optime exaratae.

Excipit quaedam de *Breviario* Latinorum, praesertim ex Officiis infra annum dominicalibus.

Eadem in theca adservantur laciniae duae membranaceæ alterius *Breviarii* item latini, minore constantes dimensione, exhibentes adhuc margines maeandris inauratos. Scripturae ratio saeculum ostendit fere XIV. Perlegit eas D. Josephus Cozza, deprehenditque inesse fragmenta Psalmorum LVIII, LX, LXIII, LXVII.

CODEX VIGESIMUS

Γ. α. XX.

Cod. ms. chartac. graecus saeculo XVI labente vel XVII ineunte exaratus. Constat foliis nonaginta, longitud. metri 0, 40, latitud. 0, 27, scriptis, uti videtur ex characteris forma, a D. Michaële Lodolino per id temporis hieromonacho in nostro Cœnobio Cryptoferratensi. Gaudet literis grandioribus multis eleganter pictis et quam plurimis ornatibus. Ανεπίγραφος codex definiri potest *Horologium* magnum in communem Chori usum, uti res contentæ produnt.

Praecurrit Codici Ακολουθία τῶν κεκοιμημένων, *Officium Defunctorum.*

Fol. 1. signato ψαλμοὶ εἰς τὸν Ορθρον καὶ εἰς τοὺς Αἴνους, (Sex) *psalmi (proœmiales) ad Matutinum et* (alii) *ad Laudes.*

Fol. 6. v. Horæ *parvæ* quatuor, uti in Breviariis editis.

Fol. 15. Officium vespertinum, sed tantum *psalmi.*

Fol. 17. v. *Apodipnum* seu Completorium cum psalmis.

Fol, 19. v. Αρχὴ τῆς παρακλήσεως, *Initium paraclesis,* completorium ad Sabbata ferialia, integre cum hymno in *Deiparam.* Τῷ ὁδηγήσαντε πάλαι, *Illi qui deduxit olim.*

Fol. 26. Αρχὴ τοῦ μεγ. Αποδείπνου, *Initium apodipni magni,* quod dicitur in feriis quadragesimalibus.

Fol. 32. v. Hymnus alter in *Deiparam* Τριῳάτας κραταιούς (Vid. Cod. Δ. γ. XXXI. n. II).

Fol. 34. *Menologium* seu Kalendarium anni universi, in superioribus Codd. persaepe notatum.

Fol. 70. Menologium *Triodii* seu festorum in quadragesima.

Fol. 73. Officium SS. Paschatis et Menologium *Pentecostarii* seu temporis paschalis, omnia juxta Breviaria.

Fol. 81. Troparia et Contacia quae occurrunt in dies sive feriales sive dominicas. Haec pone subnectuntur eadem dicta Κοινὰ, seu de Communi Sanctorum, quae in *horologiis* etiam editis habentur.

ANIMADVERSIONES

Ornatuum genus, idemque characteris similia multa praeseferunt iis, quae in Cod. A. γ. II suspeximus, nisi quod in illo *Psalterio* cuncta elegantiora, quam in *Horologio* existunt.

Duplici autem capite potissimum interest characteris varietas Friganum illum inter et Lodolinum, primo quidem quod prior graphium premat magis quam alter, tum quod litera ν aliquanto magis flectatur in secundi quam in primi scripturis.

Ad aetatem vero quod attinet exarati Horologii videre videor, hanc praecurrisse annum quadragesimum tertium saec. XVII, quo anno S. Josaphat in Beatorum albo accensus est. Dum enim Basilius Falasca per id temporis componebat etiam hymnum in novensilem Beatum Ordinis sui, Lodolinus contra neque mentionem quidem de eo injicit in Menologio sub die XII Novembris.

CODEX VIGESIMUS PRIMUS

Γ. α. XXI.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XIX, constans foliis scriptis 7, longitud. metri 0, 24 et latitud. 0, 19, exscriptus a D. Philippo Berga hieromonacho Cryptaeferratae an. 1843, bono quidem charactere, cui tamen orthographica correctio passim desideratur.

Titulus est: Ακολουθία τῶν κεκοιμημένων, *Officium Defunctorum*, sed excipit tantum excerptum ex horologio nostro expiatoriarum precum compendium, quo uti solemus in exequiis plurium defunctorum. Accedit Εὐχὴ seu oratio funebris pro *puero defuncto*, nuper exscripta e Cod. Γ. β. V.

CODEX VIGESIMUS SECUNDUS

Γ. α XXII.

Fragmentum Ωρολογίου chartac. saec. XVI vel XVII ineuntis, spissum foliis 64, longitud. metri fere 0, 16, latitud. 0, 12. Characteris

genus rationem aliquam praesefert cum calligraphia nostri Cœnobii.

Excipit, quod majoris in parva re sit momenti, *Menologium* non integrum a Septembri mense usque ad Januarium propter elapsas pagellas inexpletum.

CODEX VIGESIMUS TERTIUS

Γ. α. XXIII.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII, constans foliis scriptis 27, longitud. metri 0, 14, latitud. 0, 8 cum dimidio, pulchro charactere ac diligenti manu exaratus.

Excipit non absolutum officium Horarum *minorum* ab hora I desinens infra horam IX, quae ad mentem calligraphi excipienda erat Completorio.

Praecurrunt Diurno haec: Manuale *ad horas Canonicas* parvas *graece persolvendas extra tempus Quadragesimalis jejunii, iuxta ritum Orientalis Ecclesiae et praesentem consuetudinem ab Ecclesia Romana approbatam: — In quo quidem Manuali reperiuntur tantum sequentes Horæ: Prima videlicet, Tertia, Sexta, Typica, Nona et Completorium, non autem Matutini et Vesperarum Officia.* etc.

ANIMADVERSIONES

Calligraphus e nostris monachis nemo fortasse extitit, sed quivis alius sive monachus sive simplex presbyter orientalis catholicus, Romae, uti arbitror, degens, quippe *horarum* rubrica convenit magis Horologio Romæ edito a Congregatione De Propaganda Fide an. 1873, quam nostris ibidem editis an. 1677, et 1772.

CODEX VIGESIMUS QUARTUS

Γ. α. XXIV.

MSS. plura liturgica saec. XIX, schedis insita compluribus pl. min. longitud. 0, 26, latitud. 0, 20. Porro quae continentur syllabus recenset.

1. Collatio Typicorum Græcorum elaborata a D. Theodoro Toscani.

Typicum Sabaticum ex Codice Palatino 101, saec. XIV.

Idem ex Cod. Vaticano 782, saec. XIV?

Idem ex Cod. Vaticano 784, saec. XIV.
Idem ex Cod. Vaticano 785, saec. XV vel XIV.
Bovense ex Cod. Barberin. 75, saec. XVI.
Casulanum ex Cod. Barberin. 76, saec. XIII.
Idem ex Cod. Barberin. 236, saec. XVI.
Idem ex Cod. Vallicelliano D. 61, saec. XIII.
CPolitanum Ex edit. CPtana an. 1851.
Siculum ex Cod. Vaticano 1877, saec. XIII.
Studitanum ex Cod. Vaticano 1609, saec.

2. Dissertatio italica et Quaesita de Typicis et rebus liturgicis, opus eiusdem P. Toscani, ad quod appinxit etiam plura P. Josephus Cozza.

3. *Triplex ordo festorum cuiusque mensis* ex collatis *Eclogadio* Cryptoferratensi Cod. A. β. V et Typico Cryptofer. Cod. Γ. α. I, nec non ex Menaeis Venetis impressis saec. XVI et XVII.

4. Menologii in latinum translati pauca.

5. Elenchus Sanctorum latinus iuxta Graecos non absolutus. Tria ista vix incœpta opera pertinent ad abb. Epiphanium Mazio.

CODEX VIGESIMUS QUINTUS

Γ. α. XXV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI, constans foliis sexdecim, longitud. m. 0, 16, latitud. 0, 12, bono sed multum ligato charactere exaratus eadem manu, videtur, qua Cod. Γ. β. V.

Fragmentum sat utile ἀκολουθίας τοῦ ἐξοδιαστικοῦ, *officii mortuorum*. Rebus vel novis vel nove dispositis praestat Officio quod habetur in Euchologio edito; insunt enim contacia *Romani* mutilata, integra contra *Anastasii* et *Theodori*, quæ pone venit *Canon* ton. II, incip. Οἱ ἐν σαρκὶ, deficiens prope Od. IX, nondum repertus in editis.

CODEX VIGESIMUS SEXTUS

Γ. α. XXVI.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVII, complexus foliis scriptis 175, longitud. metri 0, 24, latitud. 0, 18, quorum folia 48 exarata

sunt a D. Basilio Falasca, qui scripsit Cod. pergam. Γ. β. XVI, an. 1641, cetera vero a D. Luca De Felicibus, qui scriptor complurium Codicum nobis passim occurrit.

P. Falascæ scriptura post quaedam preces de *Euchologio* complectitur Διακονικὸν seu *Rituale* pro sacris ministeriis ad Canonicas hores persolvendas.

P. De Felicibus vero multo plura habet, quae sub hisce praecipuis capitibus recensemus:

1. Collectio Συντόμων, breviorum cantuum quoddam genus, excurrens per universi anni festivitates, quibus ea *Idiomela* appinguntur, quæ vulgo Δόξαι appellantur, eo quod ad Δόξα πατρὶ. succini solent.

2. Post psalmum Πολυέλεος (de quo confer Theodor. Toscani in « *Animadversiones ad Typica Græcorum* ») veniunt undecim Evangelia ἑωθινὰ, *matutinalia*, pro diebus Dominicis.

3. Collectiones aliquot ex *Tropariis* et *Megalynariis* Sanctorum, quibus male subnexa sunt quidam latinismi, scilicet de *Commendatione animæ* pro iis qui in extremis vitae sint constituti.

CODEX VIGESIMUS SEPTIMUS

Γ. α. XXVII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, habens folia 48, longitud. metri 0, 23, latitud. 0, 16. Membranae ex usu pingues et attritae, quippe quae habent *palimpsestum* unciale magnum biblicum ex libro Sirach c. VI.

Characteris forma latior est, genus autem ipsissimum, quam quod inest Codici B. β. III. Initiales literae saepe figuris, eaedem autem uti rubricæ omnes minio, ceterae minores atramento aetate flavescente conficiuntur.

Pagellae primae, praetexto rudiori ornatu atque sententia Ἰησοῦ Χριστὲ βοήθει, *Jesu Christe auxiliare*, decurrit titulus: Ἀρχὴ σὺν θεῷ μακαρισμῶν, *Initium, auspice Deo, Beatitudinum*. Veniunt hoc nomine, ut alias monuimus, cantica quaedam quae in solemnioribus Missis habentur.

Fol. 1. Μακαρισμοὶ, *beatitudines* per octo tonos pro singulis hebdomadae diebus.

Fol. 39. Μακαρισμοὶ, *beatitudines* pro maioribus infra annum Dominicis et Marianis festis. Cum hae expliciant in festum Ascensionis Domini, patet Codicem deficere ante finem.

ANIMADVERSIONES

Profecto e Codicis collatione cum Cod. A. ∂. IV. eruitur hunc ipsum exscripsisse Joannem Rossanensem hieromonachum Cryptoferres, qui an. 1230 Codicem etiam B. β. III, quem supra memoravi, in D. Barptolomæum conscripsit.

Ex antiquiori quae infra scriptura latet, quiddam Josephus Cozza noster delibavit et eruit, nempe fragme tum D. Liturgiæ, et alterum de sacris Bibliis quod notatum sub Cod. Δ. ∂. V iuxta praecedentem recensionem, nunc vero Γ. α. XXVII, nos recordati sumus in Cod. A. ∂. XXIV n, VI.

CODEX VIGESIMUS OCTAVUS

Γ. β. I.

Codex ms. membranae. graecus saec. XI, constans foliis 154, longitud. metri 0, 24, latitud. 0, 18, ex membranis flaviusculis et lævigatis. Character iam prae vetustate flavescens est rotundus et bene compositus. Literae omnes capitales, indicationes multæ, aliquot etiam tituli, ex auro confecta sunt. Quae series precum ad unum aliquem ritum pertineant, separantur lineola rubra orizontali. Ignoratur calligraphus, sed uti inferius patebit, orientalis sat procul dubio fuit. Lamentandum id unum est deesse initio quaterniones quotuor, folia scilicet omnino duo et triginta.

Est praestantissimum *Euchologium*, liber nempe sacrorum Rituum et precum vel ad Missam pertinentium vel ad sacramenta aut ad alia sacra facienda, prouti Index modo conficiendus ostendit. Sed primum lectores moneo quod in hoc Euchologio describendo me referam quoad singula aut ad *Euchologium magnum* Romæ editum typis S. Congregationis de Propaganda Fide, curantibus D. Stephano Stephanopoli archiep. Philip. et R. P. D. Josepho Cozza an. 1873, aut ad *Euchologium* Graecorum a Goario illustratum (Edit. Venet. 1730).

Fol. 1. Εὐχὴ λεγομένη ἐν τῷ Σκευοφυλακίῳ, *Oratio dicenda in Scevophylacio.* P. Καὶ νῦν δεόμεθά σου, *Et nunc oramus te.* Deest in editis.

Fol. eod. Εὐχὴ ἀντιφώνων α' τῆς Τριτοέκτης, *Oratio antiphonarum I.* (quae habentur) in *Tertio-Sexta.* Ita Graeci indigitant ritum quemdam precum, qui in jejuniis locum habet *Tertiam* horam inter et *Sextam*, et speciem aliquam Liturgiæ præsefert (Sym. Thessalon. *De sacr. Preeat.* cap. 352). P. Ο θεὸς ὁ ἐπὶ τῶν Χερουβίμ, *Deus qui super Cherubim.* Aliae plures sequuntur, quae cum absint in editis fere omnes, reperiri possunt citatae in eodem ritu a Symeone.

Fol. 5. Εὐχὴ ἀντιφώνου α' τοῦ Λυχνικοῦ, *Oratio antiphonæ I in Vesperis.* P. Κύριε οἰκτείρμων. *Domine misericors.* Ista ac pleraeque quindecim

sequentes habentur in Euchol. edit. pag. 11 et seq. sed multae desunt necdum ibi, sed et in Symeone, maxime vero quae pro Catechumenis fiunt, credo equidem, quia isti, teste Codice, non conveniunt ad Vesperas nisi feriis III et V (fol. 9), sed tempore etiam Symeonis non amplius adesse poterant, decrant enim catechumeni (*Exposit. de Templ.* n. 74).

Fol. 11. Εὐχὴ τῶν καταγύρων. *Oratio* (dicenda cum ad Vesp. templo circum ambulatur). Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ θησαυρὸς. *Domine Deus noster thesaurus.*

Fol. 12. v. Εὐχαὶ κατὰ παννυχίδα, *Preces in pervigilio.* Ritus τῆς παννυχίδος, qui habetur I hebdom. quadrag. describitur a Sym. *De sacra precat.* 356. Εὐχὴ ἀντιφώνου α'. P. Οἱ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἡμέρας, *Qui diurno tempore.* Hæc una omittitur omnino, ceterae autem notantur loc. cit. apud Symeonem.

Fol. 15. Εὐχαὶ μεσονυκτικαὶ, *Preces mesonyctiœ.* Aliae sunt istae preces, omnino quinque, ab iis quae referuntur in editis.

Fol. 16. Εὐχὴ ἑωθινὴ πρώτη, *Oratio prima matutina.* P. Εὐχαριστοῦμέν σοι, κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Gratias agimus tibi, Domine Deus noster.* Ceterae sunt omnes, præter tres, super catechumenos.

Fol. 22. Εὐχαὶ τῶν ὡρῶν τῆς ἡμέρας, *Preces horarum diurnarum*, quæ cunctae, viginti duo prorsus, absunt ab Euchol. edito.

Fol. 27. Εὐχαὶ τῆς γονυκλισίας τῆς ἁγίας πεντικοστῆς, *Preces gonyclisiae S. Pentecostes.* Officium *gonyclisiæ* in S. Pentecoste, ita dictum quod tum primum genuflectere resumunt Graeci et ad singulos preces genua flectunt atque levant (Goar. p. 380, qui ex hoc ipso Cod. ordinem officii subnectit p. 604.-Euchol. p. 380).

Fol. 36. Εὐχὴ ἐπὶ ἐνάρξει λιτῆς, *Oratio in principio supplicationis.* Oratio succedit, cui octo pone sequuntur omnes rationem habentes cum ritu. Goarius p. 639-641.

Fol. 38. v. Εὐχαὶ ἐπὶ ἀνομβρίαν, *Preces* (duae) *ad obtinendam pluviam* habentur in Euchol. p. 396. Goar. p. 613.

Fol. 39. v. Εὐχαὶ ἐπὶ χειροτονίᾳ ἐπισκόπου, *Preces* seu potius *ritus in ordinatione episcopi.* Eucholog. p. 137 et pag. π'.

Fol. 41. Εὐχαὶ ἐπὶ χειροτονίᾳ πρεσβυτέρου, *Preces* seu ritus *in ordinatione presbyteri.* Euchol. p. 134, Goar. 234.

Fol. 42. v. Τάξις ἀκολουθίας ἐν τῇ χειροτονίᾳ πρεσβυτέρου τὸν πληροῦν (sic) τὸν ἀρχιδιάκονον, *Ordo eorum quae fieri oportet ab Archidiacono in ordinatione presbyteri.* Non reperi.

Fol. 43. Εὐχαὶ ἐπὶ χειροτονίαν διακόνου, *Preces pro ordinatione diaconi.* Euchol. pag. 131, Goar. p. 208-209.

Fol. 45. Εὐχὴ ἐπὶ χειροτονίαν διακονίσσης, *Preces in ordinatione dia-*

conissæ. Goarius pag. 218. Euchologii editores omiserunt ritum uti apud nostratas inutilem.

Fol. 46. Εὐχαὶ ἐπὶ χειροτονίων ὑποδιακόνου, *Preces in oodinatione subdiaconi*. Eucholog. p. 130, ubi omittitur altera oratio incip. Κύριε ὁ θεὸς παντοκράτορ. *Domine Deus omnipotens*.

Fol. 47. Εὐχὴ ἐπὶ κυροφόρου καὶ δεποτάτου, *Oratio super Cerofera-rium et Deputatum*. P. ὁ πᾶσαν κτίσιν, *O qui universam creaturam*. V. apud Goarium p. 198.

Fol. eod. v. Εὐχαὶ προχειρίσεως ἡγουμένου ἐν τῷ πατριαρχείῳ, *Orationes ad consecrationem Abbatis in Patriarchio*. Invenies in Euch. p. ϛη'. et in Goar p. 395.

Fol. 48. Εὐχὴ εἰς τὸ κατασφραγίσαι παῖδα λαμβανόμενον ὄνομα τῇ η' ἡμέρᾳ τῆς γενέσεως αὐτοῦ, *Oratio cum consignatur* (oleo) *puer accipiens nomen die octava a nativitate sua*. P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν. *Domine Deus noster*. Euch. p. 141.

Fol. eod. v. Εὐχὴ εἰς τὸ ἐκκλησιάσαι παῖδα εἰς τὴν μ'. (τεσσαρακοστὴν ἡμέραν), *Oratio cum inducitur puer in ecclesiam die quadragesimo*. P. Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτορ, *Domine Deus omnipotens*. Euchol. p. 143. At in Cod. nihil adest praeter orationem.

Fol. 49. Εὐχὴ εἰς τὸ ποιῆσαι κατηχούμενον. *Preces quibus constituitur aliquis catechumenus*. Ritus habetur in Euchol. p. 147.

Fol. 53. Εὐχαὶ τοῦ ἁγ. βαπτίσματος ἃς λέγει ὁ πατριάρχης προηγησαμένων τῶν εἰρημένων, μάλιστα δὲ τῷ ἁγ. Σαββάτῳ ἑσπερ. *Preces S. Baptismatis, quas dicit Patriarcha, cum præcedentia cuncta* (scilicet catechismos) *dixerit, maxime ad Vesp. Sabbati magni*. Ritus hic est in Euch. p. 152 et in Goar. p. 391.

Fol. 59. v. Εὐχαὶ εἰς τὸ ἀπολοῦσαι τὸν φωτισθέντα τῇ η' ἡμέρᾳ, *Preces cum abluitur illuminatus* (baptizatus) *die octava*. Euchol. p. 159.

Fol. 60. v. Εὐχαὶ εἰς τὸ κουρεῦσαι παῖδα. *Preces cum tondetur puer*. In Euchol. p. 160, ubi ritui praefigitur titulus: Εὐχὴ εἰς τριχοκουρίαν, *Oratio in tonsionem capillorum*.

Fol. 61. v. Τάξις γινομένη εἰς τὸ ὕδωρ τῶν ἁγίων θεοφανίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ποιοῦντος τοῦ ἀρχιδιακόνου συνάπτην, *Ordo servandus ad aquam SS. Epiphaniae Domini in ecclesia benedicendam, postquam archidiaconus dicit magnam collectam*. Euchol. p. 215.

Fol. 64. v. Ἀπόταξις καὶ σύνταξις γινομένη τῇ ἁγ. καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ τοῦ Πάσχα, *Abrenunciatio et cooptatio facienda in S. et magna Paschatis parasceve*. Ad marg. infra additur eadem manu: Κατήχησις τῆς ἁγ. παρασκευῆς, *Catechesis sanctæ parasceves*. Omittitur in Euchol. sed ex Cod. Barberino editur a Goario p. 279 et seq.

Fol. 71. v. Εὐχαὶ γινόμεναι εἰς τὰ ἀπαμφία τῆς ἁγ. τραπέζης, *Preces habendae pro pallis sacræ mensæ*. In marg. sup. additur eadem manu:

τῇ ἁγ. καὶ μεγάλῃ ε', *sancta et magna feria V.* Vid. Euchol. p. 322.

Fol. 72. v. Εὐχαὶ τοῦ ἁγ. νιπτῆρος γινόμεναι ἐν τοῖς μοναστηρίοις, γενομένης συναπτῆς ὑπὸ τοῦ διακόνου, *Orationes s. lavipedii habendae in Monasteriis, cum diaconus dicit collectam.* Euchолog. p.375 et Goar. p. 591, exhibent totum ritum, itemque Cod. r. β. XXIII.

Fol. 73. v. Εὐχὴ ἐπὶ θεμελίου ἐκκλησίας καὶ ἐπὶ σταυροπηγίου, *Oratio super fundamentum Ecclesiæ et Crucis defixionem.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἀρεσθείς, *Dominus Deus noster, qui voluisti.* Euch. p. 353, Goar. p. 485. Mox alia subnectitur cum tit: Επὶ θεμελίου ἐκκλησίας, *Super fundamentum Ecclesiæ.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸ σὸν ἅγιον, *Domine Deus noster, qui sanctum tuum.* Deest in Euch. sed editur a Goario p. 486.

Fol. 74. v. Τάξις γινομένη ἐπὶ καθιερώσει ναοῦ καὶ ἱδρύσει τῆς ἐν αὐτῷ ἁγίας τραπέζης, *Ordo servandus in templi dedicatione erectione sacræ mensæ.* Abest in Euch. sed habet Goarius p. 655.

Fol. 86. Τάξις γινομένη ἐπὶ σαλευθείσης ἁγ. τραπέζης, *Ordo habendus, si commoveatur s. mensa.* Euch. p. 254 et seq. Sed fol. 87. v. alius ordo constituitur, qui deest in Euchol. editur tamen a Goario p. 492.

Fol. 89. Εὐχὴ εἰς ἀνοίξια ἐκκλησίας ὑπὸ αἱρετικῶν βεβηλωθείσης· Νικηφόρου πατριάρχου, *Oratio, cum rursus aperiatur Ecclesia ab hæreticis prophanata. Nicephori patriarchæ.* P. Ο θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ θρόνον ἔχων, *Deus virtutum, thronum habes.* Hæc oratio deest tum in Euch. cum in Goario. In Euchologio sufficitur alia ex Allatiano Euchol. (Goar. p. 494) et in Goario datur altera, quae in eodem Cod. (fol. 90. v.) inscribitur: *Tarasii Patriarchæ:* P. Δέσποτα κύριε, *Dominator Domine.*

Fol. 91. Εὐχὴ ἐπὶ ἀνοίξει ναοῦ βεβηλωθέντος ὑπὸ ἐθνῶν, *Oratio in apertione templi a gentibus prophanati.* Euch. p. 256. P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸν ναὸν τοῦτον, *Domine Deus noster, qui templum hoc.*

Fol. 91. v. Εὐχὴ λεγομένη ἐν τῇ εἰσόδῳ πρὸ τῆς συνήθους, ἐπὶ ἀνοίξει ναοῦ, ἐν ᾧ συνέβη θανεῖν ἄνθρωπον βιαίως, *Oratio dicenda in introitu* (Missæ) *ante solitam, cum reseratur templum in quo hominem violenter mori contigerit.* P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Dominator Domine Deus noster.* Euchol. p. 321.

Fol. 92. v. Πῶς δεῖ δέχεσθαι τὸν ἐξ ἑβραίων τῇ τῶν χριστιανῶν πίστει προσερχόμενον, *Quomodo recipi oporteat eum, qui ex Hœbræis ad Christianorum fidem accedat.* Goar. p. 282-283.

Fol. 94. Εκ τοῦ Εὐχολογίου τοῦ πατριάρχου· Οπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, *Ex Euchologio patriarchæ: Quomodo recipi oporteat eos, qui ex hæresibus* (redeunt) *ad sanctam Dei et apostolicam Ecclesiam.* Deest in Euchologio, sed habetur in Goar. p. 694, qui subnectit continuo modum recipiendi *Manichæos:* qui ritus in Cod. post hunc mox exscribitur fol. 95. v.

Fol. 104. v. Μεθοδίου ἁγιωτάτου πατριάρχου. Διάταξις περὶ τῶν διαφόρῳ τρό-

πῳ καὶ ἡλικίᾳ ἐπιστρεφόντων, *Methodii SS. Patriarchæ: Constitutio de iis, qui quocumque modo vel ætate convertuntur.* Euchol. p. 473. Goarius p. 689 cum precibus pro iis qui *ex apostasia revertuntur ad nostram fidem* (Cod. fol. 105), vel *in errorem aliquem gentium compulsi sunt* (Cod. fol. 107).

Fol. 107. v. Εὐχὴ ἐπὶ ἀποστατήσαντος παιδὸς καὶ μαγαρίσαντος καὶ μετανοοῦντος, *Oratio super puerum apostatam et magiam exercentem et pœnitentiam agentem.* Euchol. p. 476.

Fol. 108. Εὐχὴ εἰς τὸ ποιῆσαι ἐθνικὸν κατηχούμενον, *Oratio ad ethnicum catechumenum constituendum.* Integer textus editur a Goario pag. 283. Euchol. p. 477.

Fol. 109. Veniunt hic preces absolutivae Missarum, εὐχαὶ ἀπολυτικαὶ seu ὀπισθάμβωνοι, quae retro *ambonem* dicuntur et variantur pro feriis et pro festis. Vid. Goar. p. 131 n. 188. Sunt omnino quindecim, et desunt in utraque editione Euchol.

Fol. 115. Εὐχὴ θυμιάματος, *Oratio incensationis.* P. Θυμίαμά σοι προσφέρομεν, *Thus tibi offerimus.* Euch. p. 38.

Fol. eod. v. Εὐχὴ εἰς κοιμηθέντας, *Oratio pro defunctis.* P. Ὁ ὢν καὶ προὼν, *Qui exstis et præexistis.* Goarius p. 433.

Ibid. Εὐχὴ ἐπὶ τελευτήσαντος κοσμικοῦ, *Oratio pro sæculari defuncto.* P. Ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων, *Deus spirituum.* Euchol. p. 252. Tum *pro sacerdote defuncto.* P. Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε, *Gratias agimus tibi Domine.* Euchol. p. 291. Alia incip. Παρὰ σοῦ καὶ πρὸς σὲ, *A te et ad te. Pro pueris defunctis.* Ὁ φυλάσσων τὰ νήπια, *Qui custodit parvulos.* Eucholog. pag. 441.

Fol. 117. v. Εὐχὴ ἐν τῷ τάφῳ ἡνίκα βάλῃ μύρον ἢ ἔλαιον σταυροειδῶς τρὶς ἐπάνω τοῦ λειψάνου, *Oratio in sepulchro, cum ibi proiicitur unguentum vel oleum ter in modum crucis supra cadaver.* P. Μνήσθητι κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Memento, Domine Deus noster.* Goar. pag. 437.

Ibid. Εὐχὴ ἐπὶ κολλύβοις κοιμηθέντων, *Oratio pro Colybis defunctorum.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.* Goar. p. 526.

Fol. 118. Εὐχὴ ἐπὶ κολλύβοις μνήμης ἁγίων, *Oratio super colybis in commemoratione Sanctorum.* P. Ὁ πάντας τελεσφορήσας, *O qui omnes ad finem perducis.* Euchol. p. 331.

Ibid. Εὐχὴ ἐπὶ μνήμης ἁγίων γινομένη διαδόσεως κρεῶν, οἴνου, ἄρτου καὶ κολλύβων, *Oratio dicenda in Sancti memoria, cum distribuuntur carnes, panes, vinum et colyba.* P. Ὁ εὐλογήσας θυσίαν, *Qui benedixisti oblationi.* Goar. p. 526.

Fol. eod. v. Εὐχὴ ἐν ἀρχῇ σπόρου, *Oratio in principio sementis.* P. Κύριε ὁ θεὸς, *Domine Deus.* Nullibi editionum reperi.

Fol. 119. Εὐχὴ ἐπὶ θέρους, *Oratio super messem.* P. Σοὶ κύριε τῷ τελειωτῇ, *Tibi, Domine, perfectori.* Est prorsus inedita.

Ibid. Εὐχὴ ἐν ἀρχῇ τῆς τρυγῆς κοινῆς, *Oratio in initio vindemiae publicæ*. P. Ο προσκυνητὸς σωτήρ, *Adorabilis Salvator*. Est inedita.

Ibid. Εὐχὴ μετὰ τὴν ἁγίαν μετάληψιν, *Oratio post S. Communionem*. P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐξ οὐρανοῦ, *Domine Deus noster qui de cœlo*. Inedita!

Fol. eod. v. Τάξις γινομένη ἐπὶ μνήστροις βασιλέων καὶ λοιπῶν, *Ordo servandus in sponsalibus Regum et ceterorum*. Dicitur *Regum* et *ceterorum*, nam cum Euchologium nostrum sit patriarchale, ritus hic pro cunctis fidelibus præscriptus, a patriarcha tamen potissimum, uti sese occasio exhiberet, erga Reges absolvebatur. Euchol. pag. 162.

Fol. 120. Εὐχαὶ ἐπὶ γάμοις ἤτοι στεφανώματος, *Orationes pro nuptiis scilicet incoronationis*. Euchol. 165.

Fol. 121. v. Εὐχὴ εἰς τὴν λύσιν τῶν στεφανίων, *Oratio cum solvuntur coronæ*. P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ στέφανον, *Domine Deus noster, qui coronam anni*. Euch. p. 174.

Ibid. Εὐχὴ ἐπὶ διγάμων, *Oratio super bigamos* (seu qui secundo nuptias ineunt). Inc. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸν Αβραὰμ, *Domine Deus noster qui Abraam*. Deest in Euch. et Goario.

Fol. 122. Εὐχὴ γινομένη ἐν τῷ μεγάλῳ σεκρέτῳ ἀπιόντος πατριάρχου πρὸς ὁδοιπορίαν. *Oratio dicenda in Secreto magno cum Patriarcha proficiscens iter facit*. Porro de duobus secretis patriarchæ majori et minori agit Du Cange in *CPoli Christiana* l. 2. Sect. 13 et 14. Inc. Η ὁδὸς τῆς δικαιοσύνης. *Justitiæ via*. Goar. p. 685.

Ibid. Εὐχὴ ἐπὶ προχειρίσει βασιλέως, *Oratio in Imperatoris inauguratione*. Habetur hic ritus editus apud Goar. p. 726 et seq.

Fol. 123. v. Εὐχὴ ἐπὶ προχειρίσει Καίσαρος νοβελισσίμου κουροπαλάτου, *Oratio in promotione Cæsaris nobilissimi Curopalatæ*. P. Ο θεὸς ὁ μέγας, *Deus magnus*. Edit Goarius p. 830.

Fol 124. Εὐχὴ ἐπὶ προαγωγῇ ἀρχόντων ἤτοι πατρικίων, *Oratio in promomotione procerum vel etiam patriciorum*. Ritus habetur in Goar. p. 731.

Fol. 124. v. Εὐχὴ γινομένη ὁσάκις ἔλθῃ ὁ πατριάρχης εἰς τὸν βασιλέα· ἐξαιρέτως δὲ τῇ ε'. τῆς δικαινισίμου, *Oratio dicenda quotiescumque Patriarcha regem conveniat, maxime vero in feriam V post Pascha*. Ritus est constans tribus orationibus, quarum prima incipit: Ο θεὸς ἡμῶν ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, *Deus noster, rex regum*. Cfr. Goarium p. 733.

Fol. 125. v. Εὐχὴ γινομένη ὑπὸ τοῦ πατριάρχου, ὅτε πρὸς συνηθὲς ἐπιτελεῖ τὴν τρυγὴν ὁ βασιλεὺς τῇ ιε' αὐγούστου ἐν βλαχέρναις, *Oratio dicenda a patriarcha, cum de more Rex vindemiam perficit die XV Augusti in Blachernis*. Deest in utraque editione. Vide quid simile in Const. Porphyrog. De Ceraemoniis aulae Byzantinæ l. c.

Fol. 126. v. Εὐχὴ εἰς τὸ εὐλογῆσαι τοῦ κανισκίου τῆς τραπέζης, *Oratio ad benedicenda dona in Missis*. Inc. Σοὶ τῷ ἀληθινῷ θεῷ, *Tibi Deo vero*. Goar. p. 568.

Fol. 127. Εὐχὴ πρὸ ἀρίστου ἐν τῇ κατ' οἶκον εὐωχίᾳ, *Oratio ante convivii prandium, domi habendum.* P. ὁ Θεὸς ὁ πάσης, *Deus cunctæ.* Goar. p. 568.

Ibid. Εὐχὴ μετὰ τὸ ἄριστον. *Oratio post prandium.* ὁ Θεὸς ὁ τρέφων ἡμᾶς, *Deus qui nutris nos.* Goar. p. 569.

Fol. eod. v. Εὐχὴ γινομένη ἐν τῷ δρόμωνι ὑπὸ τοῦ πατριάρχου, *Oratio patriarchæ in Dromo, in navi celoce.* P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Dominator Domine Deus.* Goar. p. 684.

Ibid. Εὐχὴ ἐπὶ χελανδίῳ ἀποστελλομένῳ κατὰ πόλεως, *Oratio in celoce pro classe adversus urbem aliquam misso.* ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, *Deus Deus noster.* Goar. p. 685.

Fol. 128. Εὐχαὶ εἰς ἀδελφοποίησιν, *Oratio in adoptionem fratris.* Vide Euchol. 482.

Fol. eod. v. Εὐχὴ εἰς ἀγάπην ἤτοι εἰρήνην, *Oratio ad dilectionem et pacem.* P. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.* Goar. p. 706.

Fol. 129. Εὐχὴ ἐπὶ ἀποδημούντων, *Oratio super iterfacientes et abeuntes.* P. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ συνοδεύσας, *Domine Deus noster, qui socius factus itineris.*

Fol. eod. Εὐχὴ τοῖς ἀπὸ ἔχθρας εἰρηνεύουσι, *Oratio super eos qui post simultatem conciliantur.* P. Εὐχαριστοῦμέν σοι, δέσποτα, *Gratias agimus tibi, Dominator.* Euchol. p. 482.

Ibid. Εὐχὴ τῶν ἐξ ἐπιτιμίας λυομένων, *Precatio eorum qui a pœnis absolvuntur.* P. Εὔσπλαγχνε, ἀγαθὲ, *Misericors, bone.* Euch. p. 333.

Fol. eod. v. Εὐχὴ ἐπὶ τῶν προσφερόντων ἀπαρχὴν, *Oratio super eos qui offerunt primitias.* P. Δέσποτα κύριε ὁ Θεὸς, *Dominator Domine Deus.* Euchol. p. 330.

Fol. eod. Εὐχὴ ἐπὶ οἴκῳ κτιζομένῳ, *Oratio super domum quæ conditur.* P. ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, *Deus omnipotens.* Euchol. p. 315.

Fol. 130. Εὐχὴ ἐπὶ εὐλογίᾳ οἴκου, *Oratio in domum benedicendam.* P. ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, *Deus salvator noster.* Euchol. p. 315.

Fol. eod. Εὐχὴ ἐπὶ οἴκῳ περιεργαζομένῳ, *Precatio super domum obsessam* (a spiritibus). P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐπάνω, *Domine Deus noster qui supra.* Euchol. p. 349. Adest initio variatio quaedam.

Fol. 131. Εὐχὴ ἐπὶ μετανοούντων, *Oratio super pœnitentiam agentes.* P. ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, *Deus salutaris noster.* Euchol. p. 206.

Fol. eod. Εὐχὴ ἐπὶ τῶν ἐξομολογουμένων, *Oratio super confitentes.* P. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ τῷ Πέτρῳ, *Domine Deus noster, qui Petro.* Eucholog. p. 453. Goar. p. 207.

Ibid. Εὐχὴ ἐπὶ τῶν προπετῶν ὀμνυόντων, *Oratio super eos qui in iusjurandum sunt proclives.* P. ὁ θεὸς ὁ τῆς, *Deus....* In Euch. alia editur. Goar. p. 534.

Ibid. Εὐχὴ μετὰ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τοῦ ἀρίστου, *Oratio postquam e mensa*

surrexeris. Goar. p. 569. Inc. Σοὶ τῷ ἀληθινῷ καὶ φιλανθρώπῳ θεῷ, *Tibi vero et benignissimo Deo.*

Fol. eod. v. Εὐχὴ ἐπὶ τῶν ἐν βρόμασι σκανδαλισθέντων, *Or. super eos qui scandalum in cibis passi sunt.* P. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.* Goar. p. 535.

Fol. eod. Εὐχὴ ἐπὶ μιαροφαγησάντων, *Or. super eos qui immunda comederunt.* P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς, *Dominator Domine Deus.* Euch. p. 268.

Fol. 132. Εὐχὴ ἐπὶ χειμαζομένων ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, *Or. super eos qui ab immundis spiritibus agitantur.* P. Ο Θεὸς ὁ αἰώνιος, *Deus æterne.* Euch. p. 293. Tum alia. Ο πᾶσιν ἀκαθάρτοις, *Qui cunctis immundis.* Euch. p. 294. Tum alia P. Επάκουσον ἡμῶν, *Exaudi nos.*

Fol. 133. Εὐχὴ ἐπὶ πώγωνος κουρᾷ ἢ κεφαλῆς, *Or. Pro tonsione barbae vel capitis.* Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.* Goar. p. 209.

Fol. eod. v. Εὐχὴ ἐπὶ τὸ ἀναδήσασθαι κεφαλὴν γυναῖκα, *Orat. ad velandum mulieris caput.* P. Ο Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, *O Deus, Deus noster.* Goar. 309.

Ibidem. Εὐχὴ ἐπὶ πυρετούντων, *Or. super febricitantes.* P. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.* Goar. p. 549.

Fol. 134. Εὐχὴ ἐπὶ ἀῤῥώστῳ, *Orat. super infirmum.* P. Πάτερ ἅγιε, *Pater sancte.* Euchol. p. 160.

Fol. eod. Εὐχὴ ἐπὶ ἐλαίου ἀῤῥώστου, *Or. super oleum infirmi.* P. Ο πολὺς ἐν ἐλέει, *Qui multus in misericordia.* Goar p. 679; et alia cuius initium: Κύριε ὁ ἐν τῷ ἐλέει, *Domine qui in misericordia.* Euch. p. 157.

Fol. eod. v. Τάξις γινομένη, εἰ συμβῇ μιαρόν τι ἢ ἀκάθαρτον, προσφάτως ἐμπεσεῖν εἰς ἀγγεῖον οἴνου ἢ ἐλαίου... *Ordo servandus si quid impuri vel immundi nuperrime ceciderit in vas vini aut olei.* Hic ritus habetur in Euch. p. 250.

Fol. 135. Εὐχὴ ἐπὶ μιαροῦ πεσόντος εἰς φρέαρ, *Or. super aliquid impuri cadens in puteum.* Ritus inest in Euch. 249.

Fol. eod. v. Εὐχὴ ἐπὶ ὀρύξει φρέατος καὶ εὑρέσει ὕδατος.. *Or. ad fodiendum puteum et aquam inveniendam.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.* Euch. p. 272.

Fol. eod. Εὐχὴ ἑωθινὴ, *Oratio matutina.* P. Δόξα σοὶ Κύριε, *Gloria tibi Domine.*

Ibid. Εὐχὴ κατὰ τὴν ἑσπέραν, *Oratio serotina.* P. Σοὶ Κύριε τῷ δεδοκότι, *Tibi Domine qui dedisti.*

Fol. eod. v. Εὐχὴ ἀπιόντων ἐπὶ κοίτην, *Oratio eorum qui cubitum eunt.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.*

Ibid. Εὐχὴ ἐπὶ λογισμῶν αἰσχρῶν, *Oratio contra cogitationes impuras.* P. Δέσποτα Κύριε ὁ θεὸς, *Dominator Domine Deus.* Euchol. 269.

Fol. 137. Εὐχὴ ἐπὶ πενθούντων, *Oratio pro lugentibus defunctos.* P. Κύριε κύριε ὁ καὶ τοὺς ἐν θλίψει, *Domine, Domine qui eos qui sunt tribu-*

latione. Inedita, quae enim adnotatur a Goario p. 438, longe alia est.

Fol. eod. Εὐχὴ εἰς τὸ φυτεῦσαι ἀμπελῶνα, *Oratio in plantandis vineis*. P. Σὺ εἶ ἡ ἄμπελος, *Tu es vitis*. Euchol. p. 273 cum variatione initii.

Fol. eod. v. Εὐχὴ εἰς μετάληψιν σταφυλῆς, *Orat. in uvæ delibatione*. P. Εὐλόγησον κύριε, *Benedic Domine*. Euchol. p. 351.

Fol. 138. Εὐχὴ εἰς ψυχορράγουντας, *Orat. in animam efflantes*. P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς, *Dominator Domine Deus*. In Euchol. p. 302. sub titulo εἰς ψυχὴν κρινομένην, *In animam iudicium subituram*.

Fol. eod. Εὐχὴ ἐπὶ παντὸς εἴδους ἀρρωστίας, *Oratio super omne genus infirmitatis*. P. Δέσποτα, δεσποτα παντοκράτορ. *Dominator, Dominator omnipotens*. Euchol. 272.

Fol. eod. v. Εὐχὴ ἐπὶ σεισμὸν, *Oratio occasione terræmotus*. P. Ο φοβερὸς καὶ θαυμαστὸς, *O terribilis et mirabilis*. In Euchol. cum quadam variatione p. 334.

Fol. 139. Εὐχὴ μελλοντος λαμβάνειν μαντίον, *Orat. super eum qui mandium induturus est*. P. Κύριε ὁ θεός ἡμῶν. *Domine Deus noster*. Euch. p. 187.

Fol. eod. Εὐχὴ ἐπὶ τῆς μέλλούσης λαμβάνειν σχῆμα μοναζουσῶν, *Oratio super eam quae acceptura est monialium habitum*. P. Κύριε ὁ θεός ἡμῶν, *Domine Deus noster*.

Fol, eod. v. Ακολουθία τοῦ προσχήματ. ἀρχαρίου, *Officium induendi novitii vestibus monasticis* seu *De Tonsura monastica*. Vide Goar. p. 379. et Euchol. p. 184 et seqq. Ad marginem recentiori manu adduntur *Interrogationes* faciendæ.

Fol. 140. Ακολουθία τοῦ μοναδικοῦ σχήματος, *Ordo cum datur monasticus habitus*. Adest catechesis (fol. 140. v.) Ο Κύριος ἡμῶν, *Dominus noster*, quae deest in Euch.

Fol. 147. Εὐχὴ τοῦ κολύμβου τῶν βλαχερνῶν, *Oratio Natatoriae in Blachernis*. P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster*. Goar. p. 364.

Fol. 148. Appingitur quaternio ex charta bombycina: et exscribitur Ακολουθία τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος, *Ritus magni et angelici habitus*, is videlicet qui editur in Euchol. pag. 191 et seq. Verba tantum in fine deficiunt. Characteris nota quae praefert scripturam saec. XIV vel XV, non sinit opus cuiquam e nostris tribui. Quid ni detur ipsi Georgio Vari cupido ea forte augendi, quae Codici jam essent? Equidem memini cuiusdam *Georgii de Candia* (Gardthausen op. cit. l. 3, c. 2) qui per illud temporis, anno nimirum 1459, *Thucydidem* exscribebat.

ANIMADVERSIONES

Codicis ætas Comnenianam pertingere sive saec. XI exiens sive VII aperte suadet characteris typus idem, atque habeatur in Codd. biblicis supp. A. α. II, IX et X per id temporis exaratis. Deinde e Creta insula in Italiam primum advenisse non male conjicies ex autographa subscriptione Card. Cæsarini, qui hæc ibi in Cod. adnotat: « *Istum librum donavit mihi* JULIANO S. SABINÆ PRESBYTERO CARDINALI *presbyter* GEORGIUS VARI DE CANDIA » quocum forte jam tum Cardinalis amicitiam iniebat, cum legatus ad Joan. Palæologum imp. missus ab Eugenio IV, teste Scriba græco Conc. Florentini, triremi pontificia in *Cretam* et Cpolim vectus est. Interea in eo Concilio, hoc Euchologium Patres præ manibus habuisse accepimus ex alia ibidem scripta memoria: « *Euchologium patriarchale quo usi sunt in Concilio Generali Oecumenico Florentino* » quod ante P. VITALIUM nostrum, qui hujus rei meminit, tradiderat ARCUDIUS (*De Concordia Ecclesiæ orientalis et occidentalis.* lib. VI c. V).

Quod porro heic adjicitur Bessarionem euchologium nobis *ex legato* reliquisse, traditur insuper ex inscriptione altera quæ priorem sequitur, scilicet: « *Quem librum idem Julianus Card. Cæsarinus donavit Rmo. Card. Bessarioni, qui cum Cryptae ferratæ factus esset abb. Commend. istum eidem Monasterio post obitum legavit asservandum.* » Revera facile Cæsarinum Bessarione amico usum esse, et mutuam existimationem virtutis et doctrinae inter eos viguisse tanto magis apparet, quod Bessarion in libro de Proces. Sp. S. Cæsarinum magnopere laudet, virumque appellet, quem sui historici semper suspexere, τοῦ λατίνων γένους ἄγαλμα καὶ κόσμον τῆς φύσεως. Card. autem Nicænus factus est abb. Commend. huius Monasterii an. 1462, illique hunc etiam librum praeter alios duos et sacra quaedam suppellectilia dono dedit, quamvis an *ex legato*, non aliunde eruitur.

His de Codicis origine praemissis, cur *Patriarchale* dicatur Euchologium patet ex superiori syllabo, qui ritus et caeremonias, non tamquam a quovis episc. sed a Patriarcha Cpolitano habitas passim refert: ita ut vel in usum illius Ecclesiae conscriptum, vel ex alio item patriarchali lib. exscriptum esse dixeris. Malum profecto ex elapsis initio quaternionibus ingens fecimus, quae de Liturgia multa certo certius habebant, exinde enim ut plurimum Euchologia incipere solent. Suppleat tamen dives copia rituum et precum, quae in vulgarioribus Ritualibus frustra quaesieris. Ad rem facit hic alia subnexa epigraphe: « *Hujus Euchologii patriarchalis copiam sibi curavit Eminent. Card. Barberinus, et aliam sibi fr. Jacobus Goar parisiensis dominicanus.* » Iamvero exemplar Barberinum adhuc in illa Bibliotheca (Codices graeci Plut. IV, n. 70) asservatur. Goarius autem usus est in suo *Euchologio illustrato* (Venet. 1730 Proœm.), eidem dans alterum locum post vetustissimum, saec. VII, Cod. Allatianum, ex eoque multas mutuatus est preces et ritus, quod et alii in suis excudendis Euchologiis fecerunt. Itaque ibidem scribebat VITALIUS: « *Hoc exemplari usi fuimus in nova Euchologii orientalis editione, typis Congreg. de Propag. Fid. facta jussu Sum. Pont. Ben. XIV cum voto sacræ Cognis Rit. orientalium:* » quae editio, curante eodem VITALIO eiusdem Congr. consultore, prodiit an. 1754.

CODEX VIGESIMUS NONUS

Γ. β. II.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI, complectens membranas, praeter folia duo bombycina inserta, num. 151, longit. metri fere 0, 17, latitud. 0, 13, charactere optimæ notæ exaratus. Literæ capitales sandaracha, qua etiam aliquot fronti paginarum praefixi ornatus, cetera vero atramento iampridem flavescente ducuntur.

Fol. 1. Η θεία λειτουργία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ιωάννου τοῦ χρυσοστόμου, *Divina liturgia S. P. N. Joannis Chrisostomi.* Si textum hunc conferas cum sacra Liturgia quae datur in Euchologio magno, Romae edito an. 1873, varietatem nullam potissimam deprehendes, nisi quod post *consecrationem* deest prorsus illa prolixa invocatio Spiritus Sancti, Κύριε ὁ τὸ πανάγιόν σου πνεῦμα, κ. τ. λ. (Euchol. p. 64).

Ratio autem oblata *præparandi* seu Προθεσις, nulla præscribitur, nisi tantum oratio, Ο θεὸς, ὁ θεὸς ἡμῶν, et apolysis haec: Η χάρις τοῦ παναγίου καὶ ἀγαθοῦ καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος εἴη μετὰ πάντων ἡμῶν. Αμήν. Denique quod in Euchologio p. 77 dicitur τὸ ἀντίδωρον, aliquid nempe panis benedicti *pro* consecratis oblatis seu veris *donis*, in Cod. appellatur κατάκλασον *fragmentum;* panum enim qui pro Liturgia a populo oblati erant, pars vere consecrabatur verbis dominicis, pars autem benedicta dumtaxat, in subobscuram credo memoriam miraculi, quod Christus e quinque panibus operatus est, universo populo tribuebatur.

Fol. 23. Η θεία λειτουργία τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, *Divina liturgia S. P. N. Basilii,* quam habes in Euchologio edito p. 81 et apud Goarium p. 135.

Fol. 43. Η Θεία λειτουργία τῶν προηγιασμένων, *Divina liturgia præsanctificatorum.* Euch. p. 105. Goar. p. 159.

Fol. 50. v. *Orationes Lucernarii* seu *Vesperarum.* Confer Codicem Bessarionæum Γ. β. Ι, (fol. 5.) qui posthac sæpe citatur.

Fol. 52. v. *Orationes matutinales.* Cod. f. 16.

Fol. 60. *Ritus observandus in sanctificationem* (aquarum) in Epiphania Domini. Cod. f. 71. v.

Fol. 72. v. *Oratio cum consignatur* (oleo) *puer accipiens nomen die octava a nativitate.* Cod. f. 48.

Fol. 73. v. *Oratio cum ingreditur puer die quadragesima cum matre sua in Ecclesiam.* Cod. f. 48. v.

Fol. eod. *Orationes* (et Exorcismi) *quibus aliquis fit catechumenus.* Cod. f. 49, *et catechumenus baptizatur et baptizatus inungitur sacro chrismate.* Cod. f. 53.

Fol. 85. *Preces cum tondetur puer.* Cod. f. 60. v.

Fol. 86. v. *Ritus ad fraternitatem*, quo quis nempe frater adoptatur. Cod. f. 128.

Fol. 87. v. Κανὼν ἐκκλησιαστικὸς ἐπὶ γάμου· ποίημα Μεθοδίου πατριάρχου, *Canon ecclesiasticus de nuptiis: opus Methodii patriarchae.* Euchолog. Orat. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τῆς ἀγάπης φυτουργός, *Domine Deus noster dilectionis altor.* Deest in Euchol.

Leo Allatius in *Notitia S. Methodii* adnotat quod in Cod. Biblioth. Barberinae sign. 93, leguntur sub eiusdem nomine tum *ordo servandus in sponsalibus* p. 17 tum *ordo in benedictione nuptiarum* p. 31.

Fol. 88. v. *Ritus goniclysiæ.* Cod. f. 27, sed additur, ποίημα Γερμανου πατριάρχου, *opus Germani patriarchæ.*

Fol. 102. *Oratio super infirmum:* Cod. f. 136, sed additur, ποίημα Ιω. ἀρχιεπ. τοῦ χρυσορ-όμου, *opus Joannis Chrysostomi archiep.*

Fol. eod. Εὐχὴ ἄλλη ἐπὶ ἀρρώρ-ου, *Oratio alia super infirmum.* P. Αγαθὲ φιλάνθρωπε, *Bonus et hominum diligens.* Deest in Cod. et in Euchol.

Fol. eod. v. Εὐχὴ ἄλλη ἐπὶ ἀρρώρ-ου, *Oratio alia super infirmum.* P. ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων, *Deus spirituum.*

Fol. 103. *Oratio in animam iudicium subeuntem* Cod. f. 138.

Fol. eod. v. *Oratio alia pro quodam vita functo.* P. ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων, *Deus spirituum.* Cod. 115. v.

Fol. eod. Alia adest, cuius initium: Κύριε, κύριε ἡ τῶν θλιβομένων παραμύθια, *Domine, domine afflictorum consolatio.* Euchol. p. 229, ubi variatur principium, Κύριε τῶν δυνάμεων, *Domine virtutum.*

Fol. 104. Εὐχὴ εἰς κοιμηθέντα μοναχὸν καὶ διάκονον, *Oratio in monachum* (vel) *diaconum mortuum.* ὁ οἴκησιν ἔχων τὸν οὐρανὸν, *O qui-cœlum inhabitas.*

Fol. eod. v. *Or. in sacerdotem mortuum.* Cod. 115.

Fol. 105. v. Αφορκισμὸς τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου εἰς ἐνοκλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, *Exorcismus S. P. N. Basilii super obsessos ab immundis spiritibus.* P. ὁ Θεὸς τῶν θεῶν, *Deus Deorum.* Euch. p. 359 et alius, cuius initium: Εξορκίζω σε. *Exorcizo te.* Euchol. p. 359, et alius: ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, *Aeterne Deus.* Cod. f. 132, et alius: ὁ τὸν Θυραννήσαντα διάβολον, *O qui diabolum tyrannide utentem,* editus in Horolog. an. 1772. φυλ. πε'. (p. 85).

Fol. 111. *Or. super defixionem Crucis.* Cod. fol. 73, sed additur: ποίημα Νεκταρίου πατριάρχου, *Opus Nectarii patriarchæ.*

Fol. eod. v. *Or, in jaciendo Ecclesiæ fundamento.* Cod. fol. eod.

Ibid. *Or. super fundamentum domus.* Cod. fol. 129. v.

Fol. 112. *Oratio benedicendæ domus.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.* Editur in Horol. p. 96.

Fol. 112. v. Εὐχὴ εἰς κτίσαι πλοῖον, *Or. in navem construendam,* ποίημα Ιω. τοῦ χρυσορ-όμου, *Opus Jo. Chrysostomi.* P. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ πάντα ποιήσας, *Domine Deus noster, qui cuncta fecisti.*

Fol. 113. *Or. pro navigatione.* Cod. fol. 127. v.

Fol. eod. *Or. pro plantanda vinea.* Cod. fol. 137.

Fol. eod. v. Εὐχὴ εἰς ἀρχὴν σπόρου, *In principio sementis.* P. ὁ ὢν δέσποτα κύριε ὁ Θεὸς, *Qui existis dominator.* Editam non vidi.

Fol. 114. Εὐχὴ ἐπὶ θέρους, *Oratio pro messe.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ διὰ πολλὴν, *Domine Deus noster, qui ob multam.*

Fol. eod. v. *Oratio pro vindemia.* P. ὁ θεὸς εὐδοκήσας ἄμπελον, *Domine cui bene placuit.* Euchol. p. 339.

Fol. 115. *Oratio in uvæ delibatione* Cod. fol 137. v.

Fol. eod. Εὐχὴ εἰς εὐλογῆσαι βυτην, *Or. ad benedicendam* butam seu *dolium*. P. Κύριε ἀγαθὲ καὶ φιλάνθρωπε ἔφιρε (sic) ἐπὶ τῶν οἶνον τοῦτον, *Domine bone et benigne respice super hoc vinum*. Goar. p. 553.

Fol. eod. v. Εὐχὴ εἰς ἐνυπνιαζόμενον ἀδελφὸν, *Orat. pro fratre qui illusionem patitur in somno*, P. Πολυεύσπλαγχνε κύριε, *Multimisericors Domine*. Goar. p. 329.

Fol. 116. *Ordo servandus, si quid impuri nuperrime ceciderit in vas vini aut olei* etc. Cod. fol. 134. v. sed prolixior in hoc Codice.

Fol. 117. *Oratio super puteum foedatum. Ritus* diversus est quam qui in Cod. fol. 135.

Fol. 118. *Oratio super eos qui scandalum in cibis passi sunt*. Cod. fol. 131. v.

Fol. 119. v. *Oratio super collyba in commemoratione Sanctorum*. Cod. fol. 118.

Fol. 120. *Oratio super collyba in memoria defunctorum*. P. Εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ θεὸς, *Benedictus es, Domine Deus*.

Fol. eod. v. Εὐχὴ πρὸ τοῦ ἀριστῆν, *Or. ante prandium*. P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster*. Goar. p. 569.

Fol. 121. *Or. post prandium*, in Cod. fol. 127, sed initio præfigitur: Εὐλογητὸς εἶ, *Benedictus es*. Tum mox: Εν δὲ τοῖς μοναστηρίοις ἐπισυνάπτεται καὶ λεγ. *In monasteriis vero simul una conveniunt* (ad prandium) *et dicunt*: Δόξα σοι κύριε, δόξα σοι ἅγιε, *Gloria tibi Domine, gloria tibi sancte*. Deest in Cod. et in Goario. Post prandium autem oratio ut in Cod. fol. 126.

Fol. eod. v. Εὐχὴ εἰς καμπανισμὸν παίδων, *Oratio in salutem pueri*. P. Ἁγία τριὰς ὁ θεὸς ἡμῶν, *Sancta Trinitas, Deus noster*. Deest etiam in Goario.

Fol. 122. Εὐχὴ εἰς τὸ παραδοῦναι παῖδα εἰς σχολίον (sic), *Or. cum traditur puer scholiis*. P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ πλούσιος, *Domine Deus noster dives*. Deest in Goario, apud quem duae aliae occurrunt.

Fol. eod. v. *Ordo servandus in dedicatione templi: opus Nectarii patriarchæ*. Cod. f. 85.

Fol. 124. v. et fol. 133. *Or. super eos qui a pœnis absolvuntur*. Cod. fol. 129.

Fol. 125. v. *Or. super iterfacientes*. Cod. fol. 129.

Fol. eod. Εὐχὴ εἰς ποίμνην, *Or. super gregem*. P. Δέσποτα ὁ θεὸς, *Dominator Deus*. Abest in Codice atque in editis.

Fol. eod. v. *Or. in processione diei festi*. Paucis mutatis est eadem atque in Goar. p. 640.

Fol. 126. v. *Or. super agnum*, seu pro offerentibus. Goar. 567.

Fol. eod. Εὐχὴ εἰς τὸ καταρτίσαι πλοῖον, *Oratio ad navem instruendam.* P. Κύριε ὁ θεὸς, Euch. p. 342.

Fol. 127. Εὐχὴ εἰς λύσιν ὅρκου, *Or. pro solvendo iureiurando.* P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς, *Dominator Domine Deus,*

Fol. eod. Εὐχὴ εἰς ἄγραν ἰχθύων, *Or. super piscationem.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ εἰπὼν, *Domine Deus noster qui dixisti.*

Fol. 128. *Or. in siccitate,* scilicet ad petendam pluviam. Euchol. pag. 402.

Fol. 129. *Ritus in consecratione Abbatis.* Cod. fol. 47.

Fol. 130. *Or. super pœnitentiam agentes.* Cod. fol. 131.

Fol. eod. v. *Or. super confitentes.* Cod. fol. 131.

Fol. 131. Alia item. P. Κύριε Ιησοῦ χριστὲ, *Domine Jesu Christe.* Euch. p. 205.

Fol. 132. Alia in pœnitentiam agentes. P. Δέσποτα κύριε ὁ πλούσιος ἐν ἐλέει καὶ οἰκτειρμοῖς, *Dominator Domine dives in misericordia et miserationibus,*

Fol. eod. v. Εὐχὴ ἐπὶ πηγνυμένης τραπέζης, *Or. super mensam construendam.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.* Goar. p. 656.

Fol. 133. *Contra turpes cogitationes.* P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς, *Dominator Domine Deus.* Alia est atque in Cod. et in editis.

Fol. 133. v. *Or. pro eis qui post simultatem reconciliantur.* Cod. fol. 129.

Fol. 134. v. Εὐχὴ εἰς τὸ ἐκάραι τέκνον ἀπὸ ἐκκλησίας *Or. cum deducatur puer ab Ecclesia.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ διὰ ἠγαπημένου παιδὸς σου κυρίου. *Domine Deus noster qui per dilectum filium tuum dominum.* Deest, uti videtur, in Cod, et in Goario.

Fol. 135. *Or. super Christianum in aliquem errorem gentium impulsum, et resipiscentem.* Cod. fol. 107.

Fol. 136. *Or. super puerum apostatam, et resipiscentem.* Cod. f. 107.

Fol. 139. v. Εὐχὴ τῶν ἀπὸ δειπνίων, *Oratio supor cœnatos.* P. Κύριε ὁ θεὸς ὁ ῥυσάμενος ἡμᾶς, *Domine Deus qui liberasti nos.*

Fol. 140. Εὐχὴ εἰς ἀκηδίαν, *Or. contra accediam.* P. Κύριε Ιησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Jesu Christe Deus noster.*

Fol. eod. v. Εὐχὴ μετὰ τὸ ἀπόδειπνον, *Or. post cœnam.* P. Εὐχαριστοῦμέν σοι, *Agimus tibi gratias.*

Fol. 141. Εὐχὴ εἰς τὰ βαΐα, *Benedictio palmarum.* P. Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτορ, *Domine Deus omnipotens.* Goar. p. 590.

Fol. 141. v. Veniunt *Epistolæ et Evangelia* in Missis ad honorem Deiparae, Angelorum, Apostolorum, Martyrum, sed in hos ultimos evangelium est mutilum.

Fol. 146. Alia manu exscribitur quaedam ad Deum humilis *peccatorum confessio,* initio vacans.

Fol. 147. Redit prior calligraphus, qui charactere magis minuto scribit distichon jambicum.

Ὡσπερ ξένοι χαίρουσιν πατρίδα βλέπειν,
Οὕτω καὶ οἱ γράφοντες βιβλίου τέλος.

Quemadmodum peregrini gaudent videre patriam, ita etiam scriptores libri finem.

Fol eod. Εὐχὴ εἰς τό προβάλλειν κελλάριον καὶ οἰκονόμον, *Oratio in electione cellarii et oeconomi.* P. Ο κύριος τῆς ζωῆς ἡμῶν, *Domine vitae nostrae.* Non adest in editis, quamvis revera ritus pluribus precibus compositus insit in Euch. edito p. πς'.

In fine libri praesignata de more cruce ✠ scribitur instar epigraphes: Μνήσθητι κύριε τοῦ δούλου σου Κοσμᾶ ἱερομονάζοντος καὶ ἐλέησον, καὶ συγχώρησον αὐτῷ πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον. *Memento, Domine, servi tui Cosmae hieromonachi, et miserere eius, eique condona omne peccatum tum voluntarium, tum involuntarium.* Hic autem mihi fortasse est calligraphus libri.

Fol. eodem. Idem sed deteriori charactere infra addit epistolas et Evangelia in *mulierem sanctam*, et pro homine *pœnitentiam agente.* Post evangelium quaedam alia male scribuntur, nunc prope delata.

Fol. 149. v. Post brevem modulum e divino Officio datur notitia quaedam, de qua postea aliquid erit enucleandum.

Fol. 150-151. Postrema iuncta folia membranacea habent sacra δίπτυχα, elenchum scilicet nominum quorumdam defunctorum, quorum fit commemoratio in superioribus Liturgiis.

Duobus hisce pergamenis interiacent folia duo chartacea, quorum primum excipit Codicis ipsius brevem Indiculum, conscriptum, uti videtur, a D. Romano Vassalli hieromon. qui Cryptae ferratae Abbatem gessit an. Domini 1653, folium vero alterum inexaratum deseritur.

ANIMADVERSIONES

Fol. 149. Adjacet recentior scriptura hodie pene deleta, in qua quaedam narrantur facta imperante Friderico (II) Mentio etiam fit Manfredi filii et cuiusdam domni MARRIC.. quam retuli vocem, ut aliquis notitiam quamlibet inde arripere possit.

Antequam Cod. in nostras manus devenisset, ad alios sive presbyteros sive laicos pertinuit. Tum charactere saec. XVI legitur ad marg. pag. primae: Ex τοῦ ἀντωνίου τοῦ θωμασσίου, *E libris Antonii Thomassii.*

CODEX TRIGESIMUS

Γ. β. III.

Cod. ms. membran. graecus scriptus saec. XIV constans foliis biscentenis et uno, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 14 plerisque ex

palimpsestis Codd. graecis et latinis, illis quidem ad saec. X pertinentibus, aliis vero recentioris aetatis. Oblongo, nitido nigro charactere exaratus, cuius initiales literae, rubricae cunctae ex minio conficiuntur et maeandris etiam ornantur.

Est Euchologium, cuius pars maxima sacras Liturgias habet, ut liquido ex Indice innotescet.

Fol. 1. *Liturgia S. Joannis Chrysostomi*, cui praecurrit *Oratio* a sacerd. dicenda, antequam sacris induatur vestibus.

Fol. 40. Notari cœpta sunt *Apostolo-evangelia* cum *procimenis* et *stichis* pro quibusdam Missis propriis (Cfr. Cod. sup. fol. 141) videlicet in *Spiritum Sanctum*, in *Deiparam* vero aliquot, et in nonnullos Sanctos vel singulariter vel communiter tum postea et pro fidelibus defunctis.

Fol. 73. Evangelii initium S. Joannis, quod suo titulo vero inscribitur: Εὐαγγελ. τῆς κυριακῆς τοῦ Πάσχα, *Evang. dominicæ Paschatis*, sed non diffitear, id mihi scrupulum ingerit, ne forte aliquis latinismus insit, in fine Missarum more Latinorum apud illos monachos diceretur.

Fol. 75. *Liturgia* S. Basilii. Cfr. Codd. superiores.

Fol. 98. *Divina Liturgia Præsanctificatorum*. Additur: ἐκτεθεῖσα παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γερμανοῦ ἀρχιεπ. Κωνσταντινουπόλεως, *exposita a S. P. N. Germano archiep. Constantinopolitano*. Eadem plus minus habet Cod. Barberin. fol. 88. Videsis Goarium p. 166.

Fol. 116. v. Ακολουθία τῶν ἁγίων θεοφανίων, *ordo sacrorum Theophanion* seu Ritus in Epiphania Domini *benedicendi aquam*, qui est editis multo prolixior. Hunc porro sequuntur deinceps alii complures *benedictionum* ritus, quos in supp. Codd. notavimus.

Fol. 193. v. *Definitio SS. Patrum*, dicenda Dominica I. Ieiuniorum. Hic meriter memoriæ revocetur, quod quotannis prima Dominica sacratissimæ Quadragesimæ Graeci solemnitatem recolunt sub *orthodoxiae* seu *rectæ fidei* nomine, eam scilicet qua eadem Dom. an. 842. Constantinopoli Michaële et Theodora imperantibus, patriarcha vero urbis S. Methodio, restitutae sunt Catholico cultui sacrae Immagines. Tum mos est post matutinum legi *Definitionem dogmaticam* Concilii II Nicaeni, qua sancitus et definitus est anno 787 earumdem cultus ut plane catholicus et pius. Confer haec omnia in Triodio Venetiis edito 1580, nec non textum *Synodici* fol. XIV cum textu nostri Codicis.

Fol. 205. Αρχὴ χρόνου τῶν Λατίνων καὶ οἱ μῆνες αὐτῶν, *Init. anni iuxta Latinos et menses eorum:* Καλανδάριν (sic), *Calendarium*. Tum notantur a Januario ad Decembrem Kalendarii festa Latinorum præcipua in quo, praemonetur lector, dies festi tantum secundum Graecos

notantur cynnabari, qui vero festi secundum Latinos vel etiam apud utrosque, atramento, quod sibi statutum non ad unguem servat calligraphus. In hoc Kalendario vero peculiare est festum d. XX Nov. ita notatum: Τὰ ἐγκαίνια τῆς ἐπισκοπῆς τροπ. quod interpretor: *Dedicatio cathedræ Tropeiensis*. Fini demum Kalendarii subnectitur tabula ieiuniorum vulgo *quatuor temporum*, et explicit Codex.

ANIMADVERSIONES

Codicem hunc cl. GOARIUS sibi comodatum a R. P. D. BASILIO FALASCA abbate adhibuit in commentariis *Euchologii magni*, quod Venetiis edidit an. 1730, qui Codex proinde utriusque viri sententia dignus in primis erat qui consuleretur, quamvis *ad ritus Latinos* interdum accedere videatur, qui tamen aliis compluribus euchologiis profecto præstat copia et ordine rerum.

At patriam, ut ita dicam, et ætatem codicis non bene internovisse Goarius visus est; de patria enim nil præterea innuit, quam quod Codex *occidentalis* esset; quoad aetatem vero fere aequalem facit Codici Allatiano qui exaratus est an. 1260. Verum Cod. nostrum saltem octoginta post serius annis exscriptum esse Tropeae in civitate episcopali Calabriae ulterioris liquido patet ex eo, quod in *acclamationibus* ad Definitionem Patrum Con. II Nicaeni, quam recitare quotannis monachi consueverant Dominica I Quadragesimae, mentio fit episcoporum Tropejensium. Horum porro ultimum calligraphus nominat quemdam *Robertum*, quem ipse jure arbitror coaevum extitisse scriptori sed illi posterior manus accenset *Urlandinum*. Jam vero Robertus eam Diœcesim moderabatur an. 1344, regnante D. regina Joanna, uti apud Ughellium (t. IX coll. 649-650) docet quoddam instrumentum. Hinc fit, ut Codicem ante primam medietatem saeculi XIV exaratum esse oporteat, in aliquo civitatis Monasterio Basiliano. Etenim, si quaenam ante plura cœnobia exstitissent, eo tempore adhuc monachis graecis erat monasterium S. Sergio dicatum quod anno 1421 concessum est fratribus Minoritis.

Neque praeterea abs re erit conferre ordinem aliquot epp. civitatis *Tropeae*, quos Codex habet inscriptos, cum serie Ughelliana, atque ita describere:

CODEX	UGHELLIUS	
Joannes	*Joannes floruit*	1296.
Marinus	*Archadius*	1299.
Rainaldus	*Richardus*	1315.
Jordanus	*Robbertus Franc.*	1344.
Arcadius	*Marinus* *	
Riccardus	*Raynaldus* *	
Robbertus	*Giordanus* *	
Urlandinus	*Orlandinus Franc.*	1390.

*** Jam vero series utraque in eo differt, quod tres continui epp. *Marinus*, *Raynaldus et Jordanus* (quorum, praeter nomina, se cuncta ignorare fatetur Ughellius e schedulis ad se missis, quae eosdem statim post *Robertum* collocant), in Cod. disponuntur sub Joannem, dum contra post Robertum constituitur decessor immediatus *Urlandinus*, recentiori manu, uti diximus, additus.

Postremo de PALIMPSESTO h. Cod. loquuti sumus in serie Biblica Cod. A. δ. XXIV, fragm. IX.

CODEX TRIGESIMUS PRIMUS

F. β. IV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI, constans foliis 141, longitud. metri 0, 15. latitud. 0, 12, ordine parum deturbatis, mutilus fine, minuto charactere exaratus et unciali abundans in titulis. Est EUCHOLOGIUM plures complectens orationes et ritus, quorum tamen nos

ea dumtaxat recensemus, quae in Codd. (Liturgiis exceptis) peculiaria sint.

Fol. 1. Διδασκαλεία τοῦ ἁγίου Βασιλείου πρὸς τοὺς ἱερεῖς, *Instructio* S. Basilii *ad sacerdotes.* P. Πρόσεχε σεαυτῷ ὦ ἱερεῦ, *Attende tibimetipsi, o sacerdos.* Vid. Cod. Γ. β. VII, fol. 99. v.

Fol. 2. v. *Liturgia* S. Basilii.

Fol. 17. *Liturgia* S. P. N Joannis Chrysostomi, quam pone subnectitur series maxima et ordinata *Orationum,* quae in fine Missae dicuntur *retro-ambonem,* ex quo ὀπισθάμβωναι a Graecis nuncupantur. Vide sis Codd. Γ. β. I, f. 109 et Γ. β. III, f. 35. Verum dum istæ in Cod. priori adsignantur pro *communi sanctorum,* in hoc dantur pro cunctis Dominicis Quadragesimae et Pentecostarii nec non pro festis sollemnioribus Domini et Deiparae, quibus adde aliam in Decollationem Joannis Baptistae. Non eduntur neque in Euchologio Goarii, neque in Romano de Propag. Fide.

Fol. 49. v. *Ritus quo privatim sacerdos confitetur Deo peccata sua.* Non est igitur ordo confessionis sacramentalis, quem contra reperies in Cod. Γ. β. VI.

Fol. 63. v. *Orationes ad sanctificandam aquam pro infirmis.*

Fol. 64. *Oratio in* (monachum) *reclusum,* εἰς ἔγκλειστον. Deest in editis. P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς καὶ τῆς ἐναρέτου πολιτείας γεωργὸς, φύλαξον τὸν δοῦλόν σου... *Domine Deus noster, bonorum largitor et perfectæ vitæ cultor, custodi famulum tuum.*

Fol. 87. v. *Instructio quam habebit sacerdos ad Neophytos post S. Baptismum.* P. Μὴ δὴ φαγήσητε, *Ne manducetis.* Deest etiam in editis.

Fol. 95. Orationes super aquae fontem *baptismalem,* cuius prima incipit: Ο τὸ πικρὸν ὕδωρ ἐπὶ Μωϋσέως γλυκάνας, *O qui per Moysen amaram aquam dulcorasti.* Aliae consimiles veniunt, quarum altera *in innovatione piscinæ.* Cfr. Goar. p. 363.

Fol. 105. *Or. cum tondetur grex.*

Ibid. *Or. cum mactantur boves vel arietes.*

Fol. 120. *Ad emancipandos servos* (mancipia). P. Μεγάλη καὶ ἄφατος ἡ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία, *Magna et ineffabilis benignitas Dei.*

Fol. 122. Εὐχὴ τοῦ ἁγ. Επιφανίου, ἣν ποιεῖ ὁ ἱερεὺς ὅταν ἀπέρχεται εἰς τὸ κοιμηθῆναι, *Oratio S. Epiphanii, quam recitat sacerdos cum cubitum it.* P. Δὸς ἡμῖν, δέσποτα, εἰς ὕπνον ἀπιοῦσιν. *Da nobis, domine, somnum petentibus.* Non vidi superius. Deest in Goario et Eucholog. graeco. ubi alia profertur Basilio M. tributa.

Fol. 123. *In animam divino judicio proximam.* Ast hic ritus præscribitur, quam nos indigitemus, *Ordo commendationis animae.* Alius quam in Euchol. p. 366.

Fol. 133. *Or. super puerum apostatam.* P. Κύριε κύριε ὁ τῶν ἁπάντων ποιητής, *Domine, domine cunctorum creator.* Deest in eod. Cod. et Goario, sed mox fere desinit elapsis foliis.

ANIMADVERSIONES

Scriptor Codicis, si quid modestæ conjecturae sit indulgendum, videtur esse quidam Joannes *clericus*, qui in memoriis (Διπτύχοις) vivorum ad sacr. Liturgiam fol. 24 ita scribi : Μνήσθητι κύριε τοῦ δούλου σου Ἰωάννου κληρικοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ, *Memento Domine famuli tui Joannis clerici et peccatoris.* Cedo enim quis in sacris nisi semetipsum *peccatorem* diceret? Nil mirum praeterea quod Joannes si sacerdos non esset, Liturgiam exscribendo nomen suum apponeret, ut qui sacra facerent, eius meminerint. Adde etiam, quod, se primo ibidem memorato, lacuna non relinquitur, ut perinde sacerdos qui libro uteretur, posset ibi nomina aliorum subnectere, uti fit in Cod. Γ. β. II, fol. 38. v. quapropter Joannes id sui unius tantum causa fecisse videtur.

Quoad pretium Codicis nil cunctor dicere, quod hic illi proximo superiori praestet vetustate, imo etiam quod *legitimiorum* rituum multiplices caeremonias et preces varias, quae in superioribus cunctis desunt, exhibeat.

CODEX TRIGESIMUS SECUNDUS

Γ. β. V.

Cod. ms. membran. graec. saec. XI ineuntis, spissus foliis 124, longit. metri 0, 16, latit. 0, 12, initio mutilus septem quaternionibus seu foliis octo et viginti. Character rotundus, ligatus et niger est, cuius initiales literae, lineolis ex atramento confectis, colore alternæ rubro et cœruleo suffunduntur, coeruleo vero praesertim quidam e titulis. Euchologium est ista prae se ferens.

Fol. 1. Ode IX canonis in Matutino Sab. Sancti, quem edunt cuncta *Triodia* seu libri Officii quadragesimalis.

Fol. eod. v. Κανὼν ἀναπαύσιμος εἰς κοιμηθέντας, *Canticum in requiem Defunctorum*, habens acrost: ὕπεον τὸ νῖμα χριστῷ Κασσίας (?), P. Ὕψος καὶ βάθος, *Altitudo et profunditas.* Error profecto aliquis irrepsit in acrostichidem.

Fol. 6. v. Κανὼν ἀναπαύσιμος εἰς ἐπιτελευτήσαντα τοῦ βίου λαβόντα τὸ σχῆμα, *Hymnus in requiem hominis defuncti qui habitum* (monasticum) *recepisset*, scilicet in eorum requiem, qui sub finem vitae monachi efficiebantur (Vid. Od. I. trop. 2). P. Τὸν πίστει μονάσαντα, *Qui fide monachum induit.* In Euchol. et Goario non editur.

Fol. 9. v. Κανὼν ἀναπαυσ. εἰς παρθένους, *Hymnus in requiem virginum* (monialium) *defunctarum* P. Τῆς πολλοῖς σου κρίμασιν χριστὲ, *Multis judiciis tuis, o christe.* Deest in Goar. et Euch. edito.

Fol. 13. Ετρος κανὼν ἀναστάσιμος (sic) εἰς μοναζούσας, *Hymnus alter in resurrectionem monialium.* Habet acrostich. Ανες, παράσχου, χριστὲ, τῇ με-

ταστάση. Ιωσήφ, *Remitte, concede, Christe ei quæ immutatur*: (opus) *Josephi*. P. Αγιε ἐν ἁγίοις, *Sancte in Sanctis*. Item deest in editis.

Fol. 16. v. Κανὼν εἰς κοιμηθέντα ἱερέα ἢ ἡγούμενον, *Hymnus in requiem sacerdotis* (monachi) *vel abbatis*. P. Σοὶ ὡς θεῷ, κύριε, *Tibi Domine, uti Deo*. Aliud officium datur in Goar. et Euchol.

Fol. 20. v. Κανὼν ἀναπαυσ. εἰς πρόσωπον λειψάνων, *Hymnus de requie* (canendus) *præsente cadavere*. P. Ο τὸν θάνατον σωτὴρ, *Tu qui mortem, o Salvator*. Subnectuntur octo *Contacia* cum finali *alleluia*, quorum primum tantum editum vidi in Euchолog, et Horol. Μετὰ τῶν ἁγίων ἀνάπαυσον, *Cum sanctis dona requiem*.

Fol. 29. Κανὼν ἀναπαύσιμος εἰς νήπια, *Hymnus in obitum puerorum*. P. Ο σαρκὶ πτωχεύσας, *Qui in carne pauper factus es*. Editur in Goario.

Subnectuntur versus majores (στιχηρὰ) multi tum in ipsos pueros, tum in mulieres. Demum duae orationes accedunt, altera in *pueros* incip. Ο φυλάσσων τὰ νήπια, *Qui custodis parvulos*, altera in *viros laicos* incip. Δέσποτα κύριε, *Dominator Domine*. Canon et nonnulli e versibus eduntur apud Goarium.

Fol. 36. v. Ακολουθία τοῦ πρώτου σχήματος, *Officium primi* (parvi) *habitus* (monastici). Plus minus inest in Euchologiis, sed adsunt multa inedita.

Fol. 39. v. Κανὼν παρακλητικὸς προοιμιαζόμενος τὴν μετάστασιν τοῦ βίου, καὶ ἐξαιτούμενος τὸν ψάλλοντα πρὸ τελευτῆς τὴν ἐκεῖθεν ἀνάπαυσιν, φέρων ἀκροστιχίδα. τήνδε· Θεοφυλάκτου χριστὲ δέχοιο δέησιν πίστει, *Hymnus paracleticus quo proœmiatur exitus vitae, et precamur hymnographo huiusce requiem ante obitum; ferens acrostich. hanc: « Suscipias, o Christe, fidentis Theophylacti deprecationem. »* P. Θρηνῶ μου τοῦ βίου, *Lamentor vitæ meæ*.

Fol. 46. Κανὼν εἰς τὸν ἅγιον καὶ εὐαγγελικὸν σχῆμα, *Hymnus in sanctum et evangelicum habitum*. P. Δεῦτε πρός με, *Venite ad me*. Non editur.

Fol. 54. *Versus maiores* (στιχηρὰ) sex in eumdem ritum.

Fol. 55. Ακολουθία τοῦ ἁγίου καὶ εὐαγγελικοῦ σχήματος, *Ritus sancti et evangelici habitus*, eius scilicet quem *magnum* Euchologia dicunt. Sed ritus prolixus summopere solemnisque extat in Cod. et multa etiam inedita.

Fol. 56. v. Κατήχησις τοῦ ἁγ. Βασιλείου, *Catechesis* S. Basilii. P. Ο μονάζων καὶ ἀποταξάμενος τῷ κόσμῳ, *Qui monachus fit et mundo abrenunciat*.

Fol. 102. v. Ακολουθία τοῦ ἁγ. σχήματος τῶν παρθένων, *Ritus sancti habitus virginum* (monialium); sed mox græce additur: *similis ritui habitus virorum præter has dumtaxat preces*, quas editas non habent Goarius neque Euchologium.

Fol. 106. Κανὼν εἰς τὸν ἅγιον καὶ εὐαγγελικὸν σχῆμα τῶν μοναχῶν φερ. ἀκροστιχ. τήνδε· Εὐδόκιμον τέλος Εὐδοκίμῳ μοι χριστὲ παράσχου, *Hymnus in s. et evangelicum habitum monachorum, ferens acrostich. hanc: « Laudabilem*

finem mihi Eudocimo o Christe præsta. » P. Επὶ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν, *Ad benignitatem tuam.* Editur in Euchol. pag. 934. et vide in Cod. Γ. β. VII. fol. 138.

Fol. 111. Post quasdam orationes procedunt Missae cum Epist. et Evang. per singulos septem dies a *vestitione* ad eam quam dicunt *Excucullationem:* de qua confer Goar. p. 424. Periodus ista dierum novo Euchologistis vocabulo appellatur μεσώδιον, ut interpretor ex not. Δ μεσω. Confer etiam Cod. Γ. β. VII, fol. 164.

ANIMADVERSIONES

In fine libri annus adscribitur: ,ςφκζ' ἰνδ. α'· Scilicet VIMDXXVII. qui annus a mundo creato respondet an. post Ch. n. 1019. Sed indictio *altera* erat, non *prima*. Forte calligraphus imprudens in supputandis annis methodum graecam cum latina commiscuit.

Fol. ult. v. male scribitur: Ὑπὲρ τοὺς εὐσεβέςατον καὶ θεοφ. ἀνάκτου ἡμῶν ῥιγὸς γουλιέλμου, παντὸς τοῦ παλατίου καὶ, *Pro piissimo et deiphoro rege nostro Gulielmo, cunctoque palatio et...*

Ex hoc Patres Monasterii Euchologio compendium latine versum sibi fecerunt pro *Ritu maiori evangelici habitus* (fol. 55) editum post *Regularum epitomen italicam* (Romae....) Ast ego hoc anno 1881, restituto iam universo Ritu Graeco a Leone pp. xiii, pro data occasione, graecum idem compendium exscripsi in quodam Rituali monastico.

Nunc de tribus notatis hymnographis aliquid delibandum - Ex magna collectione hymnorum, quam mihi notavi cum auctorum nominibus e libris tum editis tum MSS. Cryptæferratæ reperi Theophylacto, cassiæ et eudocimo singulis singulos hymnos seu *Canones* obsignatos, qui in superiore, aliisque Codicibus referuntur. Iam vero Theophylactum, *hymnographum*, Fabricio et Harlesio ignotum (Cfr. Bibl. græc. t. VII), ipse accedens ad Emin. Pitra *(Hymnographie de l' Eglise Grecque*, Romae 1867) eum esse arbitror, quem cl. vir in serie *Melodorum* Lopatinski cognominat. Cassiæ multo celebrioris hunc unum saltem hymnum (fol. 1), acrostichide nominis praeditum (cfr. quid de Canone Sabbati Sancti referat Theod. Prodromus, Mign. Patrol. graec. t. 133) in meis libris inveni. Verum praeter istos modulos testatus est mihi cl. Spirid. Lambros prof. Atheniensis *jambos morales* sub ejus nomine, Ἰαμβοι Κασσίας μοναχῆς, excipi in Cod. Harleano Bibl. Londinensis, eosdemque editos esse in op. Lips. 1874 (?), cui titulus: Christ und paranikas, *Anthologia carminum Christianorum*. Quoad Eudocimum, qui in acrostichide ad hymnum (fol. 106), verbis Εὐδοκίμῳ μοι compositis cum εὐδόκιμον, hymnographus esse mihi videtur, nihil certi compertum habui. Anceps cl. Pitra recenset melodis *Eudocimum* (?). Sed ego ita dictum *melodum* extitisse vix dubitem, non enim credo aliquem sibi imponere potuisse nomen *Eudocimum*, quod sonat tamquam *bonum* vel *probatum*, nisi idem iam apud alios obtinuisset. Verum quisnam iste fuerit Eudocimus, difficile est excogitatu: an quidam ex monachis, an potius ille b. vir *Eudocimus* qui cognominatus est *junior*, cuius ob praeclara gesta virtutis et apud Deum potentiae memoria in fastis Graecorum recolitur d. XXXI Iulii? quem bonis artibus et studiis Scripturarum adolescentem adhuc imbutum, templa sacra colentem, divinis psalmodiis precibusque vacantem eximie laudat S. Iosephus hymnographus (Menæa Venet. Iulii).

CODEX TRIGESIMUS TERTIUS

Γ. β. VI.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII vel XIV, spissus foliis 101, fere longitud. metri 0. 18 et latitud. 0, 12, fine et pluribus infra pa-

gellis mutilus. *Euchologiorum* miscellanea multis manibus, non bene calligraphiam callentibus, exarata.

Fol. 1. *Orationes super mulieres post puerperii tempus Ecclesiam adeuntes.*

Fol. 2. v. *Ritus baptismatis.*

Fol. 47. v. *Or. ad abluendum puerum.*

Fol. 29. *Ritus benedicendi aquas in Epiphania.*

Fol. 61. Εὐχὴ ὀπισθάμβωνος εἰς τὴν περιτομήν, *Oratio retro-ambonem* (Cfr. Codd. Γ. β. I et IV) *in Circumcisionem*, tum deinceps *in Epiphaniam Domini*, et aliae foll. 75-78. v.

Fol. 62. Τάξις γινομένη ἐπὶ ἐξομολογουμένους, *Ordo servandus in confitentes* (peccata). Ritus, ut hic praescribitur, est sane prolixus, habenturque substantiales partes omnes, nempe *confessio oralis* facta presbytero (fol. 69), *absolutio* (ibidem), *pœnitentiæ impositio*, expressa his verbis: Καὶ δίδη (sic) αὐτῷ κανόνα κατὰ δύναμιν, *Et dat ei* (confesso) *praescriptionem, quantam ille possit substinere.*

Fol. 71. *Ordo servandus cum infirmis* (qui benedicendi sint). Plures orationes insunt: vid. etiam fol. 79.

Fol. 78. *Orat. super vas vini in quod aliquid immundi irrepserit.*

Ibidem. Exorcismi plures *contra spiritus immundos*, quorum duo priores tribuuntur S. Basilio (Cod. Γ. β II, fol. 105), tertius S. Jo. Chrysost. quartus demum S. Gregorio Thaumaturgo. Sed ex hoc quædam intercepta videntur.

Fol. 89. Exscribuntur *Epistolæ, evangelia et procimena in Missis Deiparae* et aliquot Sanctorum, ut in Codd. Γ. β. II, et Γ. β. III.

Fol. 99. *Orat. in natatoriam.* Cod. Γ. β. I, f. 147.

Fol. eod. v. Εὐχὴ ἣν χρὴ πάντα ἄνθρωπον ἀναγινώσκειν, *Oratio quae cuilibet dicenda est.* P. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ἄνοιξον τὰ ὦτα, *Domine Jesu Christe, aperi aures.*

Fol. 100. *Epistola dicenda post confessionem.* P. Τέκνον Τιμόθεε, χάριν ἔχω. *Fili Timothee, gratias habeo.* Evangel. habes fol. 101. v.

Fol. eod. v. *Initium Sancti Evangelii secundum Joannem.* P. *In principio erat verbum. - Veritas per Jesum Christum facta est.* Vid. Cod. Γ. β. III, f. 73. Edidit cl. Cozza (SS. Biblior. veter. fragm. P. II, p. 334).

Fol. 101. Evangelio desinenti appingitur gracce *Orat. in fraternitatis adoptionem.*

ANIMADVERSIONES

Folia 58-61 habet Palimpsestum unciale saec. XVIII vel XVII gemina columna bene exaratum et accentibus omnino vacans atque spiritibus. Lipsanon patristici sermonis excipi videtur, non autem ex Cod quem descripsimus in n. B. α. LV, sed ex alio ve-

tustiore. Cum paginæ jam sub praelo sint, non suppetit mihi tempus, quo textus integer exscribatur, sed speciminis gratia fragmentum trado. Auctor igitur (fol. 60) exornat quemdam locum cum Isaia proph. (cap. XLIX, v. 22): (Ἰδοὺ αἴ)ρω εις τα εθνη την χειρα μου και εις τας νησους... μου και αξουσιν εαυτους εν κολπω τας δε θυγατερας σοι εσι των ωμων αρουσ.. και εσονται βασιλεις τιθηνοι σοὶ αι δε αρχουσαι αυτω.. τροφοί σου. Επιστησει σου... δια ταυτα και το μη καταφρ.... θησητε ενος των μικρω... μηποτε οι αγγελοι αυτων... αγοντες αυτους εισινενκ... πως παν.. .... οια αλλα και επι των ωμων αιραντες τα.. λεγομενας Θυγατερας κα... ατω τουτων εισιν τιθηνου... μεν... γομενοι βασιλεις τροφοι δε αι ονομαζομεναι αρχουσαι και επειδικνυ...

Folia vero 89-98 scripta sunt charactere ligato, et excipiunt Liturgicon inferius describendum sub num. Γ. β. XXIX.

Fol. 68. Occurrit in ritu Ἐξομολογουμένων genus quoddam ***Litaniarum***, quod nusquam hactenus vidi. Porro inter Angelos nominantur praeter *Michaëlem et Gabrielem*, etiam *Raphaël*, qui rarius occurrit in Liturgicis Graecorum, imo et *Uriel*, cuius commemoratio primum hic tantum mihi exhibetur. Calmet Diction. Bibl. ad vocem *Uriel* testatur: «*non desiderari hoc nomen in veteribus Litaniis, potissimum quas Mabillon publici juris fecit* (Analect. t. 2).

Fol. 74. Inest deprecatio in SS. Deiparam, apud quam intercessores multi Sancti adhibentur, quos inter nominatur *Philippus Agyrensis*, cujus templum et Monasterium est Agyræ vetustae urbis in Sicilia: ex quo conjiciendi ansa præbetur Euchologium sin minus integrum, at hanc certe quidem partem a Basilianis siculis elucubratam fuisse.

CODEX TRIGESIMUS QUARTUS

Γ. β. VII.

Cod. ms. membran. graecus saec. IX vel X, spissus foliis 173, longitud. metri 0, 17, latitud. 0, 14. Volumen confertum est e lipsanis trium Euchologiorum, eo quod tres quaterniones habentur signati num. Γ. seu III, primus in fol. 16, alter in fol. 43, tertius in fol. 147; duo vero quaterniones signati num. Ζ. seu VII, scilicet fol. 75 et fol. 168, cetera autem folia sunt propria Codicis.

Ad eamdem tamen cuncti videntur aetatem accedere, ut literarum forma declarat, quarum quammultæ unciales sunt; quae vero sunt ligatae. in altero Cod. f. 29, latiores apparent quam in aliis. Nos tamen, prouti nunc folia recurrunt, indicem damus, praecipua tantum seligentes.

Fol. 1. *Missa* S. Joannis Chrysostomi. Principio deest quidquid praecurrit orat. antiph. II. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.*

Fol. 13. Preces *retro-ambonem* sane multae pro toto anni tempore, quemadmodum hactenus in Codd. Γ. β. I, III et IV.

Fol. 26. v. *Or.* S. Basilii *recitanda a sacerdote, antequam cubitum eat.*

Fol. 27. v. *Orationes tres pro mulieribus pœnitentiam agentibus.*

Fol. 29. Εὐχολόγιον σὺν θεῷ, *Euchologium, auspice Deo:* quod est alterum supra notatum. *Preces antiphonariæ lucernarii* (Vesperarum), *Preces antiphonariæ Matutini.* Vid. in Cod. Γ. β. I et alibi.

Fol. 40. v. *Preces horarum minorum.*

Fol. 53. v. Εὐχὴ τῆς ἁγ. Ε', ὅταν μεταδίδει ὁ ἱερεὺς τῷ λαῷ. P. Σῶμα ἅγιον

χριστοῦ. *Oratio S. feriæ V. quando sacerdos dat communionem populo.* P. *Corpus sanctum Christi.* Cum prior scriptor lacunam reliquisset folii v. 53, alter eiusdem fere aetatis (saec. X) eam replevit hac oratione.

Fol. 68. v. Εὐχὴ ἐπὶ ἱματίων προικίου, *Or. ad benedicendas vestes dotales.* P. ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος, *Deus æterne.* Deest, uti videtur, in Euch. editis.

Fol. 75. *Orationes duae ante prandium.* Tertia cui titulus: Εὐχὴ ἐπὶ περισσευμάτων τραπέζης, *Or. super mensæ reliquias.* P. Δέσποτα κύριε, *Dominator Domine.* Denique *Or. IV post prandium.*

Fol. 80. v. Veniunt orationes sex pro infirmis: quarum duae ad *benedicendum oleum* pro iisdem.

Fol. 84. v. Εὐχὴ ἐπὶ ξενιτευόντων, *Or. pro peregrinantibus.* P. ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ θεὸς τοῦ σῶζειν, *Deus noster, Deus salutaris.*

Fol. 85. Εὐχὴ εἰς χωρισμὸν ἀδελφῶν, *Or. in separationem fratrum* (monachorum). P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Dominator Domine Deus noster.*

Ibid. Εὐχὴ ἐπὶ ἀδελφῶν παρουσίᾳ, *Or. in adventu fratrum* (monachorum). P. ὁ θεὸς ὁ ἐπιστρεψάμενος τὸν προπάτορα ἡμῶν Αβραὰμ, *Deus qui reducens Abraam progenitorem nostrum.*

Fol. 86. Εὐχὴ ἐπὶ ἐχθραινόντων ἀλλήλοις, *Or. pro iis qui simultatem invicem exercent.* P. Νεῦσον οὐρανόθεν δέσποτα, *Annue cœlitus dominator.* Alia adjacet cuius initium: Εὐχαριστοῦμέν σοι δέσποτα, *Agimus tibi gratias, o Dominator.*

Fol. 91. v. *Or. pro iis qui ministerium ineunt.*

Fol. 92. Εὐχὴ εἰς τοὺς παραδιδοῦντας διακονίαν, *Or. pro iis qui ministerium tradunt.* P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Dominator Domine Deus noster.*

Fol. 93. Εὐχὴ ἐπὶ εὐκρασίας ἀέρων, *Or. pro aëris temperie.* P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, *Domine Deus noster.* Goar. p. 619 cum quadam variatione.

Fol. 94. v. Εὐχὴ ἤτοι δέησις περὶ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, *Oratio seu deprecatio pro fructibus terrae.* P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, *Dominator Domine Deus omnipotens.*

Fol. 96. v. Εὐχὴ εἰς ἀποθήκην, *Or. super horreum.* P. Δέσπ. κύριε παντοκράτωρ, *Dominator Domine omnipotens.*

Fol. 98. *Or. super aream.*

Fol. eod. v. *Or. pro conficiendo vino.*

Fol. 99. v. S. P. N. Basilii *ad sacerdotem sacra facturum exhortatio.* Vid. Cod. Γ. β. IV, fol. 1.

Fol. 102. *Or. ad clericum ordinandum.*

Fol. 103. *Or. cum itur cubitum.* Alia mox venit *oratio cum surgitur.*

Fol. 105. Εὐχὴ ἐπὶ δείγματος ἰοβόλου εἰς ἔλαιον, *Or. super omne genus veneni* (lapsum) *in oleum.* P. Ἐξορκίζω πᾶν δείγμα ἰοβόλων θηρίων, *Exorcizo animal omne genus veneno infectum.*

Fol. 114. *Missa Præsanctificatorum* incipiens non longe post initium orationis, ὁ τῶν ἀῤῥήτων καὶ ἀθεάτων θεὸς, *O ineffabilium et invisibilium Deus.* Vid. Euchol. p. 124.

Fol. 116. v. *Troparia Quadragesimalia* pro iisdem Missis, quae breviora sunt.

Fol. 119. *Liturgia* S. P. N. Basilii M.

Fol. 131. Λειτουργία τοῦ ἁγ. ἀπ. Πέτρου, *Liturgia S. Petri apostoli*, quam nullibi citatam reperi. De hac cfr. *Animadv.* Cod. Γ. β. XXIX.

Fol. 138. *Officium magni habitus*, in quo habetur etiam Hymnus (Canon) *Eudocimi*, qui *Decimus* in acrostich. errate dicitur. Vid. Cod. Γ. β. V, fol. 106. v. Additur fol. 141 alter *Hymnus* (Canon) *sancti et evangelici habitus.* P. Ασωμέν σοι κύριε ὁ θεός μου, *Cantemus tibi, Domine Deus meus.* Deest in Euchologio; deinde Μακαρισμοὶ eiusdem ritus.

Fol. 145. *Ordo sancti et Evangelici habitus.*

Fol. 164. v. Veniunt *Missæ* pro *diebus septem* habitus *indutionem* subsequentes. Vid. Cod. Γ. β. V, fol. 111. Desunt in diem V et cum his desinit Codex vetustissimus.

Fol. 168. Initio mutila veniunt Evangelia quaedam pro feriis hebdomadis *maioris*, exarata saec. posteriore.

Fol. 173. Fragmenta exscripta manu superiore, seu sunt duo alia Evangelia; alterum est VII Dominicale: et explicit volumen.

ANIMADVERSIONES

Praeter characteris notam et S. Liturgiae, de qua mox in Cod. Γ. β. XXIX, nulla alia aetatis habetur huius Codicis millenarii. Auctoris nomen deest, sed tamen in *Commemorationibus* ad Missam S. Basilii (fol. 127 v.) haec leguntur: Μνήσθητι, κύριε, τοῦ δούλου σου παγκουμί'ου, *Memento, Domine, famuli tui Panchomii*, seu *Pachomii*. In civitate ipsa Constantinopoli scriptum coniici potest aliquo pacto, ex eo quod *singularis* fiat (fol. 126 v.) Imperatoris commemoratio, quam in aliis Codicibus præsertim in Euchol. ed. p. 96 *pluraliter* habemus.

CODEX TRIGESIMUS OCTAVUS

Γ. β. VIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, complectens folia 145, longitud. m. 0, 23, latitud. 0, 15, exaratus charactere optimae notae, et ornatibus aliquot decoratus. Sandaracha conficiuntur capitales quæque literae, tituli et notae marginales. Multa textui recentiora sunt inserta, rèstitutae passim literæ, et quae additiones accedunt ad librum, magno usui Cod. extitisse testantur. Majora de more tantum recensebo, quae postea in Indice generali cuncta prodentur.

Fol. 1. *Liturgia* S. Joannis Chrysostomi.

Fol. 37. v. *Liturgia S.* Basilii M.

Fol. 69. v. *Divina Liturgia Praesanctificatorum.*

Fol. 85. *Ritus genuclisiæ.* Vid. codd. superiores.

Fol. 115. *Ritus benedicendi aquas in Epiphania Domini.*

Fol. 130. *Ritus et ordo Lavipedii.* Appingitur, ὥρᾳ ϛ', eo quod persolvendus sit *hora sexta*, sub meridiem.

Fol. 144. v. Veniunt orationes Latinorum graeco charactere exaratae.

Fol. 145. Venit initium Sanctae Liturgiae, scilicet Offertorium, quod ita inscribitur: Τοῦ κυρίου Νικολ. πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως περὶ τοῦ· πως ὀφείλει ποιεῖν ἱερέα τὴν προσκομιδήν, ἀράμενος πρῶτον προσφορὰς... *Domni Nicolai patriarchae CPolitani super hoc: Quomodo debeat sacerdos facere offertorium, sumens primum oblata...* Ritus hic, in quo praeter *Deiparam*, *Prodromum*, *Angelos*, *Michaëlem* et *Gabrielem* nulla alia Sanctorum nomina excipiuntur, quibus recentiores Liturgiae scatere cœperunt, suadet se illis vetustiorem esse. Facile propterea tribuendum censeo *Nicolao Mystico*, qui cum laude (Vid. Heschen. t. III Maii ad diem XV) patriarcham gessit annis 895-925. Fragmentum hoc acceptum referimus D. Josepho Cozza abbati, qui aliquot abhinc annis disjecto folio glutinato detexit.

Codici desinenti appactus est quaternio Palimpsestus graecus *Evangeliarii* duplicis columnae saec. XIII, item membran. sed minoris mensurae, signatus notis numeralibus graecis. Praetexto maeandro ex nimio colore inscribitur: Εὐχαὶ τοῦ εὐλογῆσαι βαΐα, *Preces ad palmas benedicendas* (Dominica palmarum). Ritum absolutissimum neque Euchol. neque Goarius habent. Huic expleto alter compingitur quaternio chartaceus saec. XVI, constans foliis omnino 14 ad Codicis universi mensuram accomodatus.

Fol. I. Post præpictum ornatum habetur epigraphe: Εἰς τὸ εὐλογῆσαι κύρας β'. φρευαρίου ἡ ὑπαπαντή (sic), *Ad benedicendos cereos die Hypapantis II Februarii.* Est mala commixtio Graecani cum Latino ritu.

Fol. IV. Veniunt *Praefationes* Latinae liturgiae, vulgo *Prefazio*, in graecum idioma versae.

Fol. IX. v. Hymnus in SS. magnos martyres *Hadrianum et Nataliam.* P. Αὐλοῦ καὶ καθαρᾶς λαμπρότητος, *Mystici et puri splendoris.* In fine Hymni scribitur: Εὔχεσθέμου (sic) τοῦ ἁμαρτωλοῦ Θωμᾶ ἱερ.. τῆς νέας Ὁδηγρίας (sic) τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Βαρθολομαίου, *Orate pro me peccatore Thoma sacerd.... novae Hodegitriae S. P. N. Barptolomaei.* Tum appingitur: Ετελειώθη τὸ παρὸν ὀφφίκιον μηνὶ Ιουλίῳ ις', *Absolutum est præsens officium mense Iulio* die *XVI*, (anno suppresso). Hic ipse totum quaternionem manu sua exscripsit, an etiam composuit?

ANIMADVERSIONES

Ad calcem f. 6. quaternionis parvi membranacei scribitur: Εγράφη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς κύρου ἀγγέλου τοῦ χριτο-λέοντος κανονάρχου καὶ χαρτουλαρίου τῇ μητρὶ ἐκκλησίᾳ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς ρυ... (ρουσσιάνου) ἐν ἔτει τῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριζοῦ ἐνανθρωπήσεως χιλιοςῷ πεντακοσιοστῷ δ'. ἡλίου κύκλου τρέχοντος ιβ', σελήνης δὲ κύκλου τρέχοντος β', μηνὶ νοεμβρίῳ ιέ. Ινδ. η'. Καὶ σὺ τίμιε ἀδελφαὶ (sic) πρεσβεύσασθαι τὸν ἐλεήμονα θεὸν ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Τέλος, θεῷ χάριτας. *Scriptus est praesens liber manu D. Angeli Chritoleonis canonarchae et chartularii in metropolitana Ecclesia archiepiscopatus Rossanensis an. D. N. I. C. Incarnationis millesimo quingentesimo quarto, currente XII cyclo solis, lunae autem currente cyclo II, mense Novembris d. XV. Indict. VIII. Tu autem, venerande frater, ora misericordem Deum pro me peccatore. Finis, Deo gratias.* Videtur Angelus græcarum rerum scriptor non contemnendus extitisse monachus, qui præterquam quod *Chartularius* esset archiepiscopalis, *Canonarchæ* munere in Ecclesia fungebatur, eo potissimum tempore quo Ecclesia jam quadraginta ante annos ad ritum Latinum, scilicet an. 1461, translata fuerat, quo proinde nonnisi in Monasteriis *chori praefectus* (*canonarcha*) esse oporteret. Solemnem vero benedictionem Palmarum ritu græco plurimum obtinuisse in Rossanensi civitate iam tum ab exeunte sæc. XV, testatus est cl. De Rosis (*Cenno storico della città di Rossano* p. 136). Iam vero hi duo minores Codices compacti Cod. magno Liturgico et inscripti, ut supra, fidem faciunt eumdem exaratum esse apud Rossanum, et quidem in Monasterio *novae Hodigitriae*, quod vulgo *Del Patirio* etiam nuncupabatur (Vid. Cod. Γ. α. IX.). Margines ad *Commemorationes in Missis* passim foedantur nominibus male exaratis, quæ ut ex certis indiciis eruere potui, ad cives Rossanenses sæculor. XIV vel XV spectant, et Codicis vetustatem confirmant.

CODEX TRIGESIMUS NONUS

Γ. β. IX.

Cod. ms. membran. graecus saec. XVI, constans foliis 95, long. m. 0, 11, latitud. 0, 8, mutilus initio et fine ac valde labefactatus. Euchologium est nulla elegantia exaratum, sed tamen capitales quaeque literae, imo tituli et descriptiones rituum colori rubro dantur.

Fol. 1. *Missa* S. P. N. Jo. Chrysostomi, cui pauca initio desunt.

Fol. 36. v. *Epistolae et Evangelia in Missa Defunctorum.*

Fol. 39. Deprecatio « *Confiteor* » graeca versione donata, sed aliquanto prolixior. Tum alia pauca minoris momenti.

Fol. 40. *Ritus in sponsalibus benedicendis iuxta S. Methodium Archiep. CPolitanum.*

Fol. 43. *Ritus et Missa in benedictionem nuptiarum.*

Fol. 61. *Benedictio nuptiarum bigamorum.*

Fol. 65. *Benedictio novorum fructuum.*

Fol. 66. *Or. pro vasibus immundis.*

Fol. 67. v. Εὐχὴ τοῦ θαλαμῶνος (sic), *Benedictio thalami.* Εὐλογητὸς εἰ κύριε ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.*

Fol. 69. *Or. super puerum ingredientem in templum die XL a nativitate.*

Fol. 71. *Exorcismi tres.*

Fol. 79. *Or. ad constituendum catechumenum prope baptismatis horam;* et *baptizandi ritus.*

ANIMADVERSIONES

Est Codex noster breve Enchiridion in parochi usum accomodatum. In Commemor. pro Defunctis in Missa fol. 23 legitur: Μνήσθητι κύριε τοῦ δούλου σου καὶ ἁμαρτωλοῦ Νικολάου ἱερέως καὶ ἐλεήσον αὐτὸν... *Memento, Domine, famuli tui et peccatoris Nicolai sacerdotis, ejusque miserere.* Quid si scriptor semetipsum nominaverit, ut sui mortui alii, in quorum manibus liber deveniret, meminissent? Vid. *Animadv.* Cod. Γ. β. IV.

Fol. 60. Charactere teutonico alia manu latine scribitur: *Ego marcus de bombardia* (sic) *manu propria scripsi de Alemania.* etc.

CODEX QUADRAGESIMUS

Γ. β. X.

Cod. ms. membran. graecus saec. X, constans foliis 115, long. m. 0, 19, latitud. 0, 14, mutilus initio et fine. Membranae crassiores, fulvae, impares frontibus coëuntes, extremae praesertim labefactatae, multæ autem naturâ pellium breviores, quaedam gladiolo male decurtatae, pleraeque tandem usu maculatae ac detritae ita ut literae omnes nigrae iampridem flavescant, aliquot etiam evanuerint. His dumtaxat exceptis vetustati sane indulgendis, Codex *euchologium* præstantissimum est tum characteris forma, cum maxime rerum, quas capit, summa copia. Sed consideratione magis digna recensemus, ex interceptis autem foliis quae multa praetermissa sint, quisque facile inspiciet.

Fol. 1. Preces dictae *post-ambonem.* Post finem alterius venit prima omnium in *Deiparae Nativitatem*, tum deinceps aliae sex et triginta sequuntur pro diversis festivitatibus.

Fol. 23. *Missa Praesanctificatorum* ab oratione dominica ad finem usque. Subnectuntur tres preces *post-ambonem* in *Quadragesima.*

Fol. 26. Ordo in Vesperis cum *orationibus* ad Antiphonas, itemque *Orationes* ad antiphonas in Matutinis.

Fol. 33. v. *Ordo Horas minores persolvendi in fer. VI.*

Fol. 39. v. *Ordo conferendi Baptismatis*, nec non *Oratio ad abluendum baptizatum.*

Fol. eod. v. *Or. ad tondendum puerum.* Continuo post alia subnectitur.

Fol. 52. v. *Ordo sanctificandi aquas die Epiphaniae.*

Fol. 64. Orationes (gonyclisiae) in S. Pentecostem.

Fol. 70. *Ordo servandus tum in sponsalibus, cum in nuptiis benedicendis.*

Fol. 77. *Officium Defunctorum*, cui subnectuntur orationes diversae pro diversis personarum statibus, uti in aliis Euchologiis.

Fol. 86. Orationes tres *in supplicationibus* dicendae.

Fol. 88. v. *Or. in jaciendum cuiusvis domus fundamentum.*

Ibid. *Or. cum primum domus habitari debeat.*

Fol. 90. *Orationes tres ad benedicendas carnes*, agnum, caseum et ova *in Paschate.*

Ibid. *Orationes duae pro discessuris.*

Fol. 92. *Orationes tres* ad benedicendas *sementes, messem et aream.*

Fol. 93. *Orationes quatuor ad benedicendam vineam novam, vites, uvam, vindemiam et vinum in doliis.*

Fol. 95. v. *Ritus ad deducendam navim.*

Fol. 101. v. *Ritus Confessionis sacramentalis.*

Fol. 106. Εὐχὴ εἰς κουρὰν κληρικοῦ. *Oratio in tonsuram Clerici.* P. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς. *Dominator Domine, Deus.*

Fol. eod. v. *Or. in Lectorem, in Psaltem.*

Fol. 107. v. *Ordo in benedicendo Oleo infirmorum.*

Fol. 113. *Or. super ieiunantes.*

Fol. 114. v. Exorcismus S. Epiphanii sat prolixus, cui una cum Codice finis deest, at utrumque, credo, deficit prope finem.

CODEX QUADRAGESIMUS PRIMUS

Γ. β. XI.

Euchologii fragm. membran. saec. XII, spissum foliis 20, longitud. metri 0, 14, latitud. 0, 12, minuto sed composito charactere exaratus.

Fol. 1. Sunt quaedam *de ritu sponsalia ineundi.*

Fol. 2. *Ordo ad benedicendas nuptias.*

Fol. *Preces diversae ad omnia utiles. Oratio super offerentes primitias.*

Fol. 6. v. *Benedictio uvae et fructuum novorum.*

Fol. 7. v. *Or. tempore terræmotus et turbinum.*

Fol. 9. v. *Or. pro confessionem facientibus.*

Fol. 10. *Or. pro iis qui ad jurandum proclives sunt.*

Ibid. *Benedictio domus* (novæ), in quam quis primum ingreditur.

Fol. 15. *Or. super infirmum.*

Fol. 16. *Or. super hominem* (nuper) *vita defunctum.*

Fol. eod. v. *Or. ad benedicendas palmas.*

Fol. 17. *Missa pro festis Deiparæ, praesertim Nativitate et Dormitione.* Duo ibidem adsignantur Evangelia pro lubitu.

Fol. 20. *Missa in Apostolos.* Post inceptum evangelium desinit Codex.

CODEX QUADRAGESIMUS SECUNDUS

Γ. β. XII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIV, folia excipiens 98, long. metri 0, 15, latitud. fere 0, 12 in membranis bis exaratis ad margines praesertim consumptis, scriptus charactere oblongo et aequali, cuius capitales literae miniatae rationem italo-teutonicae scripturae praeseferunt. Lamentandum quod fine aeque ac initio mutilus sit.

Euchologium est ista exhibens.

Fol 1. Quae fini propiora accedunt de *ritu* Baptismatis.

Fol. 2. v. *Orat. pro puerpera* (die primo, quo peperit), tum aliæ duæ, quando illa primum ingreditur *in Ecclesiam* XL^mo^. *die post partum.*

Fol. 4. *Ordo incoronationis* (nuptiarum), et Benedictio thalami. Vid. Cod. Γ. β. IX. f. 67, nec non *Ordo in sponsalibus benedicendis.*

Fol. 76. Parvus catechismus cum quadem latina interpretatione graecis literis in columna expressa.

Inter haec notabilis fit brevis elenchus aliquot *criminum reservatorum*, cui praefigitur titulus: Τὰ ἁμαρτήματα ἅπερ οὐ δύναται ὁ ἱερεὺς κρῖναι, *Peccata, de quibus sacerdos judicare non potest.* Tum demum venit indicatio temporum, quibus nuptiae prohibentur, iuxta Graecam ecclesiam in qua scriptor degebat.

Fol. 19. Ordo servandus circa δευτερογαμίαν, *secundas nuptias.*

Fol. 21. v. *Sanctificatio aquarum in Epiphania.*

Fol. 37. Orationes quae recitantur in fine Missae *retro-ambonem*, in Deiparæ festis, et aliae novem pro aliis solemnitatibus.

Fol. 49. *Divina liturgia* S. P. N. Basilii. Prope finem, elapsis foliis, intercipitur, et pergitur S. Joannis paullo post verba consecrationis.

Fol. 84. v. Propria missarum, seu *Apostolo-evangelia*, in Deiparam et complures Sanctos, quorum praecipue notamus S. P. M. *Nicolaum* (fol. 92. v.).

ANIMADVERSIONES

Aperte liquet in Liturgiis latinos irrepsisse ritus, nam in forma *Consecrationis* τὸ γὰρ (enim) adiectum est, ut in Cod. Tropeiensi Γ. β. III, paullo ante Communionem τὸ Ἀμνὸς τοῦ θεοῦ (Agnus Dei) intrusum est, nec non τὸ Νίψομαι (Lavabo), *manuum lotio* ante ipsam Consecrationem inducta fuit, quae cuncta abhorrent a ritibus Græcorum; sed ut omnia in universum dicam, hic Canon liturgicus etiam quoad preces ritusque græcos ipsos ad illum proxime accedit, qui sensim sine sensu usum apud nos obtinuerat et quamdam sanctionem seu potius tolerantiam a Sede Apostolica adsequutus erat.

Fol. 82. v. In margine exhibetur or. quaedam latina in graecum versa, quae inscribitur: Εὐχὴ τοῦ ἁγ. πάπα Αλεξάνδρου, *Oratio S. Alexandri papae.* P. Τούτοις τοῖς ἁγίοις μυστηρίοις, *His sanctis mysteriis.*

CODEX QUADRAGESIMUS TERTIUS

Γ. β. XIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis 188, long. metri 0, 23, latitud. 0, 16, exaratus a Joanne Rossanensi hieromonacho Cryptoferratensi, de quo alias diximus (Codd. A. δ. IV - B. β. III.), ut proinde nil aliud hic adiici oporteat, unus enim idemque ubique est illi mos compingendorum librorum, scilicet ex membranis aliorum Codicum detritis atque defluxis, novosque suos ornandi ratio eademque scribendi libros.

Euchologium excipitur, seu potius *Liturgicum*, ad sacras enim Liturgias cuncta pertinent, prout ex Indice patebit.

Fol. 1. Praetexto ornatu, inscriptaque Græcis solemni exphonesi: Ιησοῦ Χριστὲ βοήθει, *Jesu Christe auxiliare*, adest exscripta *Liturgia* (seu Missa) S. P. N. Joannis Chrysostomi.

Fol. 28. v. *Liturgia* S. P. N. Basilii.

Fol. 49. *Liturgia Praesanctificatorum* μετὰ τὴν ἐννάτην, *post horam nonam.*

Fol. 59. *Apostolo-evangelia in S. Deiparam*, tria scilicet in eius *Dormitionem*, *Nativitatem* et *Adnunciationem*. Veniunt alia deinceps tria et viginti prorsus, quorum nonnullis adpinguntur etiam *Antiphonæ*.

Fol. 137. *Ordo Confessionis sacramentalis agendae*, qui ritus alius omnino est, quam in Euchol. p. 205.

Fol. 144. Orationes quinque ad *benedicenda ova et caseum die Paschatis.* Incip. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν, *Domine Deus nr. qui tua de tuis.* Non est in Euchol.

Fol. 146. Missa pro *Confessionem facientibus.*

Fol. 151. v. *Confessio* (monachorum) *publica*, de qua videndum

est in *Scala* mystica S. Joannis Climaci et in *Pandectis* Antiochi Sabaitae. Notatur etiam absolutionis forma *indicativa*, si adsit *Pater spiritualis* (Confessarius) monasticæ communitatis (fol. 154). Tum venit *elenchus casuum reservatorum Pontifici, Episcopo, et Episcopo vel Hegumeno* seu abbati.

Fol. 156. Oratio anepigrapha *pro offerentibus dona*. P. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν, *Domine Deus noster qui tua de tuis*.

Fol. 157. v. Or. dicenda a *Presbytero cum sacris vestimentis induitur*. P. ο θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τοῖς χερουβὶμ ἀθεώρητος, *Deus Deus noster qui Cherubim incomprehensibilis es*.

Fol. 160. v. Or. anepigrapha pro *tonsione*.

Fol. 162. Orationes tres ad *benedicendas sementes*.

Fol. 164. Or. anepigrapha super *mensae reliquias*.

Fol. 165. Εὐχὴ εἰς τὸ εὐλογῆσαι δίσκοπτον (sic), *Or. ad benedicendum Discum* (seu patenam), incip. Σὺ δέσποτα καρδιογνῶ-α κύριε, *Tu dominator Domine qui corda noscis*. Non est hæc in Euchol.

Fol. 166. v. Or. ad *benedicendam Crucem* P. Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὁ προτυπώσας τὴν ῥαβδον, *Domine Deus omnipotens, qui praefigurasti virgam*. Euchol. ed. p. 316.

Fol. 167. Εὐχὴ εἰς τὸ εὐλογῆσαι σκεύη καὶ ἱεροὺς στολισμούς, *Or. alia* seu ritus *ad benedicenda vasa et sacra indumenta*. P. Παντοδύναμε κύριε, *Omnipotens Domine*. Videtur inedita. Graecus sacerdos quoties induitur sacris vestibus praesertim casula, eas benedicit. Joannes noster confecit hasce orationes fortasse ex ingenio suo, quae latinismi aliquid sentiunt.

Fol. 167. Propria missarum in Domini *Circumcisionem* et *Hypapantem*, *Dominicam I Jeiuniorum et Sabbatum sanctum*.

Fol. 185-188. Praeseferunt *Troparia* et *Contacia* praesertim in Deip. *Nativitatem* et *Assumptionem*, aliaque pauca ex Graecis ritibus et recentiori manu exarata.

ANIMADVERSIONES

Liturgiæ ordinem omni ex parte graecum Calligraphus iam tum ad saec. XV desinens servatum esse libro suo testatur. In *Commemorationibus viventium* ad illa verba: Εν πρώτοις μνήσθητι κύριε πάσης ἐπισκοπῆς ὀρθοδόξου, uti scripserat Rossanensis, inter illud κύριε et πάσης adiectum fuit: τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἡμῶν Βησσαρίωνος ὃν χάρισαι ταῖς ἁγίαις σου ἐκκλησίαις σῶον, ἔντιμον... Additio appacta esse mihi videtur manu ipsius Petri Vitalii abbatis Monasterii nostri (1440, 1462), idque coargui ex photographico autographo eiusdem Abbatis subscribentis Definitionem Concilii Florentini, cui praesens affuit. Quomodo igitur, si bene ista divinaverim, consistent cum illis quae solent afferri, scilicet mutationem eam, quam adeo ἱεροφιλέλληνες tum e nostris, tum ex aliis doctissimis quibusque cœtibus lamentati sunt, inductam in esse hisce Liturgiis ex auctoritate Eugenii IV, Card. Bessarionis, immo et ipsius Petri Abbatis? Quod si illa non Petri

manum qui anno 1462, capessente Bessarione ex mandato Pii II commendam Monasterii, in Cœnobium Messanense secessit, sed recentiorem ætatem agnoscant, magis evincendum est, Bessarionem nihil immutasse in nostris rebus, cuius commemoratio sollemniter fiebat in Liturgia apprime graeca et orientali. Cfr. Animadv. Cod. A. α. X. Verum de ista hypothesi sane falsa conferatur Bandinius ipse in Comment. vitae Bessarionis §. XVII. et Rodotatius in Op. *Dell' origine del rito greco in Italia* p. 220 et seqq. H. Vast, Le Card. Bessarion. p. 160. Mihi enim pro re nata iam haec innuisce sit satis.

Ad genuitatem vero et graecitatem Ritus huius liturgici magis etiam adstruendam non immerito adiiciam, quod Josephus Cozza noster iampridem *Liturgiam graeco-orientalem* confecturus una cum Rmo Archiep. Steph. *Stephanopoli* ad autographi Rossanensis fidem maxime editionem redigendam esse olim existimaverat.

CODEX QUADRAGESIMUS QUARTUS

Γ. β. XIV.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIII, constans foliis 54, longit. m. 0, 19, latitud. 0, 14, super unciale palimpsestum saec. VII, vel VIII, a bono quidem calligrapho exaratus. Non modo fine caret, sed rutilae membranae prae vetustate atque usu adeo detritae, ut tamquam bombycinae chartae lacerari posse dixeris. Multa Euchologium habet, sed potiora sunt ista.

Fol. 1. *Missa Praesanctificatorum*, sed praeter quaedam media, particulae passim desunt ex laciniatis foliolis.

Fol. 7. v. *Officium vigiliae* (παννυχίδος) *in Quadragesima*. Desunt aliqua.

Fol. 8. v. *Ordo Matutini et preces*, ut in Cod. Γ. β. II. Nonnulla desiderantur.

Fol. 12. v. *Ordo servandus in sanctificatione aquarum in Epiphania.*

Fol. 17. *Or. in puerum cum inungitur sacro chrismate die VIII a nativitate:* atque inde veniunt aliae *orationes* ritus baptizandi.

Fol. 27. *Oratio cum exuitur puer* (veste alba), Εὐχὴ εἰς ἀποκούλωμα (sic). In Cod. Γ. β. III. inscribitur haec oratio uti superior: pertinent ambae ad unum eumdemque ritum.

Fol. 28. *Or. cum tondetur puer.*

Fol. eod. v. *Ordo gonyclisiæ,* seu officium in Pentecoste, pluries supra relatus; sed desunt quaedam media.

Fol. 35. v. *Ritus Confessionis,* ubi quaedam elapsa sunt. Fini autem ritus appingitur instructio quaedam tum quoad confitentem, tum quoad confessarium, sed desinente folio abrumpitur.

Fol. 38. Habetur lectio evangelica de *Muliere adultera*, ad VIII

S. Joannis, scilicet *in mulieres pœnitentes* (VERCELLONE, La storia della Adultera nel Vang. di S. Giov. Dissert. 1867).

Fol. 43. v. *Ritus in sponsalibus et nuptiis*: caeremoniae aliquae notantur alia manu ad marginem.

Fol. 50. *Or.* S. GREGORII THAUMATURGI *ad fugandos malignos spiritus* satis prolixa quae prosequitur per novem pagellas, nec tamen expletur, prius intereunte Codice. Cfr. Cod. Γ. β. VI.

CODEX QUADRAGESIMUS QUINTUS

Γ. β. XV.

Cod. ms. membran. græcus, spissus foliis 41, longit. metri 0, 18, latit. 0, 13, saepe pluribus iterantibus manibus exaratus sane diversis; nam prima manus, quae medio Cod. occurrit, prodit calligraphiam saec. XI, posterior in prima parte exhibet saec. XII, tertia vero proprio loco praesefert seriorem aetatem saeculor. XIII vel XIV. Postremus iste ac deterior e collegis calligraphis nullo utitur præter atramentum colore, alter novitatem quamdam adhibet saepe ridiculam in pingendis capitalibus quibusque literis, neque insuetam scriptoribus quoque saec. X vel XI (Vid. PALIMPSEST. Cod. Γ. β. XXI).

EUCHOLOGIUM est et maiori ex parte *Liturgicum*, uti Index profert.

Fol. 1. sive lacinia folii quod non supputavimus, apparet prima *Liturgia* CHRYSOSTOMI a precibus quae Evangelium subsequuntur ad finem usque, cui subnectuntur Orationes *post-ambonem* variandae in *Dominicos dies*, in *omnes Sanctos* et *pro Defunctis*.

Fol. 15. Liturgia anepigrapha S. BASILII, cui nil deesse videtur.

Fol. 33. *Or. ad benedicendum panem.*

Ibid. *Or. ad benedicendam aquam.*

Fol. eod. v. *Antiphonæ, Epist. et Evang. in diem Paschatis.*

Fol. 36. v. *Evangelium in Deip. Dormitionem.*

Fol. 37. v. *Oratio in luctam fornicationis a presbytero dicenda pro se.* P. Κύριε ὁ θεὸς τῆς δικαιοσύνης, *Domine Deus justitiæ.*

Fol. 38. *Or. contra nocturnas illusiones.*

Fol. eod. v. *Orat. duae ad benedicendas Palmas.*

Fol. 39. v. *Or. ad benedicendum caseum et ova*, nec non alia *ad benedicendas carnes* die Paschatis.

Fol. eod. v. *Antiphonæ et Epist.* in liturgiam Dominicae Nativitatis. Tum mox Oratio propria *post-ambonem* non expleta, in qua deficit Codex.

ANIMADVERSIONES

Latinus ritus utraque in Liturgia eo dumtaxat miscetur, quod lotio manuum seu *Lavabo* dicendum a sacerdote post Evangel. praescribitur. Cfr. Animadv. Cod. Γ β. XII.

In priori Missa post Consecrationem fit frequentissima, si quae alia, Sanctorum commemoratio. In eadem inter *Viventes* commemorantur *Candidus hieromonachus, Constantinus* et *Galatus* vel *Galata, Leontius hieromonachus, Petrus* et *Basilius* sacerdotes, et *Philadelphus monachus.*

In altera Missa *Defunctis* accensentur, uti videtur, *Constantinus presbyter*, cuius nomen adscriptus est manu recentiori eademque, arbitror, quæ *Antiphonas et Epistol. in Dom. Nativit.* (f. 40. v.) exscripsit.

CODEX QUADRAGESIMUS SEXTUS

Γ. β. XVI.

Cod. ms. membran. graecus saec. XV, constans foliis 40, longitud. metri 0, 15, latitud. 0, 11, malo quidem literarum genere, at non sine quadam orthographia exaratus ex PALIMPSESTO saec. XI. Est *Euchologium* ex ea parte dumtaxat, qua Ακολουθίας εἰς κοιμηθέντας, *Officia Defunctorum* excipit, mutila tamen initio et fine. Peculiare in Cod. est, quod in aliis non reperi, Officium cum *Canone* seu hymno *contaciis* instructo *pro pueris vita functis.* Confer Cod. Γ. β. V.

CODEX QUADRAGESIMUS SEPTIMUS

Γ. β. XVII.

Cod. ms. chartaceus graec. saec. XVI, constans foliis 269, long. m. 0, 21, latitud. 0, 15, bonae scriptura notae. Tituli omnes, literæ capitales, exequendique ritus rubro dantur colori, cetera atramento iam flavescenti.

Liber choralis est, at ex potiore parte LITURGICUM nuncupatur.

Fol. 1. Divina Liturgia S. P. N. CHRYSOSTOMI.

Fol. 26. Veniunt *propria* in quibusdam Liturgiis διαφόροις seu *diversis*, scilicet *Epist. Evangel. Troparia, Procimena* primo in *Spiritum Sanctum*, tum sequuntur alia compluria.

Fol 111. Exscribitur peculiaris enumeratio Sanctorum, in quorum honorem Missa est celebranda, quemadmodum accepimus ex Cod. Γ. β. XV.

Fol. 115. Praescribuntur *propria* in Missis SS. Nili et Barptolomaei, post quae sequuntur plurium Sanctorum *troparia et contacia.*

Fol. 121. *Epistolae* et *Evangelia* per totum anni circulum a festivitate Paschali et infra; sed, ut plurimum, ea tantum quae occurrunt in sabbata et dies dominicos.

Fol. 124. v. *Troparia, contacia et stichi* pro liturgiis dominicalibus.

Fol. 151. *Praefationes* (προφάκια) graece versæ e Latinis quotquot apud eos variae praescribi solent.

Fol. 255. Orationes *post-ambonem* complures.

Fol. 259. Aliquot benedictiones, nempe *Cereorum* in Purificatione Deip. *Palmarum* in ea Dominica, *Esculentorum* in Paschate. (Vid. Cod. Γ. β. VIII).

Fol. 261. *Missæ pro duobus festis quae Paschati* et *Pentecostæ* succedunt; nam in iis Liturgiis ut in ceteris sollemnioribus monachi habebant *Prothesim* in alio altari, scilicet SS. Nili et Barptolomaei patrum.

ANIMADVERSIONES

Fini omnium subnectitur haec epigraphe: « *Hunc librum fr. Lucas Tiburtinus scripsit manu propria suis sumptibus, anno Virginis Partus millesimo quinquentesimo sexagesimo quinto, die vero Ascensionis Domini; et fuit filius quoddam Magistri Lucae Carpentarii eiusdem Civitatis.* »

In fol. 25. v. legimus aliud mnemosynon: « *Il Signor D. Francesco Laghana* (sic) *ha giunto in questo Ven. Monasterio di S. Helia di Carbone l' anno del Signore* 1681, 19 *Marzo sotto il governo del Rmo P. Abb. D. Bartolomeo Lemonache di Rossano, città nobilissima.* » In fol. 120 aliud extat hujusmodi: « *Il Signor Franc. Laghana della Terra di Sancto Procopio è venuto di stanza in questo Ven. Monastero di S. Helia di Carbone l'anno del Signore nel Mese e* 19 *di Marzo* 1689. *Il Dottor D Francesco Loghana ha fatto questo scritto.* » Patet inde quod vel Lucas noster Tiburtinus in Carbonensi Monasterio librum suum compegerit, vel quod liber in illud Monasterium aliquando appulerit, ex quo ad nos iterum sit reversus.

Neque vero silentio praeteream id, quod in rubrica legitur fol. ϛ, in qua dicitur sacerdos sumere τὴν ἀναφορὰν scilicet *oblata* et signare μετὰ τὴν λόγχην (sic) *cum lancea*, quod indicat, cum ista scriberet Lucas anno 1565, monachos uti adhuc *pane fermentato* in sacris faciendis, sæculo scilicet uno elapso ab inita commenda per Card. Bessarionem (Cfr. Animadv. Cod. Γ. β. XIII, A. α. X).

CODEX QUADRAGESIMUS OCTAVUS

Γ. β. XVIII.

Cod. ms. bombycinus graec. saec. XIV, habens folia 54, longit. m. 0, 12, latitud. 0, 13. Initio pauca, etiam media nonnulla et extrema desunt. Non bono charactere exscribitur, sed tamen capitales literae aliquo studio ac diligentia ducuntur.

Fol. 1. Adest *Missa* S. Joan. Chrysostomi, de qua animadverte-

bat P. Toscanius noster « *Dignæ notatu sunt Rubricæ sacræ Liturgiæ.* »

Fol. 36. Aliùs *liturgiæ* orationum fragmenta.

Fol. 37. Veniunt orationes variandae pro festivitatibus juxta illam Liturgiae: Ἐξαιρέτως τῆς παναγίας ἀχράντου. Porro sunt istae tresdecim prorsus, neque ab aliis, uti sciam, unquam notatae; duae autem priores sunt in *Deiparam*, aliae in praecipuas Domini sollemnitates, postrema in *omnes Sanctos*.

Fol. 41. *Epistola* in Missam Deiparæ.

Fol. 42. v. Aliae orationes *pro nuptiis*, quibus accedit integer ad eas ineundas *Ritus*.

CODEX QUADRAGESIMUS NONUS

Γ. β. XIX.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVI labentis, bifariam tributus, mediumque excipiens Ἱερὸν Εὐαγγέλιον, *Sacrum evangelium* Venetiis editum an. 1586, ad cuius mensuram scilicet longitud. metri 0, 29, latitud. vero 0, 21 compacta hinc indeque est utraque pars MS. a calligrapho Luca Felice quem alias commemoravimus.

Prior igitur pars Codicis, constans foliis scriptis omnino 145, complectitur ista quae tradet Index.

Fol. 1. *Divina Liturgia* S. Joan. Chrysost. quam Lucas disiuncte exscripsit an. 1591, distinxitque folia numeralibus notis arabicis, tum deinde recentiori suo operi praemisit.

Fol. 16, ις'; graecis enim hinc numeris folia supputantur quindecim prioribus elapsis. Prostat *Apostolo-evangeliarium* in totius anni cursum, ubi præscriptae habentur sacrae quaedam functiones.

Fol. 131 v. Troparia *dominicalia* et *ferialia* cum *contaciis* et *proeimenis* in *Liturgiis* et in *Horologiis* reperiuntur. Ad finem aliquot deperdita esse folia videntur.

Fol. postremum huius MS. partis continet pauca quaedam de *Liturgia* exarata manu alia. Pone subsequitur quod supra dixi Ἱερὸν εὐαγγέλιον editum. Postea pergit altera pars MS. cuius folia sequuntur Venetæ editionis supputationem.

Fol. 122. Aggreditur *Menologium liturgicum* universum, ad eum fere modum, quem et in aliquibus *Evangeliariis* supra notavimus.

Fol. 190. Missæ in *Trinitatem*, in *Spiritum Sanctum*, in *Deip.* atque in *Commune Sanctorum*, uti in aliis huiusmodi Codicibus.

Fol. 195. Benedictiones quaedam *Cereorum*, *Palmarum*, nec non *Mulieris post partum* etc.

CODEX QUINQUAGESIMUS

Γ. β. XX.

Codex ms. membran. duplex ex fragmentis duorum Codicum qui simul complectuntur folia quatuor et sexaginta, longitud. metri 0, 20, latitud. 0, 15.

Fragmentum primum saec. X bono et spatioso charactere nigro tantum exaratum exhibet, quae infra notantur.

Fol. 1. *Apolyses* seu *Preces extremæ duæ pro infirmis.*

Fol. 2. *Or. ad dona offerenda sacerdoti sacra facienti.*

Fol. eod. v. *Ordo Liturgiæ in Præsanctificatis.*

Fol. 15. *Ordo servandus in Vesperis* (solemnioribus), quorum prope finem deficit Codex.

Fragmentum alterum saec. XI spatioso magis quam primum, at item bono charactere exscriptum est, cuius capitales quaeque literae sandaracinae sunt.

Fol. 20. *Liturgia* S. Joannis Chrysostomi, cui deest quidquid *Præfationem* praecedit. In fine subnectitur *Or. ad dona offerenda* (sacerd. sacra facienti).

Fol. 33. *Liturgia* S. Basilii, quam calligraphus initium sumere facit *a precibus pro catechumenis ante Offertorium dicendis*, et pergit fere ad finem usque Codicis.

Fol. 64. v. Habentur alia manu quædam pauca, notis magis quam literis exscripta iisdemque male expressis.

CODEX QUINQUAGESIMUS PRIMUS

Γ. β. XXI.

Fragmenta ex duobus Codd. pergamen. graecis, quorum primus pertinet ad saec. XIII, at secundum fortasse ad saec. XII. Membranae inaequales, crassiores, nigraeque prae vetustate, aliquot etiam e Codd. Palimpsestis duobus saec. X in columna scriptis, quorum alter altero longius protenditur. Pleraeque membranae accedunt ad longit. m. 0, 20, latitud. m. 0, 15. Pars prima Codicis negligenti manu exarata est, diligentiore contra posterior, utraque vero videtur esse Calabro-sicula.

Fol. 1. *Preces ad Matutinum*, quas multas reperies in Euchol. ed. p. 23-27.

Fol. 5. Or. *mulieris* post partum. Incipit: Κύριε ἰησοῦ χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ παραγενόμενος ἐπὶ σωτηρίᾳ, *D. J. C. Deus noster, qui advenisti in salutem*. Euch. ed. p. 143.

Fol. 6. v. Missa *Præsanctificatorum*, cui desinenti appinguntur orationes *post-ambonem*, quae pergunt exscriptae a meliore calligrapho in altera codicis parte.

CODEX QUINQUAGESIMUS SECUNDUS

Γ. β. XXII.

Codex ms. chartaceus graecus saec. XVII, constans foliis septem, longitud. metri 0, 30, latitud. 0, 21, minuto, compositoque charactere exaratus.

Est apographum *Ordinis missæ* S. P. Chrysostomi, parvum scilicet, paullo enim ultra *Prothesin* procedit et desinit.

Verum Ordo hic valde similis est illi, qui in Euchologiis Graecorum editis praescribitur.

CODEX QUINQUAGESIMUS TERTIUS

Γ. β. XXIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XVII, constans foliis 75, longitud. metri 0, 32, latitud. 0, 22. Bono charactere et orthographice exaratus an. 1641 a D. Basilio Falasca hieromonacho et Hegumeno Coenobii Cryptæ ferratæ, qui et elegantia quadam uti voluit tum in pergamenis nitidis laevibusque seligendis, cum in quodam genere adhibendo ornatorum.

Est Euchologium in usum eiusdem Monasterii, quod in praesens historicam quoque exhibet utilitatem quoad mores monachorum, eorumque in ritibus graecis cæremonias, quae Latinismum plurimum ac præsertim in Liturgiis sapiunt.

Fol. 1. *Evangelia in Missa Præsanctificatorum* hebdomadis primæ et ultimae quadragesimalis.

Fol. 9. v. *Ritus Lavipedii in magnam feriam V.*

Fol. 15. *Antiphonæ, epistola et evangelium S. Liturgiæ in Pervigilium dominicæ Nativitatis.*

Fol. 18. Eadem dantur in *Pervigilium Epiphaniæ.*

Ibid. 21. *Ordo Missæ in Præsanctificatis.*

Fol. 34. *Liturgia* S. P. N. Basilii, cui praenectuntur orationes a sacerdote dicendae priusquam et quo tempore sacras vestes induitur.

Fol. 63. v. *Ritus benedicendi aquam in Epiphania.*

Fol. 72. v. *Evangelium* dicendum in Missa *præsanctificatorum* in diem XXIV Febr. qua commemoratur *Inventio capitis S. Joan. Bapt.*

Fol. 73. v. Hymnus Ambrosianus *Te Deum* graece versus, qui editus item est in eo *Precum* libello. Cfr. Animadv. Cod. Γ. α. III.

ANIMADVERSIONES

Nonnihil refert adducere epigraphen, quam auctor inscribit paginae 63. Εν ἔτει τῆς τοῦ Χριςοῦ ἐνανθρωπήσεως χιλιςῷ ἑξακοσιοστῷ τεσσαρακοςῷ πρώτῳ ἡ παροῦσα βίβλος συνέχουσα τὰς τῶν προηγιασμένων καὶ τοῦ ἁγ. μεγ. πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου λειτουργίας καὶ εὐαγγέλια λεκτέα ἐν ταῖς ἡμέραις ἐπισήμοις καὶ ἐν τῇ α΄ καὶ ἐσχάτῃ ἑβδομάδι τῆς τεσσαρακοςῆς, καὶ πρόςαγμα τοῦ λευτροῦ ἐν τῇ ε΄ τῆς μεγ. ἑβδομάδος καὶ τὴν εὐλογίαν τοῦ ὕδατος τῆς θεοφανίας ἐγράφη ὑπ' ἐμοῦ κύρου Βασιλείου Φαλάσχου Τουσκουλανοῦ καὶ τῆς μονῆς ταύτης τῆς Κρυπτοφέρρης Κοινοβιάρχου. Καὶ ὅτι ταῦτα ἦσαν διασκεδαζόμενα ἐν ταῖς ποικίλαις βίβλοις, εἰς τὴν μίαν ταύτην συλλέλοχα, καὶ γέγραφα, καθιζομένου τοῦ τιμιωτάτου Πατρὸς ἡμῶν κύρου Οὐρβανοῦ Πάπα ὀγδόου, ἔτει δὲ αὐτοῦ ιη΄· καὶ συνιςάντος καρδινάλεως Φραγκίσκου τοῦ Βαρβηρινου, ἐγγόνου τοῦ προειρημένου πάπα Οὐρβανοῦ, πρεσβυτέρου τῆς ἁββατείας· διὸ καὶ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ ἁμαρτωλοῦ. - *Anno Christi incarnationis millesimo sexcentesimo quadragesimo primo hic liber continens Liturgias Praesanctificatorum, et S. P. N. Basilii M. nec non Evangelia diebus insignibus et prima atque ultima Quadragesimae hebdomada dicenda, et ordinem Lotionis pedum in feria V hebdomadæ maioris et Benedictionem aquae in diem Epiphaniae, conscriptus est a me D. Basilio Falascha Tusculano et huius Monasterii Cryptaeferratae Coenobiarchae. Quoniam vero hæc variis in libris erant dispersa, ipse in unum collegi et exscripsi, sedente SS. P. N. Domino Urbano Papa VIII, anno eiusdem XXIII, et regente quam supra dixi Abbatiam Card. Francisco Barberino, fratris filio eiusdem Urbani Papae. Idcirco vos qui legitis orate pro me peccatore.*

CODEX QUINQUAGESIMUS QUARTUS

Γ. β. XXIV.

Cod. ms. chartaceus saec. XVI, constans foliis 302, longitud. m. 0, 32, latitud. 0, 23, bono charactere exaratus a D. Luca Felice, Hegumeno Monasterii nostri, eaque adhibita diligentia, ne dicam etiam elegantia, qua iis temporibus maiore uti possent monachi Cryptoferratenses, tum primum post duo amplius obsuritatis saecula in lucem literarum reipublicae redeuntes. Liturgicum magnum volumen est, non uno anno exscriptum, at proprie Canon liturgicus spectat ad an. 1592, pars vero eidem praefixa ad an. 1597.

Fol. 1. *Epistolae et Evangelia* in sabbata tantum diesque Dominicos per totum anni cursum.

Fol. 114. v. *Troparia anastasima* seu dominicalia et *hebdomadalia* seu ferialia.

Fol. 122. *Ordo duplex divinae Liturgiæ* S. Jo. Chrysostomi, primus quidem continuis foliorum lineis, in alter vero columna compositus.

Fol. 169. *Propria* quarumdam Missarum cum *Tropariis suis:* inter quae peculiaris est Missa *S. Sylvestri Troynensis.*

Fol. 176. *Menologium* seu Kalendarium anni universi, quod sæpe sæpius praescripta exhibet multa ad *Liturgiam* spectantia.

Fol. 294. *Missae in commune Sanctorum* ad eum fere modum, quem in aliis superioribus Codicibus vidimus.

Fol. 301. Subnectuntur quaedam orationes ad benedicenda *Cerea* in d. II Februarii, *Palmas* in ea Dominica, *Carnes aliaque esculenta* in diem festum Paschatis, nec non *Mulieres* post partum, purificationis caussa, templum adeuntes.

CODEX QUINQUAGESIMUS QUINTUS

Γ. β. XXV.

Fragmenta membranacea Euchologiorum scripta saec. XIV et XV, in foliis scriptis tribus et viginti, longitud. metri 0, 20, latit. 0, 15. Iam vero in his primum habentur *Preces* ad antiphonas Matutini.

Orationes multae Liturgicae.

Orationes *post-ambonem* in extremis foliis bono charactere exscriptæ.

ANIMADVERSIONES

Cum pluries mihi orationes *post-ambonem*, εὐχὰς ὀπισθαμβώνους, tot sane numero, totque in Codicibus etiam saec. X afferre contigerit, miror sane quod neque Goarius, neque Euchologium graecum Romae ed. aliquod verbum faciant de huiusmodi precum copia et varietate. At vero natura hujus deprecationis, quam apud ipsum Goarium describit S. Germanus (pag. 131), eam profecto sese exhibet, quae mutari proinde oporteat *pro primis et præcipuis* (liturgiæ) *orationibus ac petitionibus*, quarum perinde *sigillum* est, quas quidem omnes pro peculiaribus liturgiis variari solere scimus. Hac porro etiam de causa eam consuetudinem invaluisse credam, ut illa oratio *fiat in medio templi post-ambonem, ut omnes audiant, simulque ac velut in conspectu Dei pro omni populo deprecentur* (Sym. Thessal. De sacr. Precat. c. 355). Quæ quidem oratio non omittitur ne in Missis quidem *Praesanctificatorum*, quemadmodum cl. auctor ibidem narrat, et nos etiam in Cod. Γ. β. XXI vidimus. Recitandæ autem hujus deprecationis usus adeo sollemnis erat etiam apud nostros Monachos, ut ille viguisse conspiciatur etiam post medium saec. XVI quo ὀπισθάμβωνοι orationes (Cod. Γ. β. XVII) plures proferuntur. Quapropter post clarorum virorum Germani, Thessalonicensis et Cabasylae ipsius auctoritatem (Liturg. expositio c. 53), qui tanti faciunt hujusmodi orationem, post tot eosdemque etiam vetustos Codices qui illam tam adeo multiplicant et variant, videor videre non apprime Ecclesiae graecae neque usibus sacris inhaesisse neque decori prospexisse Euchologiorum editores, qui satis habentes unam tantum eamdemque perpetuam orationem *post-ambonem* retulisse, ceteras omni silentio compresserint.

CODEX QUINQUAGESIMUS SEXTUS

Γ. β. XXVI.

Codex ms. potius plagularum viginti scapus longitud. m. 0, 27, latitud. 0, 19, exaratus saec. XVIII ab hieromonacho nostro D. Gregorio placentinio, et excipit *Divinam Liturgiam S. P. N. Joannis Chrysostomi* duplici columna exscriptam, quarum dextera eamdem latinis literis exaratam habet, altera vero latino idiomate versam.

Duae pagellae priores praeseferunt characterem alienae manus.

CODEX QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS

Γ. β. XXVII.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XIX, spissus foliis 23, long. m. 0. 19, latitud. 0, 13.

Fol. 1. *Ritus sanctificationis aquae in Epiphania Domini,* exscriptus e nostris liturgicis libris. Desinit cum epigraphe: Δότε δόξαν τῷ θεῷ - Ἐγράφη ὑπὸ νεομονάχου Ραφαὴλ Μαγάλλου ἔτει χριστοῦ ᾳωξβ', *Date gloriam Deo: scriptus est a neomonacho* Raphaël Magalli, *anno Christi* MDCCCLXII, scilicet haud pridem ante eius obitum, qui contigit XXI Kal. Aprilis.

Fol. 13 *Ritus benedicendi palmas et supplicationis in Dominica Palmarum,* exscriptus ab eodem calligrapho.

CODEX QUINQUAGESIMUS OCTAVUS

Γ. β. XXVIII.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVIII, constans foliis omnino 58, longitud. metri 0, 29. latitud. 0, 20, omni diligentia conscriptus.

Apographon integrum est ex Codice liturgico cui deest initium. Excipit igitur *Liturgiam* S. Joan. Chrysostomi paullo post introitum (εἴσοδον) ad finem usque, scilicet: ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, *Deigenitricis nostrae semperque virginis Mariae.* Desinit ad ea: καὶ ζωοποιῶν αὐτοῦ μυστηρίων, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν. *Vivificantium mysteriorum eius qui benedictus est in saecula saeculorum. Amen.*

ANIMADVERSIONES

Ex multis certisque indiciis exscriptio *Liturgiæ* exarata esse videtur a D. Benedicto Monaldinio hieromonacho Cryptæferratæ, qui aliquantisper Lectorem linguae græcæ in Monast. SS. Salvatoris Messanae prope Pharum, eiusque insignis Bibliothecae custodem gessit (Confer Praefat. Orat. S. Petri Argiv. in Conceptionem S. Annae: Migne *Patrol. graec.* t. CIV). Cum igitur etiam exemplar Liturgicum nulli respondeat ex huiusmodi Codicibus Bibliothecae Cryptoferratensis, hinc coniici fas est, *apographum hoc nostrum* factum esse ex quodam Cod. eiusd. Messanensis Bibliothecæ. Huius vero praestantiae testes facile adhiberem quotquot nostra Liturgica inter atque hoc Messanense collationem vellent instituere, quandoquidem multas lectionum ipse deprehendi variationes. Dolendum id unum est, quod cum scriptum hoc alternis pagellis ductum sit, credo equidem, ut latina interpretatione aut variationibus notisve postea instrueretur, novum laborem vel tempus vel aliud incommodum male interceperint.

CODEX QUINQUAGESIMUS NONUS

Γ. β. XXIX.

Fragmenta duo Palimpsesta graeca saec. X vel IX, quorum primum adhaeret foliis 89-94, alterum vero foliis 95-98 Codicis Γ. β. VI, ibidem citata.

I. Porro primum pertinet ad id Codicum genus, qui italice *Rotoli* appellantur eo quod voluminis instar volverentur, una proinde parte exarati. Hujusmodi fragmentum inest tribus pagellis, quae nunc patent longitud. metri 0, 26, latitud. 0, 18, utrinque in usum novi Cod. decurtatæ, ita tamen ut e latere nihil, e fronte quiddam scripturae tantum amisisse videantur. Habent igitur paginae istae reliquias *Liturgiæ* S. Basilii, optimo charactere exscriptae, ligato quidem at rotundo in iis quae secreto legi debent, unciali itemque bene composito in aliis quæ alta voce dicenda vel praesertim notanda sint.

Interea pag. I excipit *Orationem incensationis:* ΘΥΜΙΑΜΑ ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝ ΣΟΙ, alteram *Protheseos:* ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, ac citatis parvis *synaptis*, tres alias *Antiphonarum*.

Pag. II incipit a prioribus verbis orat. *Isodi:* Δέσποτα κύριε, cui mox succedit magna synaxis *Irinicarii* juxta Cod. Γ. β. VII, quod admodum singulare inveni in hisce tantum Codicibus. Porro singuli item notantur in columna versiculi; exscriptaque denique oratione *Trishagii* desinit prope finem orat. τῆς ἐκτενοῦς ἱκεσίας.

Pag. III exhibet orat. ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ θεὸς τοῦ σώζειν, tum synaxim citatam τῶν αἰτήσεων, deinde alias duas orat. Δέσποτα κύριε. Προσχες κύριε, nec non ecphonesim: ΤΑ ΑΓΙΑ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ, post quæ uncialiter praescribitur: καὶ (ὁ ἱερεὺς) λαμβάνει μερίδα ἐκ τοῦ ἁγίου σώματος, καὶ βάλλει εἰς τὸ ποτήριον λέγων ΠΛΗΡΩΜΑ ΠΝΣ ΑΓΙΟΥ; et deficit codex.

II. Aliud fragmentum constat duobus foliis eiusdem atque primum dimensionis, eademque scriptionis methodo sed utrinque exaratis, et continet quaedam e SS. *Liturgiis*, in una quidem pagella S. Joan. Chrysostomi, in altera autem S. Basilii; itaque hoc quoque fragmentum voluminis instar, ut superius, erat.

Itaque fol. 1 habet hinc e Liturgia Chrysostomi orat. Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε. cum alia Πάλιν καὶ πολλάκις. et tertiam Οὐδεὶς ἄξιος, quæ cum evanuisset, restituta est charactere unciali deterioris notae; inde vero e Liturgia Basilii a verbis (ὡς προσεδέ)ξω orat. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ κτίσας ἡμᾶς. usque ad *præfationis* finem versus, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σά.

Fol. 2 excipit in pagella prima a verbis: Μνήσθητι πάντων τῶν προκεκοιμημένων. usque ad ea πνευματικῆς τραπέζης. orationis quae incipit: Σοὶ παρακατατιθέμεθα. ex priore Missa. In pagella altera scribuntur hæc ex altera Missa, scilicet ab orat. Ημᾶς δὲ πάντας. usque fere ad ea: καὶ ἐλέησον αὐτοὺς καὶ ἡμᾶς. orat. quae incipit: Καὶ ἀνάπαυσον αὐτούς. Haec exhibetur pulchro unciali charactere, eo fortasse quod olim elata voce diceretur: ceterum superior rubrica et orationis initium legi non potuit.

CODEX SEXAGESIMUS

Γ. β. XXX.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVII, constans foliis 20, longitud. metri fere 0, 37, latitudinis 0, 24, duplici columna exaratus a D. Placido Schiappacasse hieromon. Cryptoferratensi, de quo alibi plura dicenda erunt, recentioris aetatis calligrapho omnium praestantissimo.

Titulus qui deerat Codici suffectus est alia manu, idest: Ακολουθίαι διαφόροι, *Missae variae*, quas pluries superius recensuimus. Vid. Cod. Γ. β. XVII. Porro sunt istae:

In *Deiparam*, in *Basilium Magnum*, in *Episcopum*, in *Sanctum* (Confes.), in *Apostolum*, in *Martyrem*, in *Martyrem sacerdotem*, in *Mulierem martyrem* et *Pro Defunctis*.

CODEX SEXAGESIMUS PRIMUS

Γ. β. XXXI.

Cod. ms. chartac. græcus sæc. XVIII labentis, complexus folia 8, longitud. metri 0, 40, latitud. 0, 27, optimae notae, exaratus a D.

Fulgentio Austini monacho clerico Cryptoferratensi, de quo plura deinceps, calligrapho sane bono et philopono.

Excipitur graece *Ritus sanctificationis aquae in diem Epiphaniae Domini.* Confectum est exemplar in usum *Hegumeni* solemniter benedicentis, et compactus est *Liturgiæ* S. Jo. Chrysost. exemplari edito anno 1737, eo quod, arbitror, S. Sacrificium Benedictio subsequeretur, uti in Euchol. p. 215; quamquam et post Matutinum fieri possit, uti in Cod. Γ. β. XXXV.

CODEX SEXAGESIMUS SECUNDUS

Γ. β. XXXII.

Cod. ms. chartaceus graec. saec. XIX, constans foliis scriptis octo, longit. m. 0, 24, latitud. 0, 16, binis columnis exaratus pulchro charactere diligentique manu. Majores literae et rubricae sandaracha, cetera atramento confecta sunt.

Excipit *Divinam liturgiam* S. P. N. Joannis Chrysostomi, cui pro coronide apponitur quidquid proprium est Missae votivae in honorem b. Mariae Virginis. Haec autem cuncta exscripta sunt ex editis *Liturgicis* nostris manu R. P. D. Josephi Cozza hieromonachi, nunc ab. Basiliani.

Quamquam tale Λειτουργικὸν non sit amplius ritus Monasterii Cryptoferratensis, hoc apographon, ut sic inde deductum, accensum esse voluimus Codd. mss. testimonium fere unicum obsoletæ liturgiæ græcolatinae; nam apographa saec. XVI vel XVII superius descripta, utpote quae editionibus praecesserunt, ab iisdem discrepare conspiciuntur.

CODEX SEXAGESIMUS TERTIUS

Γ. β. XXXIII.

Cod. ms. bombycinus graecus. saec. XVI, constans foliis 62, longitud. metri paullo minus 0, 20, latitud. fere 0, 14, mutilus initio et fine, usuque attritus, et ad aliquot margines inferiores restitutus. Non bono gaudet charactere, et quaeque rubre exscribenda erant diluto minio exarantur. *Liturgicum* est excipiens Missam S. Jo. Chrysost. cui pauca initio desunt. Tum subsequuntur propria Missarum, ea cuncta propemodum quae continentur in nostris *Liturgicis* editis.

Calligraphus Daniel Canone Liturgiæ absoluto ac titulo iterato subnectit: Τέλος σὺν θεῷ τῆς ἁγ. Λειτουργίας τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου. Μνήσθητι κύριε τοῦ δούλου σου Δανιὴλ ἱερομονάχου. Οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ. *Finis, auspice Deo, Liturgiae S. Joan. Chrysostomi. Memento Domine famuli tui* Danielis *hieromonachi. Qui legitis orate pro eo.* Idem nomen suum bis insuererat in Diptycis Vivorum et Mortuorum, exemplum sat opportunum quo firmentur praeiactae superius coniecturae nostrae de scriptoribus Cod. Γ. β. VI. et VII etc. Interea illud quoque animadvertam, quod Canon habet cunctas interpolationes, quae male irrepserunt in Liturgicum ritum apud Monasteria graeca per Italiæ fines.

CODEX SEXAGESIMUS QUARTUS

Γ. β. XXXIV.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVIII, constans foliis 11. longit. m. 0, 34, latitud. fere 0, 24, optimo exaratus charactere, quo usque solet Austinius noster, anno, uti arbitror, 1776.

Quaedam excipit, quae olim dici mos erat ad *Vesperas* et *Liturgias*, cum Abbas pontificali ritu celebraret, idcirco compacta sunt cuidam e primis exemplari *liturgici Canonis* S. Joan. Chrysostomi typis edito.

CODEX SEXAGESIMUS QUINTUS

Γ. β. XXXV.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIII, constans foliis 83, longit. m. 0, 18. latit. pl. 0, 15, mutilus initio sex quaternionibus. Pulchro charactere sed minuto exaratur, grandiores enim literae sandaracha, eaedemque ornate, minores vero quotquot diluto luteo colore finguntur.

Excipit haec quae syllabus tradit, scilicet:

Fol. 1. *Cantica* et *Evangelia* Matutini in fer. VI hebdomadae maioris ad recolendam Christi Domini crucifixionem.

Fol. 26. Horae *maiores* in eadem fer. VI.

Fol. 52. v. Officium quod nuncupatur Γονυκλισίας seu *Genuum flexionis* in vesperas Pentecostes.

Fol. 73. Sollemnis *aquae benedictio* in diem SS. Epiphaniae.

Fol. 81. Eiusdem *ritus*, si coniungatur Matutino, variatio.

ANIMADVERSIONES

Codex hic Calabro-siculus praestat aliis propter ea quae refert, nam rubricarum copiosus est. Itaque ex. gr. *Benedictionem aquæ* in Epiphania docemur fieri in *Diaconico*, (aula nempe in qua sacris vestibus ministri induuntur), crucem vero nuper benedictam mox hastae praefixam deferri ἐκτὸς ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος extra *velum* (*Iconostasii*) in *solea* (ea scilicet in parte templi, quam occupat hinc ambon, inde thronus et complet chorus, et in Typico χορὸς μέγας appellatur).

Fol. 52. v. Frontis in margine serius scribebatur: Σημαίνει μέσασμα ὦ Ζαχαρία-ςγη. *Signat... O Zacharia*, 9908 (1400).

Fol. 82. v. In linea obliqua margini refertur charactere saec. XVI: *Io D. paulo de Aguila a Rossano foi presente test.*

Fol. 83. v. Scribuntur instar epigraphes quinque lineis excepta ista incip. Δοξάζεις δὲ ἢ τοῦτο ἢ τὸ σήμερον τριάδα ἐν τῇ θέοτητι τὴν ἐκτενὴν συναπτὴν ταύτην.... At cetera legi minime sita sunt.

CODEX SEXAGESIMUS SEXTUS

Γ. β. XXXVI.

Symmicta *liturgica*, quae constant quatuor libellulis graecis, bono charactere ac diligenter exaratis, et continent res liturgicas de Ritu solemni *Benedictionis aquarum* in Epiphania Domini.

I. Praetexto ornatu illa graece exscribuntur, quae Chorus in eo ritu concinere solet: quibus mox respondet versio latina, cui subnectitur brevis epigraphe: *Script. die 8 Januarii 1755*, Φίλιππος βιτάλιος, Philippus Vitalius, calligraphus jam nobis prope cognitus et probatus.

II. Eadem exarata sunt recentius, sed graece tantum, item bene et affabre ductis capitalibus praecipue literis a D. Raphaële Magalli, cujus superius aliud apographon retulimus.

III. Eiusdem *ritus* universa exscriptio, facta a superiore calligrapho magna qua solet diligentia et cura; et fini subtexitur epigraphe: Δότε δόξαν τῷ θεῷ· Εγράφη ὑπὸ τοῦ νεομονάχου Ραφαὴλ Μαγάλλου· ἔτει χριϛοῦ ᾳωξβ′.

IV. Redit apographon aliud P. Vitalii omnino illi simile, quod primum retulimus, cui tantum diem unum praecessit ortu.

CODEX SEXAGESIMUS SEPTIMUS

Γ. β. XXXVII.

Pergaminae aliquot scriptae ex Euchologiis.

I. Folia duo serioris aevi non bene exarata, longitud. m. 0, 20, latitud. 0, 14. *Or. in Deiparam* εἰς καμπανισμὸν παίδων. Catal. p. 247.

II. Alia folia quinque longit. m. 0, 17, latitud. 0, 14, saec. XIII,

quae habent exscriptas Liturgicas preces, scilicet magnam partem Ritus *benedicendi unguentum* in fer. V maiorem.

III. Fol. membran. recentioris aetatis habens Synaxarium S. Mauri M. die I. Maii.

IV. Foliola duo lacera exhibentia quasdam ex Officio Defunctorum nec non ex Horologio preces.

V. Fragmentum sat nigrescens bene exscriptum habens folia sex unita, longitud. metri pl. 0, 15, latitud. 0, 12, ex libro in quo haec tria priora folia supputata videmus num. 152 - 154. Quae inibi continentur, e scheda Josephi Cozza exscribo.

« Fragment. Cod. saec. X. Habet *Anathematismos* et Αἰωνία μνήμη usque ad Tryphonem patriarcham, qui obiit anno Chr. 931.

« Recentior manus ad nomina Imperatorum adiecit etiam Zoes, Theodorae, Michaëlis, qui imperarunt Byzantii medio saec. XI.

VI. Folia quatuor male habita teredine et vetustate, quae habent aliquot in Sacra Liturgia modulos musicis signis notatos, exaratos, uti arbitror, saec. XIII.

VII. Folia quatuor corrosa et nigrescentia, quae exhibent inter alia Orat. S. Joan. Chrysost. pro *Pœnitentibus* incip. Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς, *Dominator Domine Deus*.

VIII. Fol. membran. graec. palimpsestum, nunc longit. m. 0. 27, latit. 0, 18, olim vero latius patens. Prior character saec. XIII exhibet ex una parte aliquot preces D. Liturgiae, quas super fœdatam potius quam exaratam pagellam habet res parvi momenti. In pagella versa legi non sinunt quae pridem fuerint scripta, quae vero serius, habent narratiunculam recitandam cum orat. dominica, ut quis ab oculis valeat, incip. ο κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς ἀπέστειλεν.

CODEX SEXAGESIMUS OCTAVUS

Γ. β. XXXVIII.

Cod. ms. chartac. graecus saeculi XVII ineuntis, constans foliis scriptis 91, quibus praecedunt folia 35, typis impressa, longitud. m. 0, 30, latitud. 0, 22.

Pars typographica optimæ editionis amplectitur totum fere *Canonem* Missae graecae S. Jo. Chrysost. cum latina versione alterutri columnæ imposita: qui deficiens, elapso folio, suppletur scriptura eodem saeculo exarata.

Fol. 3. Alius alia manu *Canon* conscribitur, ita ut, cum prior omnino consonet *Ordini* liturgico iuxta Graecorum Euchologium, hic

pene medius consistit hunc inter atque illum, qui hactenus invaluit in *Liturgicis* nostris ante restitutionem graecanici ritus.

Hoc absoluto veniunt *Propria* quarumdam Missarum, quae locum obtinuerunt in nostro Monasterio. At post haec exscribuntur *Troparia*, *Contacia* varia pro singulis hebdomadis diebus, ac festivitatibus *De Communi* Sanctorum. Porro ista cuncta exaravit, uti subnexa docemur epigraphe, D. Lucas Felice Tiburtinus, an. Dom. MDCII.

Fol. 33. Alia alii duo calligraphi scribere perrexerunt de rebus huiusmodi *liturgicis*, praesertim Απος-ολο-ευαγγελιάριον pro tempore *Penticostarii* et deinceps, sed est fine mutilus.

Fol. 87. Occurrunt alia quaedam, at latine exarata pluribus manibus, quas minus etiam novisse interest.

ANIMADVERSIONES

Collatis characteribus Cod. Δ. δ. X et Cod. Γ. α. IV, prior scriptor *Apostolo-evangeliarii* liquido apparet Romanus Vassalli qui priorem, alter vero qui maximam posteriorem partem conscripsit, Michaël Lodolinus, qui alterum Codicem exscripsit; uterque medio saeculo XVII, bonis scriptis et operibus in Monasterio clari.

CODEX SEXAGESIMUS NONUS

Γ. β. XXXIX.

Ms. chartac. saec. XVIII, spissus quaternionibus sexdecim, long. metri 0, 27, latitud. 0, 20, exaratum a D. Gregorio Piacentini hieromonacho Cryptæferratæ, viro in rebus sacris historicis atque liturgicis sane erudito.

Onomasticon est seu *Dictionarium liturgicum* alphabetico ordine digestum, erutum e sacris ac domesticis monumentis, et testimoniis, præsertim e Typico S. Barptolomaei, instructum.

Desiderantur omnino voces incipientes a litteris Υ Φ Χ Ψ, vel quod soluti quaterniones elapsi sint, vel quod manum hisce vocabulis auctor nunquam apposuerit.

CODEX SEPTUAGESIMUS

Γ. β. XL.

Cod. ms. seu libellus chartac. saec. XIX, constans foliis octo, long. metri 0, 62, latitud. 0, 22, exaratus binis columnis, quarum

altera italice, altera vero teutonice excipit idem argumentum, quod sub priore: *Explicatio vocum appellationumque nonnullarum quae in Officiis Ecclesiae Orthodoxae reperiuntur.*

Accedunt folia sex quae excipiunt *Notas Liturgicas*, excerptas ex Actibus et Schala *S. Joannis Climaci* ab Antonio hieromon. Cryptoferratensi. In iis potissimum agitur de origine vocis Κανών, *Canon,* quam pro D. Officii regula olim SS. Patres mutuati sunt, tum etiam pro ejusdem partibus, tum deinceps pro serie hymnorum qui alternis Psalterii odis commixti praecipuam ac majorem Matutini partem apud Graecos conficiunt.

CODEX SEPTUAGESIMUS PRIMUS

Γ. β. XLI.

Folia quatuor membran. graeca Palimpsesta longit. m. 0, 36, latitud. 0, 22, decerpta ex Psalterio (Cod. A. γ. VIII.) et exhibent saec. XI ex bene composito charactere, ligato quidem sed rotundo, quorum maiores literae affabre diluto minio pictae sunt, quo etiam rubricae ac tituli, cetera vero atramento vel potius luteo colore confecta, spatiosis lineis pl. min. trigenis pro singulis paginis.

Uno tantum latere scribitur quaeque membrana ad id iccirco scripturae genus pertinens, quæ latine *volumina*, italice vero *rotoli* dicuntur; ratio scilicet scribendi amplius morata in textibus liturgicis, quam binae superiores pergamenae Cod. Γ. β. XXIX scriptae produnt.

Porro in hisce excipitur *Liturgia* S. Joan. Chrysostomi fine et initio mutila.

Fol. I, ad calcem parum decurtato, excipitur *oratio altera fidelium*: Πάλιν καὶ πολλάκις, cum parte extrema *orat. prioris.*

Fol. II. Continetur tantum oratio quae nominatur *ad hymnum cherubicum*: Οὐδεὶς ἄξιος.

Fol. III. Prosequitur superior oratio, et incipit alia: Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ.

Fol. IV. Pergit eadem oratio ad finem, et properatur usque ad priora verba *Praefationis*: Ἄξιον καὶ δίκαιον.

ANIMADVERSIONES

Codd. Γ. β. VII et XXIX *Synaptas* seu *collectas* vix tantum referunt prioribus notata verbis, Codex autem hic item vetustus omnino praeterit. Iam vero easdem suppressas esse video, ex aliquot schedis P. Josephi Cozza, in duabus Liturgiis item perantiquis, quae inter multas alias habentur in Codd. Barberinis, videlicet in Euchologio patriarchali, unciali charactere, et in Cod. III, 55 vel *N. A.* 77, ligatis literis exarato. Quor-

sum istud? Scilicet quia ea cuncta quae a Diaconis cantari solent, et *Diaconica* appellari mos est, in libellis *Diaconicis* item dictis excipiebantur (Cod. Γ. α. VIII), ne voluminum magnitudine manus presbyteri tenentis fatigarentur. Confer Goarium p. 23, ad vocem μεγάλην συναπτήν, nec non ibidem multa sacra officia et ritus ab eodem e Codd. Cryptensibus et Barberinis passim relata.

CODEX SEPTUAGESIMUS SECUNDUS

Γ. β. XLII.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVI exeunte scriptus bono charactere, diligentique cura confectus est neque omnino carens ornatibus. Folia graece exarata numerantur pl. quam 344, longitud. m. 0, 26, latitud. vero 0, 19 et amplius, sed infra abrepta sunt folia quatuor et viginti, ac praeterea quaedam ex usu male se habent.

Liturgicum est, quod Latini *missale* dicunt, complectens Epistolas et Evangelia quotquot occurrunt a die Paschatis per totum anni circulum usque ad magnum Sabbatum.

His pone venit *Menologium* seu Kalendarium in quo notantur de more Missae quotquot *propriæ* Sanctorum habentur. Quibus subnectuntur eaedem de *Communi*, et *Indictivae*, vulgo *votive*.

ANIMADVERSIONES

In foliis extrem. v. legitur: Εγράφη ἡ παρεῦσα βίβλος καὶ ἐτελειώθη νουμηνία δεκεμβρίου ἐν τῷ χιλιοςῷ πεντακοσιοστῷ ὀγδοηκοςῷ ὀγδόῳ ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριςοῦ ἐνανθρωπήσεως, ἐν ταύτῃ τῇ μονῇ τῆς Κρυπτοφερράτης ὑπ' ἐμοῦ κύρου Παύλου Βηβιλάκυα Τουσκουλανεῦ, ἱερομονάχου τῆς προειρημένης μονῆς. Εβρώσθε οἱ ἀναγινώσκοντες καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ· καὶ εἴ τι ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ σφαλερὸν εὑρήσετε, διορθώσαντες συγχωρήσατε. « *Scriptus hic liber* « *est et absolutus Kalendis Decembris an. ab* « *incarnatione Jesu Christi Servatoris nostri* « *millesimo quingentesimo octuagesimo octa-* « *vo in hoc Monasterio Cryptaeferratae a me* « *Domno Paulo Bevilacqua Tusculano mona-* « *cho sacerdote praedicti monasterii. Valete* « *qui legitis et orate pro me, et si quid er-* « *rati in hoc libro invenietis, corrigentes* « *condonate.* »

Perpauca tamen postea, folio 4, adiecit Domn. Basilius Falasca, auctor et ipse aliorum Codd. et p. Bevilacquae inter Abbates decessor.

Item libro compacta sunt aliquot folia, in quibus exscripta notantur *Orationes*, *Epistolæ* et *Evangelia* iuxta Latinos habenda in quasdam praecipuas sollemnitates, eo quod uti pluries *Typicum* nostrum (Cod. Γ. α. I.) præscribit, quoties Abbas pontificali ritu sacra peragit, ex privilegio lectiones illas graecanicis addit.

CODEX SEPTUAGESIMUS TERTIUS

Γ. β. XLIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI, constans foliis 241, longitud. metri fere 0, 20, latitud. 0, 15, optimæ sane notae tum cha-

ractere, cum orthographia, cum etiam elegantia qua prae multis Codicibus nitet. Totus uncialis est, pulcherrime exaratus usque ad fol. 176 expletum: hinc ad finem pergit character ligatus pulcherrimus, cui tamen uncialia multa miscentur. Maiores quotquot literae vel titulares vel initiales sunt rubrae, aut multicolores dantur. Ornamenta etiam aliquot prostant elegantissima.

Folium primum, praetexto ornatu, titulum universi operis praebet idest: Βίβλος σὺν θεῷ περιέχουσα ἀκολουθίας τῶν μελλόντων λαμβάνειν σχῆμα μοναχικὸν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, τοῦ τε προσχήματος καὶ τοῦ τελείου σχήματος· καὶ τῶν ἐν χριστῷ κεκοιμημένων. *Liber, auspice Deo, continens ritus eorum sive virorum sive mulierum qui indutum accedunt monasticum habitum sive parvum sive magnum: tum etiam ritus pro iis qui in Christo dormierunt.*

Fol. 1. Ακολουθία τοῦ προσχήματος, *Ritus primæ vestitionis*, excipiens interrogationes et catechesim ad habitus postulatorem.

Fol. 9. v. Ritus ejusdem vestitionis *sanctimonialium*.

Fol. 13. v. Ritus ad *magnum* habitum induendum, qui *professionis* (votorum) nomine apud nostrates donatur. Habetur in eo *Contacium magnum* cum acrostich. Τοῦ ταπεινοῦ ῥωμανοῦ ψαλμὸς, *Humilis Romani psalmus*. Veniunt inde hi tres Canones.

Fol. 22. Canon incip. Θαλάσσης βιοτικῆς, cum acrostic. tantum in *theotociis*, Κλήμεντος, *Clementis* hymnographi. Videtur ineditus.

Fol. 28. Alter canon ὅπερ καὶ εἰς γυναῖκας, *qui etiam pro mulieribus*, incip. Τὰ μέλη νεκρώσαντες, *Membra mortificantes*, opus ignoti auctoris, neque editum reperi.

Fol. 32. Canon tertius, incip. Επὶ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν, *Ad benignitatem tuam* habens acrostich. Εὐδόκιμον τέλος εὐδοκίμῳ μοι χριστὲ, παράσχου. *Laudabilem finem Eudocimo mihi, Christe, praesta.* Vid. Animadv. Cod. Γ. β. V.

Fol. 39. *Antiphonae* et *Macarismi* pro S. Liturgia, nam inter Missarum sollemnia ritus professionis apud veteres persolvebatur.

Fol. 47. *Interrogationes et Catecheses magnæ duæ* et reliquum præclarissimi ritus qui Codici tantopere pretium auget.

Fol. 108. Τάξις καὶ ἀκολουθία γινομένη ἐπὶ τελευτήσαντα, *Ordo et ritus servandus pro defuncto* (monacho), in quo habentur *propria* in Missa et *stichéra* acrosticha.

Fol. 168. v. *Oratio pro pœnitentiam agentibus*. Incip. ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ διὰ τοῦ προφήτου σου Νάθαν. Euchol. ed. p. 206.

Fol. 169. *Oratio pro confitentibus*, incip. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τῷ Πέτρῳ. Euchol. Γ. β. I, f. 131, ed. p. 207.

Fol. eod. v. *Or. pro iis qui propensi sunt ad iurandum*. ὁ θεὸς ὁ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως. Euchol. cit. f. 131.

Fol. 170. *Ad solvendum jusjurandum.* Εὔσπλαγχνε ἀγαθέ.

Fol. eod. v. *Or. ad purgandum* (conscientiam). Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν.

Fol. 172. *Oratio pro iis qui morti proximi sunt.* Δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν.

Fol. 173. *Or. pro infirmo* incip. Πάτερ ἅγιε ἰατρὲ ψυχῶν καὶ σωμάτων.

Ibidem. *Ad benedicendum oleum infirmorum.* Κύριε ὁ ἐν τῷ ἐλέει.

Fol. eod. v. *Pro condonandis canonum pœnis.* Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ παραγενόμενος.

Fol. 174. *Ad absolvendum ab omni peccato.* Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τὸν ἅγιον Πέτρον.

Fol. eod. v. *Pro iis qui passi sunt scandalum in cibis,* Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων.

Fol. 176. *Canon pro infirmis morti proximis,* incip. Θρηνῶν μου τοῦ βίου, ferens in *theotociis* acrostichidem Κλήμεντος, *Clementis.*

Fol. 184. *Canon in diem depositionis monachi defuncti,* incip. Θρηνῳδίας ὁ καιρός, ferens acrostich. Θρῆνος ἐπιτάφιος εἰς μονάζοντα, Ον χριστὲ κατάταξον ἐν χώρᾳ ζώντων, *Lamentatio funebris in monachum, quem tu, Christe, constituas in terra viventium.*

Fol. 192. v. *Canon in Abbatem defunctum,* incip. Εν τῇ ἄνω δόξῃ. *In superna gloria,* cum acrostich. Εἰς μεταστάντα ποιμένα θρήνους μέλος, *In pastorem demortuum lamentationis cantus.*

Fol. 197. v. *Canon in sacerdotem defunctum,* incip. Τῆς οὐρανίου χορείας, ferens acrostich. Τὸν κοιμηθέντα λειτουργὸν φέρω θρῆνος, *Ego lamentatio habeo defunctum sacerdotem.*

Fol. 202. v. *Alter canon in subditum,* incip. Σοῦ τὸν σταυρὸν, in *theotociis* acrostich. Κλήμεντος, *Clementis.*

Fol. 209. Alius canon, ut supra, ejusdem auctoris, incip. Ο πόρρωθεν ὄρους.

Fol. 215. *Canon alter in defunctum silentiarium,* incip. Τῆς ἄνω λαμπρότητος, cum acrostichide: Τῷ κοιμηθέντι προσλαλῶ ἡσυχαστῇ, *Colloquor cum defuncto silentiario.*

Fol. 219. v. *Canon alter in sanctimonialem vita functam,* incip. Δέσποτα πανοικτίρμων, opus *Clementis,* uti patet in *theotociis.*

Fol. 224. *Stichéra et Macarismi in Defunctos.*

Fol. 229. v. *Contacium magnum* ferens acrostichidem, Ανασασίου τοῦ ταπεινοῦ νοσέας (sic), *Anastasii humilis Noseæ.* Alii Codd. habent verb. ult. acrostichidis αἶνος. Cfr. cl. Pitra, Juris Canon. Graecorum t. II, p. 286, ubi refertur idem Canticum, quod inter et nostrum variationes insunt aliae, et prima omnium Contacium in Cod. aliud est quam in Edit. deinde troparia duo invicem suo loco mutantur. etc.

Fol. 236. *Stichéra pro infirmis.*

Fol. 237. v. *Canon pro eisdem*, incip. Τὸ ἀσθενὲς, habens acrostich. Τοῖς ἀσθενοῦσιν ῥῶσιν, ὦ σῶτερ, δίδου, *Aegrotantibus da, Salvator, robur:* et explicit Codex.

ANIMADVERSIONES

Fini libri subnectitur hoc epigramma acrostichon:

Ο ταύτην γράψας τὴν προκειμένην δέλτον
Πέτρος μοναχὸς καὶ ἱερεὺς ἀχρεῖος
Ἔχουσαν ἔνδον ἀκολουθίας δύο
Τοῦ σχήματός τε καὶ τῶν κεκοιμημένων,
Δανίδος τυχεῖν ἐλέους ἐξαιτεῖτε
Οσοις τῷ Θεῷ δι αὐτῆς λιπαρῶσιν
Συγχώρησίν τε καὶ λύσιν ὀφλημάτων.

Qui scripsit praesentem librum, Petrus (fuit) *monachus et inutilis sacerdos. Habet* (autem) *officia duo scilicet, Vestitionis monasticæ, et Defunctorum. Precamini, ut quotquot per hunc librum enixe Deum rogant, indulgentiam et remissionem peccatorum obtineant ex aspersione misericordiæ.* Hæc ita se habent. *Aspersionem* vero dici metonymice puto pro *ritu confessionis universo*; in ea enim apud Graecos poenitens aspergitur aqua benedicta iuxta illud: « *Amplius lava me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me.* »

Ex illa acrostichide epigrammatis, novimus Petrum sacerdotem et monachum Codicis praestantissimi calligraphum extitisse. Cum Cod. pertineat ad saec XI ad rem quis detegere posset utrum Petrus hic monachus *Athonites* ille sit, qui an. 1055 Evangel. scripsit, quod exstat in Bibl. Mosq. 43? Porro ex plurimis calligraphis sic homonymis, quos recenset cl. GARDTHAUSEN (*Griechische Palæographie* p. 333) Petrus Athonites unus hoc saec. XI exscripsit, praecessitque illi Petrus alius qui saec. X *Thucididem* exaravit.

Margini inferiori pagellæ primae inscriptum jacet nomen cuiusdam vetusti heri: Ἐκ τῶν τοῦ Αντωνίου τοῦ Θωμασσίου. *E libris Antonii Thomassii*, ad quem pertinuit olim etiam Codex Γ. β. II, ad cuius prioris pag. calcem eadem inscribuntur.

Antonius Thomasius Signinus monachum induit in hoc Coenobio an. 1611, ubi vitam obivit an. 1651. Cum e divite familia civitatis ortus esset, forte uterque descriptus Codex e paterna domo huc sibi detulit. Si alibi inscriptionem retulimus ad saec. XVI, non longe procul a veritate discessimus, nam profecto is illius aetatis magistris calligraphis usus erat, quippe qui exeunte eodem sæculo in hanc lucem prodierat. Ad marg. vero fol. 131, saeculo, uti videtur, XVII rursus scribitur: « Ἐκ τῶν τῆς Κρυπτοφέρρης μοναστηρίου βίβλων. » *E libris Monasterii Cryptoferratæ.*

SERIES SEXTA

CODICES HYMNICI

CODEX PRIMUS

Δ. α. I.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI labentis vel XII ineuntis, constans foliis 149, longitud. metri fere 0, 26, latitud. 0, 17, bono charactere exaratus, donatusque colore minio, quibus in literis lineisque fert consuetudo. Usu aliquantum fœdatus, et attritu consumptus in extremis, prima enim pagella detrita admodum est, ultima vero elapsa.

Μηναῖον est seu *Menæum*, quo nomine Græci indigitant libros qui *Officia* Sanctorum per singulos μῆνας seu *menses* excipiunt. Primum omnium ordinem hujus seriei regit *Menæum Septembris*, e quo mense annum ecclesiasticum græci auspicantur. In hisce vetustioribus *Menæis*, quæ una *Canones* seu *hymnos* et *stichéra* seu modulos complectuntur, syllabum hymnorum exhibemus; quo factum est, ut Codices *hymnicos* diceremus eos omnes qui *Canones* et *Triodia* pro quibuslibet festivitatibus et feriis etiam quadragesimalibus habeant. Perpetuo igitur conferam Menæa cum editione Venetiis facta an. 1879, signans hymnos *deesse* eos qui ibi omittuntur, *ineditos* contra qui nullibi editi esse videantur.

Die I in *Indictionem*, *Symeonem* et *SS. Mulieres MM.* Ασωμεν πάντες χριστῷ, *Joannis monachi*, sed potius est *canon* unus complectens omnium laudes, ineditus. Inest Contacium Romani *melodi* ineditum.

D. II in *S. Mamantem* Τῷ ἀνατείλαντι, in *S. Joan. jejunatorem* Τῷ ἀνατείλαντι, Germani: uterque canon deest.

D. III in *S. Theoctistum* Τῆς ἀπαθείας, in *S. Anthimum* Ἁπλοκον εὐσεβείας, Germani: deest.

D. IV in *S. Babylam* Τὴν τῶν οἰκείων.

D. V in *S. Zachariam proph.* Τὴν μνήμην προφῆτα.

D. VI in *S. Cyrillum* Κόσμος ἱερέων, Joseph Hymnographi: deest.

D. VII in *S. Sozontem* Σωθῆναι τοὺς τήν σε.

D. VIII in *Deip. Nativit.* Χοροὶ ἀλαλάξατε, Barptolomæi ab. Cryptæferratæ, ineditus; alius Δεῦτε πιστοὶ πνεύματι θείῳ, Joan. monachi; alius Η ἁγία τῶν ἁγίων, Andreæ cum Contacio magno S. Romani inedito.

D. IX in *S. Severianum* Στρατιῶτα μάρτυς, Joseph: abest; in *SS. Joachim et Annam* Τὴν λαμπάδα.

D. X in *SS. Mitrodoram...* Τριάδα τὴν ἄκτιστον, Joseph; in *SS. Biatorem...* Ως φέγγος, Procopii: deest.

D. XI in *S. Theodoram* Τὸ σόμα μου πλήρωσον, in *S. Heliam spilæotam* Χαρμονικῶς σὺν ἀσωμάτων τάξεσι, alius Ανω σὺν ἀγγέλοις, Cyriaci; qui duo canones inediti ad calcem libri rejiciuntur.

D. XII in *S. Petrum ep.* Τὴν πέτραν τὴν ἀῤῥαγῆ: deest.

D. XIII in *Encœnia Ecclesiæ Resurrectionis* Ο σύλῳ καθοδηγῶν, Joannis monachi.

D. XIV in *Exaltationem Crucis* Προκαθάραντες, Andreae: abest; alius Σταυρὸν χαράξας.

D. XV in *S. Nicetam* Νεκρώσας τὸ τῆς σαρκός.

D. XVI in *S. Euphemiam* Ελκει πρὸς εὐφημίαν.

D. XVII in *S. Sophiam* Τῆς ὑπερκοσμίου.

D. XVIII in *S. Bassum* Βάσις φερόνυμώς, deest; in *S. Eumenium* Εχων χρισὸν, Joseph.

D. XIX in *S. Susannam* Σαῖς εὐπροσδέκτοις, Joseph: deest.

D. XX in *S. Eustathium* Φῶς πατρικὸν, deest.

D. XXI in *S. Quadratum* Στεφηφορῶν, Joseph: deest.

D. XXII in *Jonam proph.* Τῆς ψυχῆς, in *S. Jonam mon.* Υπηρέτης θεῖος, uterque vacat.

D. XXIII in *Conceptionem Baptistæ* Τῆς στηρευούσης.

D. XXIV in *S. Theclam* Ηχος γλώττης, Joan. monachi.

D. XXV in *S. Euphrosynam* Υμνοις θεοτερπέσιν, Joseph.

D. XXVI in *S. Joannem Evangel.* Βασιλείαν τὴν τῶν, in *S. Nilum* Κρατυνθεὶς ἐν πίστει, Barptolomæi; alius simul in *SS. Joannem et Nilum* Εορταζέτω ἡ κτίσις, Barptolomaei; uterque ineditus.

D. XXVII in *S. Epicharim* Χαρμονικῶς παριστάμένη, Joseph: deest.

D. XXVIII in *S. Charitonem* Θαλάσσης ἀθλητικῆς.

D. XXIX in *S. Cyriacum* Κλεος θείας.

D. XXX in *S. Gregorium* Τῷ φαιδρύναντι: deest.

ANIMADVERSIONES

Quamvis Codici aliquid in fine, temporis invidia, subtractum fuerit una cum calligraphi epigraphe, certe tamen opus hoc adjudicandum videtur SOPHRONIO hieromonacho Cryptoferratensi, qui floruit in nostro Monasterio inter saecul. XI et XII, et Menæum quoque Julii, quod videsis, exscripsit. Idem vero mihi videtur præter Canonem in S. Nilum, illum quoque compegisse, quem ineditum diximus, in festum Indictionis, S. Symeonis ac SS. Martyrum. Canonem in *SS. Joachim et Annam* ipse edidi cum vers. lat. in op. LE GLORIE DI S. GIOACCHINO.

CODEX SECUNDUS

Δ. α. II.

Cod. ms. membran. graecus sacc. XII, constans foliis 136, longitud. metri 0, 24, latitud. 0, 18, parum corrosus ad margines. Foliola duo chartacea suffecerunt defectum totidem in medio membranarum, quae saec. XVI exaravit alius calligraphus. Scripturae nota eadem, optima profecto est, et elegantiam quamdam praefert non modo in literis capitalibus, quae rubro et viridi coloribus alternis pinguntur, sed et in aliquot ornamentulis, praesertim cruciculis marginalibus ad singulos mensis dies.

Menæum est *Octobris,* alterius mensis in periodo annuali sacra Graecorum. Recensentur *hymni,* iuxta edit. Veneta an. 1879.

Die I in *S. Ananiam* Ἀνοίξωμεν στόμα, cum Contacio magno inexpleto, quod deest in editis.

D. II in *SS. Cyprianum et Justinam* Μετὰ τῆς ὑπερκοσμίου, Theophanis, cum Contacio magno inedito.

D. III in *S. Dionysium* Τῷ Παύλῳ τῷ θείῳ, Theophanis.

D. IV in *S. Hierotheum* Τὸν οὐρανοφύτην, Theophanis, cum contac. magno inedito.

D. V in *S. Mamelchthem* Τῷ ἀνατείλαντι ἐν τῷ κόσμῳ, cuius etiam commemoratio omittitur.

D. VI in *S. Thomam ap.* Τὸν ἄναρχον υἱὸν, Theophanis.

D. VII in *SS. Sergium et Bacchum,* hymnus in Cod. deest, elapsis pagellis, et quidquid in poster. diem VIII occurrebat.

D. IX in *S. Jacobum ap.* Χεῖρά μοι δίδου.

D. X in *SS. Eulampium et Eulampiam* Ταῖς φανοτάταις, Josephi.

D. XI in *S. Zenaidem* Μνήμην τελοῦντες, Germani, deest; in *S. Philippum* Ταῖς φανοτάταις, Joseph.

D. XII in *SS. Probum, Tarachum et Andronicum* Μαρτυρικαῖς ἠγλαϊσμένοι, Joseph.

D. XIII in *SS. Carpum et Papylam* Κάρπου καὶ Παπύλου, Joseph: deest.

D. XIV in *S. Nazarium* Πιστῶς ἐναθλήσαντες, Joseph.

D. XV in *S. Lucianum* Σοφίᾳ καὶ χάριτι.

D. XVI in *S. Longinum* Ταῖς θείαις φωτοχυσίαις, Joseph.

D. XVII in *Oseam proph.* Ὡς θεηγόρος.

D. XVIII in *Lucam ap.* Τῆς ἀνωτάτω σοφίας, omnes fere odae duplicantur in Codice.

D. XIX in *Joëlem proph.* Χορὸς ἡμῖν.

D. XX in *S. Artemium m.* Τὸν ἀγῶνα μάρτυς, Joseph.

D. XXI in *S. Hilarionem* Τὸν φωσφόρον.

D. XXII in *S. Abercium* Ἁγιασθεὶς, Clementis: deest.

D. XXIII in *S. Jacobum adelphotheum* Τὴν δόσιν.

D. XXIV in *S. Aretham* Μάρτυς ἀθλοφόρε.

D. XXV in *SS. Marcianum et Martyrium* Τοὺς εὐσεβεις ἀθλοφόρους: deest.

D. XXVI in *S. Demetrium* Τὸν θεῖον, cum magno Contac. inedito; alius P. Τῷ ἔρωτι μάκαρ, Joseph: deest.

D. XXVII in *S. Nestorem* Ἁρματι φλογερῷ.

D. XXVIII in *S. Terentium* Παθὼν χειματόμενος.

D. XXIX in *S. Abraamium* Ταῖς θείαις λαμπόμενος, Joseph, in *S. Anastasiam* Ταύτην τὴν φωτοφόρον, Joseph.

D. XXX in *S. Marcianum* Χορεύων ἐν φωτὶ: deest; et in *SS. Zenobium et Zenobiam* Θρόνῳ παρισάμενος, Joseph.

D. XXXI in *S. Stachyn ap.* Πίστει τοὺς γεραίροντας, Joseph.

Fol. 230. in *S. Lucam ap.* Μαρμαρυγαῖς, Barptolomei, ineditus.

Fol. 233. Appendix excipiens stichéra in *S. Ananiam ap.* Contacia in *S. Romanum*, in *SS. Cyprianum et Justinam*, in *S. Dionysium*, necnon Syntoma in *S. Demetrium*, sed haec omnia exarata sunt charactere, uti arbitror, Macarii Rhegini, qui floruit saec. XIII.

ANIMADVERSIONES

Fol. 136 epigraphem Calligraphi habet, qui ita sese prodit. Incipit literis grandioribus: Τοὺς μεταχειρίζοντας τήνδε τὴν δέλτον ἱκετεύω, εὔχεσθε τῷ γεγραφότι. Εγράφη διὰ χειρὸς. Pergit literis minutis, τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἱερομονάζοντος Νείλου... τῇ μονῇ τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου τῆς ἐπονομαζομένης γρουτταφερράτα· κατ' ἐπιταγὴν τοῦ ταύτης κατ' εὐδοκίαν θεοῦ προεστῶτος ὁσιωτάτου Νικολάου ἐν ἔτει ςχκ. τοῦ κοσμου ἐν ἰνδ. ε', μηνὶ ἰουλίῳ, εἰκάδι δ'. *Eos qui manibus habeant hunc librum supplico: Orate pro eo qui scripsit. Scriptus est manu peccatoris monachi sacerdotis Nili in monasterio gloriosissimae Reginae nostræ quod cognominatur Gruttaferrata, jussu sanctissimi Nicolai qui huic Dei beneplacito præest, an. mundi* 6620 (1112) *indict. V, mense Iulio, die tricesima IV.* Hic est *Nilus* qui Abbatem gessit, uti videtur, post hunc Nicolaum I, et inscribitur *secundus* inter Nilos. Vide Prolegom.

CODEX TERTIUS

Δ. α. III.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 200, longitud. metri 0, 25, latitud. 0, 18, nitido pulchroque charactere, atque omni diligentia exaratus ab eodem calligrapho, quo superiorem exscriptum vidimus. Initiales literæ omnes et minores multae minio gaudent colore, præcipuique vero tituli ex grandioribus constant.

Menæum Novembris est Canones seu hymnos excipiens iuxta hunc indicem cum Veneta editione collatum.

Die I in *S. Cæsarium* Τῷ τοῦ Χριστοῦ λελαμπρυσμένος, S. Barptolomæi Ab. Cryptaeferr. ineditus; alius in *SS. Cosmam et Damianum* Υπὸ τῆς χάριτος, tribuitur Damasceno.

D. II in *SS. Acyndinum et socios Mm.* Τριάδος ἐσάριθμοι.

D. III in *S. Joannicium* Τῷ φέγγει, Josephi; alius in *SS. Acepsimam* et *Joseph* Περιφέρων μου: deest.

D. IV in *S. Nicandrum* Σεπτῶν ἀθλητῶν, Joseph.

D. V in *SS. Galactionem et Epistemen* Χωποιῷ Τριάδι, Josephi: deest.

D. VI in *S. Paulum Conf.* Τῆς πίστεως, Theophanis.

D. VII in *SS. Auctum et Taurionem* Πίστει τοὺς τὴν ἄθλησιν ὑμῶν, Joseph: deest:

D. VIII in *SS. Angelos* Αρχων τῶν ἄνω, alius Τὸν ἀρχηγὸν, Joseph: uterque abest.

D. IX in *S. Onesiphorum* Φέρουσα τοῖς πίστει, Joseph.

D. X in *S. Orestem* Ταῖς θείκαῖς.

D. XI in *S. Victorem* Αὐλῷ φωτί, Joseph: deest; in *S. Mennam* Τιμῶντι τὴν μνήμην σου, in *S. Joan. Eleemosyn.* Ασματικῶς σήμερον, deest; in *S. Theodorum Stud. ab.* Ταῖς φωτοβόλοις, Theophanis.

D. XII in *S. Nilum Synaitam* Αρδείαις σου μάκαρ, *Theophanis.*

D. XIII in *S. Joannem Chrysostomum* Μετανοίας σάλπιγξ: abest; alius Τῆς μετανοίας γεγονὼς, Theophanis, cum contacio magno.

D. XIV in *S. Philippum ap.* Ταῖς ὑπερφώτοις, alius Φίλιππε θεηγόρε, Joseph: omittitur.

D. XV in *SS. Guriam, Samonam et Abibum* Τριάδος τὴν μοναρχίαν, Theophanis.

D. XVI in *S. Matthæum ap.* Πλουσίως μετάδος μοι, in *S. Barlaam* Ταῖς τῆς σῆς ἀθλήσεως.

D. XVII in *S. Gregorium Thaumaturgum* Τῶν σῶν θαυμάτων.

D. XVIII in *S. Platonem* Τῆς αἰωνίου, Theophanis.

D. XIX in *S. Abdiam proph.* Τῷ σωτῆρι θεῷ, Theophanis.

D. XX in *S. Gregorium Decapolitam* Νενεκρωμένην ἡδοναῖς, Joseph.

D. XXI in *Deip. Præsentationem* Συνδράμωμεν ἅπαντες, Basilii; alius Σοφίας πανάχραντε.

D. XXII in *S. Ceciliam* Χριστοῦ πανάγιον, alius Τῆς ἀρχιρώτου, Barptolomæi, ineditus.

D. XXIII in *S. Philemonem* Χοροβατὸν χαρμονικῶς, Joseph, omittitur cum commemoratione; in *S. Amphilochium* Τοὺς λόγους, Theophanis.

D. XXIV in *S. Gregorium Agrigentinum* Ταῖς τοῦ πνεύματος, Joseph.

D. XXV in *S. Clementem Romæ ep.* Θρόνῳ παριστάμενος, Joseph, in *S. Petrum ep.* Ἐν τοῖς φωτινοτάτοις, in *S. Mercurium* Μετὰ τῆς ἄνω, Joseph; in *S. Aecaterinam* Αἰκατερίνης τῆς πανσόφου μάρτυρος.

D. XXVI in *S. Alypium* Χάριτος πεπλησμένος, Joseph.

D. XXVII in *S. Jacobum Persam* Τῷ τοῦ Χριστοῦ, Theophanis.

D. XXVIII in *S. Irinarchum* Ἐκ τῶν σκανδάλων.

D. XXIX in *S. Stephanum juniorem* Χαρμονικῶς, Joseph; in *S. Paramonem* Ὑμνοῦντα τὴν φωτοφόρον, Joseph.

D. XXX in *S. Andream ap.* Σὲ τὸν πρωτόκλητον, Barptolomaei ab. ineditus; alius Ὁ μέγας ἀπόστολος, Andreae; deest; alius Τῷ καλάμῳ, cum contac. magno, quod abest.

In fine adduntur alius canon d. IX in *S. Matronam* Τάξεσι μετ' ἀγγέλων, Barptolomaei, atque alius in *S. Martinum* d. XI, Τριαδικῆς μοναρχίας, ipsius Barptolomaei, cum magno Contacio; omnia inedita.

ANIMADVERSIONES

Sub libri finem legitur: Ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς Νείλου καὶ ἱερομονάζοντος κατ' ἐπιταγὴν τοῦ ταύτης κατ' εὐδοκίαν θεοῦ ἡμῖν προεστῶτος ὁσιωτάτου Νικολάου ἐν ἔτει ,ϛχβ' τοῦ κόσμου ἐν ἰνδ. ζ'. μηνὶ ὑπερβερεταίῳ εἰκάδι ε', ἡμέρᾳ ε', ὥρᾳ ϛ'. Οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθέ μοι διὰ τὸν κύριον. *Scriptus est liber hic manu Nili monachi et sacerdotis iussu sanctissimi Nicolai qui nobis ex Dei beneplacito praecst, an. 6622 mundi, indictione VII, mense Octobri, die vicesima V, feria quinta, hora VI. Qui legitis orate pro me ad Dominum.*

Annus 6622 ex periodo Juliana respondet anno Dominicae Incarnationis 1114, ut comprobat notata Indictio VII. Sed mensis eiusque dies et feria sumenda sunt a periodo lunari Macedonica. Juxta hanc periodum cum ὑπερβερεταῖος seu October incipiat a die XIX Octobris nostri et desinat die XVIII Novembris (Petav. De doctr. temp. l. I. c. XXIX), adamussim an. 1114 dies vicesimus quintus *Hyperberetaei* incidit in feriam quintam, in quam eodem anno coincidebat dies XII Novembris.

Ante Menæum compacta sunt folia duo, in quibus præter alia insunt *Syntoma* septem *in Deip. Præsentationem*, exarata ab eodem calligrapho qui Codici proxime superiori multa appinxerat. Porro syntoma ipse edidi in meo op. « Le Glorie di S. Gioacchino » pag. 202. n. 1. Idem autem Nilus post epigraphem alia nonnulla adiecit sacra carmina.

Die XI additur ceteris Sanctis Barptolomaeus abbas, sed ab ipso Nilo lector remittitur ad Vitam eius, prope quam erat etiam sacrum Officium, opus utrumque Lucae I ab. qui monasterium regebat medio saeculo XI. Confer quae notavimus in Cod. B. β. III.

CODEX QUARTUS

Δ. α. IV.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIII, qui complectitur folia 245, longitud. metri 0, 23, latitud. 0, 19, charactere quidem bono exaratus, sed tum ipsa calligraphia, cum ornatuum elegantia et membranarum etiam qualitate superioribus cedit Menæis. Menæum et ipsum est excipiens Officia Sanctorum in mensem *Decembrem* recurrentium. Libri fronti præfigitur invocatio aliquot notis expressa: Ιησοῦ Χριστὲ βοήθει, *Jesu Christe, opitulare.*

Die I in *Nahum prophetam* Ναοὺμ τὸ θεῖον λῆμμα, Theophanis.

D. II in *Habacuc proph.* Σόφισόν με κύριε, in *SS. Indem et Domnam* Φωτοειδεῖς, Joseph: deest.

D. III in *S. Sophoniam* Σὲ δυσωποῦμεν, Theophanis.

D. IV in *S. Barbaram* Εν οὐρανίοις, Barptolomaei, ineditus; alius Ω τριὰς ὑπέρθεε, in *S. Joan. Damascenum* Τῷ τοῖς σοῖς ἐπαίνοις.

D. V in *S. Sabam* Τῇ φωταυγίᾳ, Theophanis.

D. VI in *S. Nicolaum* Υπερκοσμίου χαρμονῆς, Barptolomaei, ineditus; alius Τὸν ποιμένα χριστοῦ, Basilii monachi: abest.

D. VII in *S. Sabinum* Εν φωτὶ τῷ θείῳ, Barptolomaei, ineditus; in *S. Ambrosium* Θείῳ φωτί σου, Theophanis.

D. VIII in *S. Patapium* Τοῦ φαιδροῦ σου.

D. IX in *Deiparæ Conceptionem* Τὴν σύλληψιν.

D. X in *SS. Mennam et Hermogenem* Στεφάνοις δόξης, Joseph.

D. XI in *S. Danielem stylitam* Υμνοις ἀνευφημῆσαι, Joseph.

D. XII in *S. Spyridionem* Τῶν πραέων γῆν.

D. XIII in *S. Luciam* Φαιδρυνομένη, Barptolomaei, ineditus; in *SS. Eugenium et Mardarium* Βραβεύων ἐν οὐρανοῖς, Joannis monachi.

D. XIV in *SS. Thyrsum et Leucium* Μαρτυρικαῖς, Theophanis.

D. XV in *S. Eleutherium* Παθῶν ἀμαυρότητι, Joseph.

D. XVI in *S. Marinum* Τὸν γενναῖον, Joseph: abest; in *S. Aggæum proph.* Θεοειδέστατος, Theophanis.

D. XVII in *Danielem et tres pueros* Τὸν ἄναρχον λόγον, in *eosdem et Deiparam* Τὸν λόγον τὸν ἄναρχον, Barptolomaei, ineditus.

Dom. I *ante Nativitatem* Τῷ ἀναστάντι, Andreae: deest.

Dom. II *ante Nativitatem* Αρχων ἐξ Ιούδα, alius Σήμερον τὸ κλῆτος, Clementis.

D. XVIII in *S. Sebastianum* Σὺν ἀσωμάτων χορείαις, deest; alius Θείαις φαιδρυνόμενος, Joseph, et Triodium profestum Nativitatis: Φράσον ἡμῖν.

D. XIX in S. *Athenodorum* Αθλοις ὡραιοτάτοις, Joseph; in S. *Bonifacium* Προθύμω λογισμῷ, Josephi, omittitur; et Triodium ο οἶκος ἔφραξᾶ.

D. XX *Triodium in Profest. Nativit.* Η ἀπόῤῥητος, canon in S. *Ignatium* Φαιδρῶς ἑορτάζοντες, opus Studitae, et aliud Triodium in Profest. Δεῦτε νῦν προεορτάσωμεν, quod deest.

D. XXI Dyodium *in Prof. Nativ.* Ραθυμίας ὕπνον, in S. *Julianam* Μαρτύρων περιχαρῶς, Josephi, Triodium Δεῦτε προέορτον: deest.

D. XXII Triodium ut supra Εν καινοῖς, in S. *Anastasiam* Η θείῳ δυναμωθεῖσα: deest.

D. XXIII *In Profestum Nativitatis* Τμηθήσει τμᾶται, in SS. *Cretenses martyres* Ασώμεν τῷ κυρίῳ, Andreae, et Triodium in *Profestum* Τὸν Ιωνᾶν, Barptolomaei, ineditum.

D. XXIV Triodium in *Prof.* Ρυφθέντες φρένας: deest; et in *Prof.* etiam canon Παρθενικῆς ἐκ νηδύος, alius Κύριε θεέ μου γενέθλιον, et in S. *Eugeniam* Εὐγενία μάρτυς, Theophanis.

D. XXV in *Nativitatem Domini* Αγαλλιάσθω ἡ κτίσις, Andreae: deest, alius incip. Χριστὲ γεννᾶται, Cosmae, alius Εσωσε λαὸν, Joannis monachi.

D. XXVI in S. *Euthymium* Τεχθέντα τὸν ἀεὶ, Theophanis, *In Deiparam puerperam* Χαίρει πᾶσα ἡ γῆ, Barptolomaei ineditus.

D. XXVII in S. *Stephanum* Δεῦτε στεφάνοις, Joan. monachi.

D. XXVIII in S. *Steph. thaumaturgum* Λαμπρύνας φωτοποιοῖς: omittitur; in *SS. Martyres XXM.* Πληθὺς πολυάριθμος, Joseph.

D. XXIX in *Octavam Nativ.* Ο ἀνατείλας, in *Innocentes et S. Marcellum* Αστρον ἀνέτειλεν: abest.

D. XXX in *Octavam* Σκιρτάτωσαν, Andreae, in S. *Anysiam* Γυμνοῦντι τὴν φωτοφόρον μνήμην σου.

D. XXXI in S. *Martinam* Χοροῖς σὺν ἀγγέλων, Barptolomæi, ineditus; in S. *Melaniam* Παθῶν ἀμαυρότητι.

Fol. 240. *Dom. post Chr. Nativ.* In *David. proph.* Ασωμαί σοι, κύριε ὁ θεός μου, Andreae.

Fol. 244. *In Dedicationem templi Cryptoferratensis* Syntoma: Οἶκος παμμέγας σὺ, exarata ab eodem calligrapho, qui appendices appinxit Codd. superioribus et hoc Menaeum composuit.

ANIMADVERSIONES

Absolvitur liber vulgari epigraphe: Ωσπερ ξένοι χαίρονται ἰδεῖν πατρίδα, Οὕτω καὶ οἱ γράφοντες βιβλίων τέλος. *Quemadmodum gaudent peregrini videre patriam, Sic et scriptores librorum finem.*

Mox alia appingitur maioris momenti, quae ita se habet: Εγράφη καὶ ἐπληρώθη ἡ παροῦσα πυκτὴ χειρὶ σφόδρα ἁμαρτωλοῦ καὶ λαχίστου τῶν μοναχῶν τρόπων Μακαρίου ἀναξίου μοναχοῦ ἀπὸ πόλεως Ρηγίου τῆς Καλαβρίας· Ετει δὲ πρωτεύοντος ἐν τῇ μονῇ τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου Κρύπτα Φερράτας Ιλαρίων ἐναρέτου καὶ ἀγαθοῦ προελεύσεως ὤν. Ωσαύτως δὲ ὑπῆρχεν ἐκκλησιάρχης τὸ πάνυ εὐλαβοῦς· καὶ εὐδιακρίτου Κυρ. Βλασίου. Πάντες δὲ ἀδελφοὶ οἱ τοῦτον (sic) ἀνατύξαντες λιτὰς

πειεῖτε πρὸς φιλάνθρωπον Θεὸν καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ φελεύσπλαγχνον μητέρα· ἥνπερ ἥμαρτον βιῶν αλγεινῶς (?), ὅπερ ἰδοὺ (sic) τὸν κριτὴν ἵλεων ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. Αμὴν ✣ ἀμὴν, γένοιτο ἀμήν. Ετος δὲ ὧν ἐξαχιλιοςὲς καὶ ἑπτακοσιοστὸς ἑβδομήκοντα. Καὶ τέσσαρις (sic) σὺν τούτοις σεπτεμβρίου α'. ινδ. β'. « *Scriptus et absolutus est liber hic manu magni peccatoris et moribus monachorum infimi Macarii monachi indigni e civitate Rhegii in Calabria. Anno* (vel) *adhuc antistite in monasterio SS. Deiparae Cryptaeferratae Hilarione* (viro) *magna virtute et perfectione praestantissimo. Itemque vero ecclesiarcha* (vir) *pientissimus et probatissimus Blasius. O vos fratres cuncti qui volvitis hunc* (librum) *preces effundite ad humanissimum Deum et ad benignissimam Matrem eius, ut ipse, cum peccaverim male vivens, videam iudicem propitium in iudicii die. Amen ✣ amen. Fiat amen. Annus est sexies millesimus septingentesimus, septuagesimus. Et quartus* (supputato) *Septembris die I indict. IX.* » Cum scriptor puncto seiungat in indicatione illud Καὶ τέσσαρις σὺν τούτοις forte notare voluit quod die illo Septem. primo initium habebat iuxta periodum græcam annus novus qui erat *septuagesimus quartus;* seu 1265 iuxta æram vulgarem.

Fol. ultimo aliud adest inscriptum testimonium: Τούτον (sic) τὸ βιβλίον ἐποίησεν ὁ ἀδελφὸς Μακάριος ἱερομόναχος ὁ Ριγίνος. Οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε αὐτῷ ἀμήν. « *Librum hunc compegit frater Macarius Rheginus monachus sacerdos: qui legitis orate pro eo.* » *Amen.* Id autem scriptum est ab alio, quem infra mox indicat extrema epigraphe: Ταῦτα τὰ γράμματα ἔγραψεν ὁ ἀδελφ. Γεράσιμος ἡγούμενος μονῆς ἁγίου Νικολάου τοῦ Ριγίνου. Ομοίως εὔχεσθε αὐτῷ, ἵνα ἔξῃ τὴν μονὴν αὐτοῦ διὰ τοῦ θεοῦ συντόμως εἰς σωτηρίαν ψυχῆς. « *Has literas scripsit frater Gerasimus abbas monasterii S. Nicolai Rhegiensis. Item orate pro eo, ut hoc brevi tempore habeat monasterium suum a Deo in salutem animae.* »

Porro de hoc Monasterio testantur Ughellius et Barrius cum Aceti, quod existeret in pago *Calamitio*, ibique floruerit b. Cyprianus. Videtur inde Macarius noster, cui testimonium agebat abbas S. Nicolai Rhegiensis, Rheginus duplici sensu dicendus quoad patriam scilicet et quoad monasterium suum. Fieri autem potuit ut exscriberet Cryptæferratæ Menæum, quum aliquando huc adventasset, qua occasione additamenta fecisset aliis Codicibus quos supra vidimus.

CODEX QUINTUS

Δ. α. V.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XII ineuntis, constans foliis 163, longitud. metri 0, 26, latitud. 0, 18, admodum pulchro charactere exaratus, triplici ornamentorum genere apprime decoratus, videlicet grandioribus literis quibusdam ingeniose vividisque coloribus rubro et viridi ductis, aviculis huc illuc, cruciculis, mæandrisque optime expressis, tum denique προτόμαις Sanctorum bene expressis.

Menæum *Januarii* est, præter stichéra hos excipiens hymnos seu Canones, quos cum Veneta, uti supra, editione conferimus.

Die I in *S. Basilium* Εν ταῖς λαμπρότησι, Joseph: deest; *in eumdem Basilium et in Circumcisionem* Η ὀγδοάς, Joan. mon.

D. II in *profestum Epiphaniæ Domini* Τοῦ Ζαχαρίου ὁ υἱὸς, ineditus; *Triodium in profest.* Η ἀπόῤῥητος, in *S. Sylvestrum papam* Τρυφήσας μακάριε: deest; *Dyodium in profestum* Ραθυμίας ὕπνον: deest.

D. III in *Malachiam proph.* Μετὰ τῆς ἄνω χορείας, Theophanis; in *S. Gordium m.* Μάρτυς τῆς ἀληθείας, eiusdem; *Triod. in idem profestum* Ἀγνώμων μηδεὶς: deest.

D. IV in *S. Phostirium* Θαλάσσης βιωτικῆς: deest etiam memoria; alius in *Profest.* Ἡ πανταιτία καὶ παρεκτική, in *S. Amnam* Τῷ σῷ ἀχράντῳ, Barptolomæi.

D. V in *Profestum* Ἀγαλλιάσθω ἡ κτίσις: datur d. IV; alius in *profestum* Κύριε θεέ μου φωτόνυμον, in *S. Paulum Thebanum* Παῦλον τὸν θεοφόρον: datur d. XV.

D. VI in *Epiphaniam seu Baptismum Domini* Σήμερον ὁ θεὸς, Andreæ cum magno Contacio mutilo: desunt omnia; alius Ἀδὰμ τὸν φθαρέντα, Cosmæ monachi, et alter *iambicus* Στείβει θαλάσσης, Joan. mon.

D. VII in *SS. Julianum et Basilissam* Χθὲς ἡμᾶς ὁ χριστὸς: deest etiam memoria; in *S. Præeursorem* Βαπτιζόμενον, Theophanis.

D. VIII in *S. Domnicam* Τῷ ἐνθέῳ πόθῳ, Joseph.

D. IX in *S. Polyeuctum* Τῆς πολυεύκτου, Theophanis.

D. X in *S. Gregorium Nyssenum* Ἀβυσσος ὢν σοφίας, Joan. Mon.

D. XI in *S. Theodosium Cœnobiarch.* Ὡς σοφὸς ταξίαρχος ἡμῶν, cum magno Contacio, quod deest.

D. XII in *S. Tatianam* Μαρτυρικαῖς ἠγλαϊσμένη.

D. XIII in *SS. Hermylum et Stratonicum* Τίμιοι ὡς ἀστέρες, Joseph; cum magno Contac. Romani, quod deest.

D. XIV in *SS. Abbates* Τὸν Ἰορδάνην: deest.

D. XV in *S. Joannem Calybitam* Πλουτισθεὶς ταῖς θείαις, Josephi.

D. XVI in *SS. Elasippum et Soc.* Ἀναφανέντες, Joseph: deest; in *S. Petrum ap.* Πανηγυρίζει, Joseph.

D. XVII in *S. Antonium* Μοναστῶν ὑπέρλαμπρος: deest; alius Ἀθανασίας καὶ ζωῆς, Theophanis.

D. XVIII in *SS. Athanasium et Cyrillum* Ἀσωμεν τῷ κυρίῳ: deest.

D. XIX in *S. Macarium* Τῷ θείῳ φωτὶ, Theophanis.

D. XX in *S. Euthymium* Ταῖς προσευχαῖς σου, Theophanis.

D. XXI in *S. Neophytum* Χριστοῦ σε παμμάκαρ, Joseph.

D. XXII in *S. Anastasium* Βυθὸς ἀκατάληπτος, Barptolomæi, ineditus; in *S. Timotheum et Anastasium* Τὰς ἐπαναστάσεις, Theoph. cum Contac. magno, quod deest.

D. XXIII in *S. Clementem* Μετὰ τῆς ἄνω, Theophanis.

D. XXIV in *S. Xenam* Ξένον ὄντα πάσης.

D. XXV in *S. Gregorium Nazianzenum* Τὸν θεολόγον, Theophanis.

D. XXVI in *SS. Claudium, Asterium et Neonem* Τῷ ἀπροσίτῳ, Joseph: deest cum memoria.

D. XXVII in *S. Joannem Chrysost.* Ἐκ τῶν ἀναγκῶν με, Joseph; alius Ἐδειξας ὁ θεὸς, Andreæ, cum Cont. magno: deest uterque.

D. XXVIII in *S. Ephræm* Εὐφραντικῆς, Theophanis.

D. XXIX in *S. Ignatium* Ἰθύνας πρὸς ἀρετήν, Theophanis.

D. XXX in *S. Xenophontem* Ξύλου ζωῆς, qui datur d. XXVI.

D. XXXI in *SS. Cyrum et Joannem* Ριπιζόμενον, Barptolomæi, inéditus; alius Τὸ κῦρος κατὰ τῆς πλάνης, Joannis.

Fol. 160. v. Veniunt quædam Contacia, magnum vero unum inest in *S. Gregorium Nazianzenum*, et initio libri syntoma in *S. Basilium*, additiones cunctæ, uti superiores, manu Macarii Rhegini.

ANIMADVERSIONES

Hymno S. Barptolomæi ab. *in S. Anastasium Persam* præscribit calligraphus: Πρὸ τῆς κάρας *Ante caput*; eo quod officium celebrandum esset ante vel reliquias vel imaginem capitis S. Martyris. Ad nostros fere usque dies effigies Sancti ad chori januae chartacea erat affixa, postea cum aliis ibidem depicta est in parietibus, quam etiam in præsens videre est, servatum ita morem Patrum nostrorum jam tum a primordiis Monasterii; fortasse sibi traditum ab eodem Barptolomaeo, qui hymnum in Sanctum compingebat, perinde si canendus esset in templo S. Anastasii ad Aquas Salvias prope Romam, quod tum a monachis græcis Basilianis incolebatur.

Accipe Calligraphi nostri jambos schazontes fini libri subnexos:

Δέσποτα χριστὲ καὶ θεὲ τῶν ἁπάντων
ἄφεσίν μοι δὸς τῶν πολλῶν ἐγχλημάτων
ὧνπερ ἔπραξα ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ,
πρεσβείαις τῆς σὲ ἀφθόρως κυησάσης,
προφητῶν ὁμοῦ καὶ σοφῶν ἀποστόλων,
ἀθλοφόρων τε, ἱεραρχῶν, ὁσίων,
γυναικῶν ἀσκητριῶν καὶ ἀθληφόρων,
τῶν γεχραμμένων ἐν τῷδε τῷ βιβλίω.
Δυσωπῶ πάντας τοὺς ἐν ταύτῃ τῇ δέλτῳ
ἐντυγχάνοντας, μνεῖαν ἐμοῦ ποιῆτε
ἐν ταῖς πρὸς θεὸς ὑμετέραις πρεσβείαις
λύσιν με λαβεῖν τῶν πολλῶν ἐφλημάτων.
ἵν' ἀξιωθῶ μερίς (sic) τῶν σοζωμένων
ἐν τῇ δευτέρᾳ τοῦ χριστοῦ παρουσίᾳ
τὰν (sic) πολλῷ καὶ κόπῳ γεγραφότι
ἀναξίῳ τε ἱερεῖ Σωφρονίῳ
καὶ ἐν μοναχοῖς πέλοντι ἐλαχίστῳ.

Domine Christe et Deus cunctorum,
veniam da mihi scelerum multorum,
quotquot patravi sciens et inscius,
precibus Eius quæ te incorrupte peperit,
Prophetarum simul et sapientium App.
Martyrum et Hierarcharum, Sanctorum,
Mulierum monialium et martyrum,
Qui scripti sunt in hoc libro.
Precor vos omnes qui in hunc librum
offenditis, ut memoriam mei agatis
in vestris ad Deum precibus,
ut veniam accipiam scelerum multorum
ac digner parte eorum, qui salvi fiunt
in altero Christi adventu, ipse
qui pietate multa et labore scripsi
indignusque sacerdos Sophronivs
et in monachis ultimus.

Post hæc subscriptio alia venit temporis, quo hæc sunt elucubrata et absoluta.

Ετελειώθη αὕτη ἡ δέλτος ἐν ἔτει ,ςχί ἰνδ. ί'. μηνὶ δεκεμβρ. λά. ἡμερ. γ'· - ἐγράφη δὲ ἐν ἡμέραις τοῦ ὁσιωτάτου καθηγουμένου Νικολάου κατ' ἐπιταγὴν αὐτοῦ ἐν τῇ εὐαγεςάτῃ μονῇ τῆς ὑπεραγ. θεοτόκου τῆς ἐπιλεγομένης Κρυπταφερράτας διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Σωφρονίου καὶ ἐυτελοῦς ἱερομενάζοντος.

Finem liber hic accepit anno 6610 (1102: qui annus pro Latinis decurrebat adhuc 1101) *indict. X, mense Decembri d. XXXI, feria III, (IV) h. III. Scriptus est in diebus Sanctissimi Abbatis Nicolai, ex ipsius iussu in maxime perspicuo monasterio SS. Deigenitricis, quæ cognominatur Cryptaferrata, manu Sophronii peccatoris, vilisque monachi sacerdotis,*

CODEX SEXTUS

Δ. α. VI.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XII, constans foliis 177, longit. metri 0, 23, latitud. fere 0, 18, mutilus fine, et insuper nonnullis mediis membranis deficiens, aliisque corruptus, at bene exaratus, neque calligraphicis ornatibus carens.

Excipit Menæum *Februarii*, quod habet hos ad Venet. edit. recensendos hymnos.

Die I in *S. Tryphonem* Τῆς ὄντως ἐνθέου, Theophanis.

D. II in *Hypapantem Domini* Τὸν πάντα Θεὸν κρατοῦντα, Barptolomæi, ineditus; alius Ρανάτωσαν, Cosmæ mon. cum Contacio S. Romani inedito.

D. III in *S. Symeonem* Δικαίων σκηνώμασι, Joseph.

D. IV in *S. Isidorum Pelusiotam* Συντετριμμένης, Theophanis.

D. V in *S. Agatham* Λελαμπρυσμένη, Barptolomæi, ineditus; alius Τῶν ἀγαθῶν, Theophanis.

D. VI in *S. Faustam* Φωταγωγὲ, Theophanis, deest etiam commemoratio.

D. VII in *S. Parthenium Lampsac.* Φαιδρύνει ταῖς ἀστραπαῖς, Georgii: deest; in *S. Theodorum stratilatum* Μαρτύρων περιφανῶς. Recentiore manu scribitur, Ποίημα θεοδώρου τοῦ Στουδίτου. Cont. magn. eiusd. deest.

D. VIII in *S. Zachariam proph.* Ἔχων τὸν φωτοδότην, Theophanis.

D. IX in *S. Nicephorum m.* Κορυφουμένην, Theophanis.

D. X in *S. Charalampem* Χοροβατῶν εὐφροσύνως.

D. XI in *S. Blasium* Ὑμνοις τὴν φωσφόρον, Joseph.

D. XII in *S. Meletium* Τῷ φωτοδότῃ, cum magno Contacio inedito.

D. XIII in *S. Martinianum* Μονάσας, καὶ τὸν σαυρόν σου, Theophanis.

D. XIV in *S. Auxentium* Αὐξήσας τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπησιν, Theoph.

D. XV in *S. Onesimum ap.* Πεφωτισμένος τῇ θείᾳ, Theophanis.

D. XVI in *S. Pamphilum m.* Δυνάμει τοῦ παναγίου πνεύματος, Theoph.

D. XVII in *S. Theodorum tyronem* Θεοῦ σε Θεόδωρε, cum Contacio; alius Στεφανῖτα μάρτυς, uterque hymnus deest.

D. XVIII in *S. Leonem Pp.* Τῷ τῆς ἱερωσύνης, Theophanis.

D. XIX in *S. Archippum* Αστράψας τῷ φωτισμῷ, Joseph.

D. XX. in *S. Leonem Catanensem* Λαμπτῆρά σε, Joseph.

D. XXI in *S. Timotheum in Symbolis* Σὲ τὸν νοητὸν.

D. XXII in *SS. Martyres in* (prædio) *Eugenii* Μαρτυρικαῖς ἠγλαισμένοι χάρισι.

D. XXIII in *S. Polycarpum* Τῇ τοῦ χριστοῦ, Theophanis.

D. XXIV in *Invention. capitis S. Jo. Bapt.* Δεῦτε εὐφήμῳ τῇ γλώττῃ.

D. XXV in *S. Tarasium ep.* Απαγωγῆς καὶ προνομῆς, deest.

D. XXVI in *S. Porphyrium Gazensem* Ταύτην τὴν φωτοφόρον, Joseph.

D. XXVII in *S. Bucolum ep.* Ταῖς θείκαῖς ἀγλαΐαις, Joseph.

D. XXVIII in *S. Procopium Decapol.* Τῆς εὐσεβείας.

D. XXIX in *S. Basilium* Τὴν βάσιν ἐπὶ τὴν πέτραν, Theophanis; sed mox deficit Codex.

ANIMADVERSIONES

Cum folia extrema excidissent, secum pessum duxerunt Calligraphi epigraphem, appingi de more solitam. Defectui tamen occurrit Iosephus Cozza noster qui libro hæc adscripsit: *Codex deficiens aliquot foliis in fine: procul dubio scriptus est manu Nili II hieromonachi et dein Abb. Cryptæ ferratae; eadem enim est manus scriptoris ac in aliis qui ab ipso scripti sunt sæculo XII ineunte.* Vide sis Cod. Δ. α. III, ad unguem enim hoc isti respondet.

Folium extremum confractum restituitur frustulo Cod. Palimpsesti Biblici, quod typis edidit idem cl. hieromonachus Joseph Cozza. Cfr. Cod. A. γ. XV.

CODEX SEPTIMUS

Δ. α. VII.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XII ineuntis, constans foliis 139, longit. m. 0, 24, latitud. 0, 18, exaratus a Nilo II hieromonacho et Abbate, quem supra pluries laudavimus. Hymnos juxta edit. Venet. de more recensemus, sed quædam infra elapsa sunt.

Menæum *Martii* est, hos hymnos excipiens, cum Edit. Veneta collatos.

Die I in *S. Eudociam* Τὴν τῆς ψυχῆς: deest.

D. II in *S. Theodotum ep.* Θεός σου τὰ πρὸς, Joseph: deest.

D. III in *SS. Cleonicum et Socios Martyres* Ασωμεν τῷ κυρίῳ, opus Germani: deest.

D. IV in *SS. Paulum et Julianam martyres* Τοὺς μάρτυρας χριστοῦ, Joseph: deest.

D. V in *S. Cononem* Ο καλλίνικος νῦν.

D. VI in *SS. Theodorum et Soc. Mm.* Βυθῷ με πεσόντα: deest.

D. VII in *SS. Episcopos Chersonenses* Ταῖς θείαις φωτοχυσίαις, Joseph.

D. VIII in *S. Theophylactum* Θρόνῳ τῷ τοῦ δεσπότου.

D. IX in *XL Martyres* Σύστημα ἱερὸν, Barptolomæi, cum Contac. magno; alius Θεοστεφῆ φάλαγγα, Joannis monachi, cum Contacio magno. Ineditus primus hymnus et utrumque Contacium.

D. X in *S. Codratum* Μαρτύρων ἱερῶν, Joseph.

D. XI in *S. Sophronium* Σωφρόνως διέπλευσας.

D. XII in *S. Theophanem* Θεοῦ τοῦ φανερωθέντος, Joseph; alius in *S. Gregorium Papam* Τὸν ἕσπερον ἥλιον, Stephani: deest cum Contac. Ὠδή.

D. XIII in *S. Nicephori reliquias Cpolim relatas* Ἁμαρτιῶν τάφῳ.

D. XIV in *S. Alexandrum* Πόθῳ θείῳ θελχθεῖσα: deest.

D. XV in *S. Pionium* Τὸν ἀναδείξαντα, Germani: deest.

D. XVI in *S. Papam* Ὑμνῳδίαις θείαις, Joseph: deest.

D. XVII in *S. Alexium* Στενωτάτην ᾠδεύσας, Joseph.

D. XVIII in *S. Cyrillum* Κοσμήσας τὴν ψυχήν.

D. XIX in *SS. Chrysanthum et Dariam* Στεφάνῳ ὑπὲρ χρυσόν, Joseph.

D. XX in *SS. Monachos Sabaitas* Ὕμνοις τὴν θεόπνευστον, Theoph.

D. XXI in *S. Benedictum* Ἀνοιξόν μου στόμα, Nili, cum Contacio Ὠδή: deest: in *S. Byrillum* Βαδίσας τὴν, Joseph: deest.

D. XXII in *S. Basilium* Σοῦ τὴν βασίλειον δόξαν, Joseph.

D. XXIII in *S. Niconem* Νικήσας ἀσκητικοῖς, Joseph; in *Profestum Annunciationis* Ο κόσμος περιχαρῶς, Georgii; alius in *SS. Martyres* Ο πάντα τὰ καθ' ἡμᾶς, Georgii: deest.

D. XXV in *Annunciationem Deip.* Σήμερον Γαβριήλ, Andreae: deest; alius Ἀδέτω σοὶ δέσποινα, Theophanis, cum magno Contacio.

D. XXVI in *S. Gabrielem* Ὡς φῶς χρηματίζοντα, Joseph.

D. XXVII in *S. Hilarionem Pelecetensem* Συμπαθὴς καὶ πρᾶος, Joseph.

D. XXIX in *S. Eustathium ep.* Τὸ εὐσταθὲς, Clementis: deest etiam commemoratio.

D. XXX in *S. Joannem Climacem* Καλῶς βδελυξάμενος, Clementis. Ad singula troparia singula capitum *Scalæ* mysticæ argumenta notantur in Codicis margine.

D. XXXI in *S. Theophilum* Ἀρχὴ ἐχρημάτισας: deest etiam commemoratio.

ANIMADVERSIONES

Contacium magnum in Deip. Annunciat. cum acrostichide *alphabetica* in præsens excipitur in *hymno Acathisto* una cum Canone seu hymno op. S. Josephi hymnographi.

Sed hymnum in *S. Byrillum Catanensem* suffecit propria manu super fol. bombyc. monachus recentior qui sese ita prodit: Ἐγὼ ἀδελφὸς Πέτρος Διακοννῆσσα - Ἐγὼ ἀδελφὸς Πέτρος τῆς Ἀρένης. *Ego fr. Petrus Diaconissa - Ego fr. Petrus ex oppido Arena.*

Verum Nilus II calligraphus Codicis literis grandioribus, rubro colore suffusis et viridi, ista ad libri calcem subscribit, iambis imparibus, qui ita se habent:

Τέλος εἴληφεν πικτὴ ἡ τοῦ Μαρτίου
Διὰ χειρός τε ἐμοῦ τοῦ ἀναξίου
Νείλου μονάζοντος καὶ ἱερέως.
Παρακαλῶ δὲ πάντας πατέρας ἀδελφούς τε,
Οταν μέλλετε ταύτην εἰληφέναι τὴν δέλτον,
Μνείαν ποιῆτε τῆς ἐμῆς εὐτελείας,

Finem accepit volumen hoc Martii
manu quoque mei indigni
nili, monachi et Sacerdotis.
hortor autem omnes patres, fratresque
quod cum acceperitis hunc librum,
memoriam agatis humilitatis meae,

Οπως ὁ θεὸς καὶ πρύτανις τῶν ὅλων
Αφεσιν δωρήσῃ τε τῶν ἐπταισμένων.
uti Deus et rector omnium
veniam largiatur et lapsuum.

Ad hos iambos appingit alios, fere quos in Cod. sup. Δ. α. V. a Sophronio conscriptos legimus:

Δέσποτα χριστὲ καὶ κτιστὰ τῶν ἁπάντων,
λύσιν δώρησαι τῶν ἐμῶν ἐγκλημάτων,
πρεσβείαις τῆς σὲ κυησάσης ἀσπόρως,
Προφητῶν ἐμοῦ, πανσόφων Αποστόλων,
Μαρτύρων, Οσίων τε καὶ Ασκητριῶν,
Τῶν ἐν τῇ βίβλῳ ταύτῃ ἐγγεγραμμένων.

Domine Christe et creator cunctorum,
veniam largire delictorum meorum.
precibus Eius quæ te concepit sine semine,
Prophetarum simul, et sapientium App.
Martyrum et Sanctorum ac Monialium,
qui hoc in libro inscripti sunt.

Aetatis interea indicationem nullam affert Nilus, sed ego ultro assentior illis quæ recentior manus subscripsit infra: «*Circa annum Xpti* 1110:» nempe profecto post Sophronium, hac una ipse caussa ductus, quod Nilus epigraphem illius propemodum correxisse studuerit.

Postremo Canonem *in S. Benedictum ab. M. Cassini*, compositum a S. Nilo *conditore et ab. Monasterii Cryptaeferratae*, ut diximus in Prolegomenis, prior edidit cl. Sciommari in Vita S. Barptolomaei ab. Stichéra autem cum versione metrica italica typis vulgavit cl. Josephus Cozza, dicavitque Em. Mariano Falcinelli O. S. B. Cardin. nuper electo an. 1873. Tamdem an. 1880 eumdem Canonem in Cod. membran. exscripsit D. Maximus Passamonti, hierom. Basilianus et idem Josephus Cozza abbas nomine suo et monachorum Cryptoferratensium dono dedit Abbati et monachis Cassinensibus.

CODEX OCTAVUS

Δ. α. VIII.

Cod. ms. membran. graec. saec. XII ineuntis, constans foliis 115, longitud. metri 9, 25, latitud. 9, 18, exscriptus eodem semper optimo charactere, eodemque cultu ornatus, quo Nilus II hieromonachus alios superiores Codices exaravit.

Excipit Menæum *Aprilis*, in quo, ut in aliis, praeter multa stichéra habentur hymni, quorum syllabum de more instituere aggredimur, conferentes cum Edit. Veneta.

Die I hymnus in *S. Mariam Aegyptiacam* ex elapsis foliis pene deest in Codice, idemque alius est atque in editione. Item Odae quatuor alterius Canonis, qui item abest ab Editione, paullo recentius scriptæ sunt in pergamenis ineunti libro appactis, sed desunt quatuor priores odæ.

D. II in *S. Titum* Ολον με τοῖς πάθεσι.

D. III in *S. Nicetam* Τῷ φωτὶ τῆς θείας, in *S. Josephum hymnographum* Ασματικῶς τὸν ὑμνογράφον τιμήσωμεν: deest.

D. IV in *SS. Theodulum et Agathopodem* Τὸν θεῖον τοῦ μαρτυρίου, Joseph: deest.

D. V in *S. Theodoram* Ὑμνοις θεοτερπέσιν, Joseph: deest.

D. VI in *S. Eutychium archiep.* Ταῖς ἀρεταῖς εὐτυχήτας.

D. VII in *S. Georgium ep.* Αἴγλην εὐσπλαγχνίας μοι: deest.

D. VIII in *SS. Herodionem et socc. App.* Αποστόλων ἁγίων, Joseph.

D. IX in *S. Eupsychium m.* Τοὺς ἄθλους εὐψύχως, Joseph.

D. X in *SS. Terentium et socc. Mm.* Πληθὺς ἀθλοφόρων, Joseph.

D. XI in *S. Antipam* Τῇ φέγγει τῆς τρισηλίου χάριτος, Joseph; ast alius Ὡς τηλαυγὴς, Theophanis, deest.

D. XII in *SS. Florentium et socc. Mm.* Σοφίας ἑλληνικῆς: deest etiam memoria; in *SS. Dimi* (sic) *et socc. Mm.* Σῶτερ ἡ πηγή, Joseph: deest.

D. XIII in *S. Martinum* Πόνους μυρίους, Joseph.

D. XIV in *SS. Aristarchum et socc. App.* Θρόνῳ θεοῦ, Joseph.

D. XV in *S. Georgium in Malœo* Τρισσοφαεῖ τῆς: deest hujus etiam nomen.

D. XVI in *In SS. Irenem et socc. Mm.* Χάριν μοι οὐρανόθεν, Joseph.

D. XVII in *S. Acacium ep.* Πᾶσαν κακίαν, Joseph: deest etiam commemoratio, quae una habetur d. XV Sept.

D. XVIII in *S. Joannem* Τῇ τῶν παθῶν με τρικυμίᾳ.

D. XIX in *S. Theodorum Pergensem* Δῶρον εὐαπόδεκτον, Joseph: deest.

D. XX in *S. Theodorum Trichinensem* Δωρεαῖς ἐνθέοις, Joseph: deest.

D. XXI in *S. Januarium ep. M.* Συνῳὸν ταῖς στρατιαῖς, Joseph.

D. XXII in *S. Theodorum Syceotam* Θεοφεγγῆ σε, Joseph.

D. XXIII in *S. Georgium M.* Ἀθλων ἱερῶν, alius Ἀγαλλιάσθω, Andreæ, cum Contac. magno: deest uterque.

D. XXIV in *S. Elisabetham thaumaturgam* Ταῖς τῶν παθῶν με, Joseph.

D. XXV in *S. Marcum* Μάρκον τὸν θεόπτην.

D. XXVI in *S. Basileum ep.* Ὑμνῆσαι ἀοίδιμε: deest.

D. XXVII in *S. Zosimam ab.* Τὴν τοῦ θεοῦ, Joseph: deest etiam nomen; et in *S. Symeonem* Σίμων ἱερώτατε, Joseph.

D. XXVIII in *S. Vitalem* Βήματι τοῦ χριστοῦ, Barptolomæi ab. ineditus, et in edit. deest etiam nomen: item in *SS. Jasonem et Sosipatrum* Ταῖς τῶν ἀγγέλων, Joseph: deest etiam commemoratio.

D. XXIX in *S. Memnonem* Τῇ θείᾳ τοῦ παναγίου, Joseph: deest.

D. XXX in *S. Jacobum ap.* Τῷ σῷ δικτύῳ, Theophanis.

Fol. 114 et 116 excipiunt eadem manu quaedam fragmenta Contaciorum magnor. in aliquot Sanctos h. m.

ANIMADVERSIONES

Epigraphes calligraphi restant priores dumtaxat hi versus:

Πάντας δυσωπῶ τοὺς ἐν τῇδε τῇ δέλτῳ
Εντυγχάνοντας ἀδελφοὺς καὶ πατέρας
Μνείαν ποιεῖτε τῷ ποθῳ γεγρα(φότι)...

Recentior manus illis subscripsit. «*Nili hieromonachi circa annum Xpi* 1114 *in hoc Mon. Cryptaeferratæ*,» quod ipse collatis characteribus diligenter perpendens cognovi.

Post supplementum ad d. I Aprilis continuo versa pagella haec latine leguntur: «*Blasius Dei gratia religiosus abbas S. Mariæ Cryptœferratæ.... in capitulo.*» Videntur alicuius initium statuti. Porro *Blasii* diversis temporibus Abbates duo apud nos extitere; primus praeerat an. 1230, secundus vero anno 1300: uter eorum indicetur, divinari difficile est.

CODEX NONUS

Δ. α. IX.

Cod. ms. membran. graecus, cuius primum dimidium exaratum est optima manu saec. XI, alterum vero deteriore calamo at non indigno, saec. eodem exeunte. Omnino foliis constat 135, longitud. metri 0, 23, latitud. 0, 16. Pars prior levi stylo exscribitur, et capitales literae minio distinguuntur, posterior vero graviore, et grandiores item literae nigro tantum dantur colori, atque Nilum II praeseferunt calligraphum.

Menaeum *Maii* est, hos hymnos excipiens, quos iuxta edit. Venetam recensemus.

Die I in *S. Jeremiam* Πρὸ τοῦ σὲ πλασθῆναι,

D. II in *SS. Hesperum et Zoem Mm.* Τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον, Joseph: deest cum commemoratione; in *S. Athanasium* cum Contacio magno Ἀθανασίας προστρομίζων: deest.

D. III in *S. Sebastianum* Ἀγώνων μαρτυρικῶν: deest etiam nomen; in *SS. Timotheum et Mauram* Τῶν ἱερῶν, Joseph.

D. IV in *S. Irenem* Στέφανος ὑπάρχων.

D. V in *S. Pelagiam m.* Πελάγει τῶν σῶν, Theophanis.

D. VI in *S. Job proph.* Τὸν καρτερικόν, in *S. Pachomium* Πεποιθὼς χρηστότητι, Theophanis: deest etiam nomen.

D. VII in *S. Acacium m.* Τῶ κλλει τῆς ἀκακίας: deest; in *S. Dometium* Contacium magnum incip. Ὑψώθεις, ἱεράρχα: deest.

D. VIII in *S. Joannem Ec.* Ὡς καθαρῶς, in *S. Arsenium ab.* Τῷ τοῦ δεσπότου, cum Contac. magn. in *S. Joannem*, quod deest.

D. IX in *S. Isaiam proph.* Φώτισόν με, κύριε, in *S. Christophorum* Δεῦτε πάντες, in *S. Codratum m.* Η φωτοφόρος, Andreae: deest.

D. X in *S. Symonem ap.* Ανω τῷ δεσπότῃ, in *S. Alphium et Socc. Mm.* Φωτὶ αὐγαζόμενοι: deest.

D. XI in *S. Mocium* Πρὸς πλάτος, μακάριε, in *S. Armodium* Αὔλον φῶς ὑπάρχων, Arsenii: deest.

D. XII in *S. Philippum Argyriensem* Φίλιππον σήμερον: deest; in *S. Epiphanium* Εν τῷ τοῦ Θεράποντος, in *S. Germanum* Τῆς ἱερωσύνης, cum Contacio magno quod deest.

D. XIII in *S. Alexandrum* Δεῦτε μυστικῶς, in *S. Glyceriam* Πικρίας μυρίσαι: uterque deest, prioris etiam nomen.

D. XIV in *S. Isidorum m.* Ταῖς σαῖς ἱκεσίαις.

D. XV in *S. Theodorum* Υμνῳδίαις μέλλοντι.

D. XVI in *S. Achillium ep.* Αἴδιε ἄναρχε, Arsenii; eius nomen die IV.

D. XVII in *S. Georgium Conf.* ὁ θεοφόρος, Stephani: deest etiam nomen; in *S. Andronicum ap.* Αἶνον θεῷ, Joseph.

D. XVIII in *SS. Phileterum et Theotimam* Θεοτερπὴς μνήμη μαρτύρων: deest etiam commemoratio; in *SS. Petrum, Dionysium et socc. Mm.* Πίστεως ὑπέρμαχοι, Joseph.

D. XIX in *S. Patricium* Παντοδαπαῖς κεκοσμημένον.

D. XX in *S. Thallelæum m.* Ταῖς ὑπερφώτοις, Joseph.

D. XXI in *SS. Constantinum et Helenam reges* Μόνε ἐπουράνιε.

D. XXII in *S. Michaëlem ep.* Ἀποῤῥήτῳ λάμψας, in *S. Basiliscum* Ταύτην τὴν φαιδράν σου, Joseph.

D. XXIII in *S. Symeonem* Θεολογίας ἀληθοῦς.

D. XXIV in *S. Meletium m.* Εἰ καὶ ϑνητῷ, Germani; in *S. Timotheum ep.* Τῷ ἀνατείλαντι: uterque deest cum nominibus.

D. XXV in *III Inventionem capitis S. Joan. Bapt.* Φωνὴ τοῦ λόγου. Calligraphus tribuit *Hagiopolitæ*, recentior manus ad marg. tribuit *Tharasio* cum editis.

D. XXVI in *S. Carpum ap.* Τοὺς πόϑῳ, Joseph: in *S. Judam ap.* Μύστα τῶν οὐρανίων: deest et nomen.

D. XXVII in *S. Helladium* Ἀνθεσι ψαλμικοῖς, *Hagiopolitæ*: deest.

D. XXVII. in *S. Therapontem* Ἱερωτάταις χορείαις, Joseph: deest etiam nomen.

D. XXIX in *S. Theodosiam* Θεός σοι, ϑεοδοσία.

D. XXX in *S. Isaacium* Τὸν τῆς ἐρήμου, *Hagiopolitæ:* deest.

D. XXXI in *S. Herminm m.* Δεῦτε φιλέορτοι: deest.

ANIMADVERSIONES

De ætate Codicis ad rem hæc initio libri animadvertit Philippus Vitali hieromon. « *Liber hic scriptus fuit anno a mundi creatione ,ςφπβ'. sexies millesimo quingentesimo octuagesimo secundo et a Nativitate Domini millesimo septuagesimo quarto. Die enim trigesima huius mensis Maii legitur eodem charactere scriptoris libri huius id quod sequitur.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκοιμήθη ὁ κὺρ σωσίπατρος ἰνδ. ιβ' ἔτ. ,ςφπβ'.» Scilicet *Hac ipsa die vita functus est dominus Sosipater indict. XII ann.* 6582. At mihi melius dixisset librum scriptum esse *non post* illum annum.

Idem scriptor ad d. X. in marg. superscripserat grandioribus literis: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἁγ. Κατάλδου. *Eodem die S. Cataldi* (ep. Tarantini). Huius memoriam ad diem VI. h. mensis reperimus in Menolog. Cod. Γ. α. VI.

CODEX DECIMUS

Δ. α. X.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVIII, constans foliis 133, longitud. metri 0, 34, latitud. 0, 23, bono charactere et a peritis ma-

ximi existimato exscriptus; cuius grandiores literæ minio cunctæ pictæ ad imitationem scriptorum sæculi XIII, maxime vero Joannis Rossanensis, ducuntur.

Menaeum *Junii* est, idemque pluribus recentioribus vetustius, e vetustis enim subreptum nobis fuit aliud exaratum, uti dicitur, ab Ignatio monacho ad aetatem superiorum. Excipit tantum Κανόνας seu hymnos, eo quod, cum in libris hisce choralibus literarum forma amplior effici cœpta est a saeculo scil. XVII vel XVIII, tum, ne eorum volumen nimis excresceret, τὰ στιχηρὰ seu rhythmicos modulos cantandos ad *Vesperas* et *Laudes* in propriis libris exscribendi mos invaluit, de quibus non multo inferius agendum erit. Interea igitur conferimus hymnos huius Menaei cum aliis in Edit. Veneta exceptis.

Die I in *S. Justinum et socc. Mm.* Μαρτυρικαῖς.

D. II in *S. Nicephorum ep.* Τὴν πρᾶξιν, Theophanis.

D. III in *S. Lucillianum* Λόγου σε τοῦ θείου, Theophan. Editio contra habet: ποίημα Ἰγνατίου.

D. IV in *S. Mitrophanem* Μετὰ τῆς ἄνω.

D. V in *S. Eustathium* Τὴν τῶν πατέρων: deest etiam nomen.

D. VI in *S. Dorotheum ep. et m.* Δῶρον θεοῦ πανμάκαρ, Josephi: in Editione datur die V.

D. VII in *S. Theodotum Ancyr.* Θεολαμπῆ σε ἀστέρα, Josephi: deest hoc die.

D. VIII in *S. Theodorum Stratilatum* Μαρτύρων περιφανῶς.

D. IX in *S. Cyrillum ep. Alexandr.* Θεόθεν τὸν φωτοδότην, Theoph.

D. X in *SS. Alexandrum et Antoninam* Ὑμνοις ἐπαινέσαι, Joseph.

D. XI in *SS. Barptolom. et Barnab. app.* Ὁ προγνώστης πάντων - Ὡς ἀνὴρ ὑπάρχων, Theophanis; alius Δόξης ἀῤῥήτου: Barptolomaei, ineditus.

D. XII in *S. Onuphrium* Ὅλον χριστὸν.

D. XIII in *S. Aquilinam* Δεδοξασμένη χριστῷ, Joseph.

D. XIV in *Elissæum proph.* Χαίροις, ὦ Ἐλισσαῖε, Joan. monachi.

D. XV in *S. Vitum* Ζῶσα πηγὴ: deest etiam nomen.

D. XVI in *S. Amos proph.* Ἀνακαθάρας μου, in *S. Tychonem m.* Τῷ θρόνῳ τοῦ θεοῦ, Joseph: habetur d. XV.

D. XVII in *SS. Emanuel et socc. mm.* Ἀσωμεν ἅσμα πάντες: deest etiam nomen.

D. XVIII in *S. Leontium* Νόμοις ἐγκωμίων, Joannis monachi.

D. XXIX in *S. Fortunatum ap.* Τῶν ἀγαθῶν, Joseph: deest etiam nomen.

D. XX in *S. Methodium ep.* Τρίβου συντονωτάτης.

D. XXI in *S. Julianum* Ἱεροῖς εὐφημείσθω, Joan. monachi.

D. XXII in *S. Basilium Patellariæ* Βασιλευόντων: deest etiam nomen; in *SS. Michaëlem et Gabrielem* Πάντες ἀνυμνήσωμεν: nihil hoc die.

D. XXIII in *S. Agrippinam* Τῷ φέγγει της χάριτος, Theophanis.

D. XXIV in *S. Joannis Natio.* Ως ὄρθρος, Joannis Monachi; alius Κοσμεῖται τὴν χάριν, Georgii.

D. XXV in *S. Febroniam* Υπέρμαχε δόξης.

D. XXVI in *S. Davidem Thessalonic.* Υμνοις τὴν φωτοφόρον, Joseph.

D. XXVIII in *S. Hypatium m.* Τὸν θεῖον ἀθλητήν, Joseph: deest etiam nomen hoc die.

D. XXIX in *SS. Petrum et Paulum* Δόξης ἀπαύγασμα, Barptolomaei, ineditus; alius Ασωμαί σοι, κύριε ὁ θεός μου: deest.

D. XXX in *S. Paulum* Ωσπερ ὄντα καλόν, Jo. monachi; habetur die XXIX; in *SS. XII Apostolos* Η δωδεκάπυρσος, Heliae: deest.

ANIMADVERSIONES

Explicit liber cum hac memoria Calligraphi authographa: Εγράφη ἡ βίβλος αὕτη χειρὶ Αθανασίου τοῦ πραιπσίτου ἐν ἡμέραις τοῦ εὐλαβεςάτου πατρὸς Βαρθολομαίου τοῦ Οὐλερίκου καθηγουμένου τῆς περιβλέπτου μονῆς τῆς Κρυπτοφέρρης ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ζσμβ'. τῆς δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως ᾳψλδ'. ἰνδικτ. ιβ'. *Scriptus est hic liber manu Athanasii praepositi in diebus religiosissimi et sapientissimi patris Barptolomaei Ulterici abbatis insignis Monasterii Cryptae ferratae anno a conditione mundi* 7242, *ab Incarnatione vero D. N. I. C.* 1734 *Indict. XII.* Deinde duo iambi appinguntur:

Αἶνος θεῷ χάρις τε καὶ δόξα πρέπει
τῷ δόντι θέρμα τῆς γραφῆς φθάσαι σθένος.

Laus et gratiae decent Deum, qui dat virtutem, ut quis ad finem scripturae veniat.

Et infra ipsius scriptoris in laudem subscriptum est:

Αθάνατον Αθανασίου τὸ μνημόσυνον
Immortalis Athanasii memoria.

Inde nota subnectitur φίλιππος βιτάλης. *Philippus Vitalis*, qui illa superscripserat.

Qui merito valde suspexit *Athanasium Pellegrini*, cum et multos libros optime exarasset ad septuagenariam usque aetatem provectus, deinceps nobis cunctos recensendos. Hoc autem opus, uti alia plura, placuit Vitalio pro re nata corrigere et augere ex Codicibus Barberinae Bibliothecae, cui ipse praeerat, praecipue vero e Codice 90.

Porro Cod. Menaei deperditi, qui nunc asservatur in Biblioth. Vaticana, reliquit epigraphem calligraphi D. Romanus Vassalli (Conf. Cod. E. δ. IV. fol. 11), quae ita se habet: Κύριε Ιησοῦ χριστὲ, τοῖς ἐμοῖς πόνοις δίδου χάριν καὶ ἴασιν Ιγνατίῳ μοναχῷ καὶ ἐλαχίςῳ ἀβαπρεσβυτέρῳ παναμαρτωλῷ διὰ τὸν θεόν. Κύριείμου ἀδελφοὶ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε, καὶ μὴ καταρᾶσθαι (sic) διὰ τὰ σφάλματα, ὅτι ἐγὼ ἰδιώτης ὢν, ἀλλὰ προτραπὴς παρὰ τοῦ πνευματικοῦ ἡμῶν πατρὸς κύρ. Νικολάου ἔγραψα. Ετελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον μηνὶ ἀπριλλίου ἡμέρᾳ β'. ὥρ. γ'. ἐπὶ ἔτους ,ςχ'. ινδ. εἰ' (sic). *Domine Jesu Christe, concede laboribus meis gratiam et salutem Ignatio indigno monacho ac minimo Abbate-presbytero valde peccatori, propter Deum. Domini fratres mei, legentes orate, ac nolite me execrare propter errata, quoniam ego idiota sum, sed scripsi flexus a patre nostro spirituali Domino Nicolao. Absolutus est liber hic mense Aprili die II hora III anno* 6600, *Indictione quintadecima.* Hoc porro anno, iuxta periodum Christianam, 1092 exscriptus est Codex iste, dum forte Nicolaus I nondum hegumeniam inierat, sed tantum *pater spiritualis* nempe *confessarius* in Monasterio esset. Quod autem Ignatius appellet se *abba-sacerdotem*, scrupulus nemini ingeratur dubitandi an Abbas seu hegumenus fuerit, nam e serie abbatum a Nilo ad Nicolaum tresdecim hos omnino extitisse docemur quos inter nullus Ignatius recensetur. Credam potius hunc honoris caussa abbatem dictum esse, uti olim insigniores e monachis Abbas dicebantur, eo magis qui sacerdotio praeterea ornabatur. Multo minus mihi persuaderi potest, Ignatium fuisse XVI Ab. ut ait D. Rom. Vassalli (Cod. Δ. δ. X. f. 68 a t.), nam quis facile crederet Ignatium, qui scribebat an. 1092, eumdem esse qui Abbas praerat an. 1154, qui deinde sese abdicavit ?

CODEX DECIMUS PRIMUS

Δ. α. XI.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI labentis, constans foliis 135, longitud. metri 0, 22, latitud. 0, 16, exscriptus a Sophronio hieromonacho, qui e superioribus plures exaravit bono usque charactere, quamvis in istius ornatibus non admodum elegans existat.

Menæum *Julii* est, quod accipe, quos excipiat hymnos collatos cum Edit. Veneta.

Die I in *SS. Cosmam et Damianum* Δυὰς φωτοειδής, Joseph: deest.

D. II in *Depositionem Deiparæ vestis* Τὴν χάριν ἡ Θεοτόκος, Georgii: deest; alius Ετοῖτά σου σεπτήν, Josephi, cum Cont. magno, quod deest.

D. III in *S. Hyacinthum* Σὲ τὸν διαυγείᾳ, Theophanis.

D. IV in *S. Andream Cret.* Ὕπνον ἀπὸ βλεφάρων.

D. V in *S. Stephanum et socc. Mm.* Τῆς Ἐκκλησίας, Theodoti: deest etiam nomen.

D. VI in *S. Sesoëm* Πάθεσι νεκρωθέντα, Hagiopolitæ.

D. VII in *S. Cyriacam* Χαρμονικῶς ἐπὶ τῇ, Joseph; deest.

D. VIII in *S. Procopium* Πλουσίαις μαρμαρυγαῖς, Hagiopolitæ.

D. IX in *SS. Patermuthium et Coprim Mm.* Ὠφθη ἡ πανέορτος, Joseph: desunt etiam nomina; in *S. Pancratium ep.* Ὑπέρτιμον λίθον τε, cum Contacio magno, quod deest.

D. X in *XLV Martyres Nicopolis* Θεοφρόνως πιστοὶ, Theophanis, sed editio habet: Ιω. μοναχοῦ.

D. XI in *S. Euphemiam* Σήμερον οἱ πιστοὶ, cum Cont. magno: deest utrumque.

D. XII in *SS. Proclum et Hilarium* Συνόντες τῷ θεῷ, Joseph.

D. XIII in *S. Petrum Cretensem* Φωστὴρ ἐξανέτειλας: hoc die deest nomen; in *SS. Patres Calcedonenses* Πεφυτευμένοι πίστει: deest.

D. XIV in *S. Aquilam ap.* Τὸν ἱερὸν, Joseph.

D. XV in *S. Josephum Thessalonic.* Μίαν τρισυπόστατον, deest etiam nomen; in *SS. Quiricum et Julittam* Κηρύξαντες λόγον, Joseph.

D. XVI in *S. Athenogenem* Τάξεσιν ἀσωμάτων, Joseph.

D. XVII in *S. Marinam* Χορεύουσα μάρτυς, cum Contacio magno quod deest.

D. XVIII in *S. Aemilianum* Αἰνέσωμεν σήμερον, Joseph, idemque cum magno Contacio, quod deest.

D. XIX in *S. Macrinam* Νυμφίον τὸν ἄχραντον, in *S. Diam* Τὸν ἀσκητὴν τὸν, deest.

D. XX in *S. Helium proph.* Ἀδειν προειρημένοι, Hagiopolitæ, cum Contacio magno, quod deest.

D. XXI in *S. Symeonem Salum* Μεθέξει τῆ πρὸς τὸ θεῖον.

D. XXII in *S. Mariam Magdal.* Ταῖς θείαις εὐπρέπουσα, Theophanis.

D. XXIII in *S. Apollinarium* Ἀρρά-ου καὶ θείας, Barptolomæi: deest etiam nomen; in *S. Phocam* Ὑμνῆσαι προθυμουμένῳ, Joseph: deest. Primum ex his una cum hymno in *S. Vitalem* Latina quoque versione donatum edidit Joseph Cozza in op. cl. D. Farabulini « *Sermoni ed Inni in onore di sant' Apollinare.* » Romæ 1874.

D. XXIV in *S. Phantinum* Ταῖς φωτοβόλοις, Joseph: deest etiam nomen; in *S. Christinam* Χρη-αῖς ταῖς, Joseph: deest.

D. XXV in *S. Olympiadem* Χάριτι θείᾳ: deest etiam nomen; in *S. Annam* Πταισμάτων συγχώρησιν, in *S. Eupraxiam* Ὡς θεῖον καλλώπισμα, Clementis: deest etiam nomen.

D. XXVI in *S. Joan. Neolauritam* Ελπίδι τῆ εἰς θεόν: deest etiam nomen; in *S. Parasceven* Σὲ τὴν τρισυπό-ατον, cum Cont. ὨΙδή: utrumque deest.

D. XXVII in *S. Hermolaum* Ὑμνοις τὴν φωτοφόρον, Joseph: in *S. Panteleemona* Προσελθὼν προθύμως, Theophanis.

D. XXVIII in *SS. Prochorum et Nicanorem* Μεθέξει τῆ πρὸς τὸ θεῖον, Joseph.

D. XXIX in *S. Theodotam* Τῆς θείας φωτοδοσίας: deest; in *S. Callinicum* Ἁρματι νοητῷ.

D. XXX in *SS. Silam et Silvanum* Παρι-άμενοι θρόνῳ, Joseph.

D. XXXI in *S. Eudocimum* Ὑψηλὸν τόν, Joseph.

Fol. 133 v. et deinceps sufficiuntur *Photagogaria* et *Contacia*, quæ in textu omissa fuerant.

CODEX DECIMUS SECUNDUS

Δ. α. XII.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI, constans foliis 174, longitud. metri 0, 23, latitud. paullo plus 0, 15, optimæ notae. Characteris forma, protomarum decorationes, teste ibidem quoque P. Vitali, præmonstrant nobis calligraphum esse Sophronium, at certe quidem unum ex scriptoribus sub ab. Nicolao.

Lamentamur id unum, quod usus et attritus pagellas omnes plus æquo fœdaverint, quasdam vero perdiderint, quarum defectui posteriores monachi scriptis adiectis chartis occurrerunt, at ita uti quo primo scriptore seriores, eo deteriores esse liquido appareant.

Menæum *Augusti* est, cuius hymnorum catalogum accuratus dabit Index cum collatione editionis Venetæ.

Die I in *SS. Maccabæos* Μωσέως τὰ δόγματα, Andreae.

D. II in *SS. VII pueros* (dormientes) Τὴν θείαν καὶ φωταυγῆ, Joseph: deest etiam commemoratio; in *Translat. reliquiarum S. Stephani* Ακτινοβόλοις ἀστραπαῖς, Theophanis.

D. III in *SS. Isaacium, Dalmatum et Faustum* Φωτὶ τῷ θείῳ, Joseph.

D. IV in *S. Eudociam* Φαιδρὸς ἐξανέτειλεν, in *Ezechielem prophetam* Θέλοντι εὐφημῆσαι: desunt etiam nomina.

D. V in *S. Eusygnium* Ταῖς πανευκλεεστάταις, Joseph.

D. VI in *Transfigurat. D. N. J. C.* Τὸ μωσέως, Andreæ; alius Ρήματα ζωῆς, Cosmæ mon. deest uterque canon; alius Μωσῆς ἐν θαλάσσῃ, Joan. mon. cum Contac. magn. acrost. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν, quod deest.

D. VII in *S. Dometium* Πρὸς τὸν χριστόν: Editio habet πρὸς τὸν θεόν.

D. VIII in *S. Aemilianum ep.* Ταῖς ὑπερκοσμίοις.

D. IX in *S. Matthiam ap.* Ὑμνοις σοῦ τὴν φωτοφόρον.

D. X in *S. Laurentium* Λειμῶνι τῆς τρυφῆς. Theophanis, cum Contacio Ωδὴ, quod deest.

D. XI in *SS. Photium et Anicetum Mm.* Φωτοχυσίαις: deest. Cfr. diem XII.

D. XII in *S. Euplum m.* Ταῖς φωτοβόλοις: deest. Cfr. diem XI.

D. XIII in *S. Maximum* Ολην μαι, Joan. mon. cum Cont. Ωδὴ, quod deest. Cfr. diem XII.

D. XIV in *Profestum Deip. Dormitionis* Τάφῳ παρθενοδόχῳ, Theophanis: deest.

D. XV in *Deiparæ Dormitionem* Χορεῖαι νοεραί, Georgii, et alius Πεποικιλμένη, Cosmæ mon. deest uterque; alius Παρθένοι νεάνιδες, Jo. mon.

D. XVI in *S. Diomedem* Φωτὶ αὐγαζόμενος, in *Deip. Dormit.* Καταχρέως δέσποινα, Theophanis: deest.

D. XVII in *S. Heliam Calabrum* Τὸν πρὶν παραζηλῶν, Procopii: deest; in *Deip. Dormit.* Πανηγυρίζοντες: deest.

D. XVIII in *SS. Florum et Laurum Mm.* Ταῖς φωταυγέσιν, Joseph; in *Deip. Dormit.* Η θεοδείγμων κιβωτός: deest.

D. XIX in *S. Macarium Byzantinum* Ταῖς θείαις καλλοναῖς: deest etiam nomen; in *Deip. Dormit.* Ὑμνοις τὴν σήν: deest.

D. XX in *S. Andream stratilatum* Ὑμνῆσαι τὴν ἱεράν, Joseph: deest etiam nomen; in *Samuelem proph.* Τῷ τὴν ἄγνωστον, Joan. mon. deest.

D. XXI in *S. Thaddæum ap.* Θρόνῳ τῷ τοῦ δεσπότου, Joseph.

D. XXII in *S. Agathonicum* Εν τῇ λαμπρότητι: deest; Cont. magn. in *Deip. Dormit.* Cosmæ: deest.

D. XXIII in *S. Luppum m.* Ὑμνοῦντι τὴν φαιδράν, Joseph. Cfr. d. XXII.

D. XXIV in *S, Titum ap.* Παντίοις χαρίσμασιν. Cfr. d. XXV.

D. XXV in *S. Barptolomœum ap.* Υπέρτιμον λίθον σε, Barptolomæi ab. ineditus. Sed præter stichéra quatuor et Odas quatuor Canonis, nec non quidquam aliud seriore manu suffectum, omnia elapsa sunt.

D. XXVI in *SS. Hadrianum et Nataliam* Εν τῇ νυκτί με τοῦ βίου.

D. XXVII in *S. Pœmenem ab.* Θέρμη τοῦ παρακλήτου.

D. XXVIII in *S. Moysen Aethiopem* Δήγματι ἁμαρτίας.

D. XXIX in *Decapitat. S. Joan. Bapt.* Τὸν ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, alius Τῷ τῆς ἐρήμου, cum Contac. mutilo habente acrostichidem: Τοῦ ταπεινοῦ: deest cum Canone.

D. XXX in *SS. Or et Orepseum Mm.* Αγγέλων σὺν τοῖς, Theophanis: desunt etiam nomina.

D. XXXI in *Depositionem Cinguli b. Mariæ V.* Ισχύν με θείαν, Joseph; alius Περικαλλύνη - Αμριτωνεῖτο. Cfr. diem XV.

ANIMADVERSIONES

Officium in *SS. Hadrianum et Nataliam*, quod suffectum est foliis bombycinis, apographum est *Thomae sacerdotis*, qui extitit sæc. XVI vel XVII ineunte et idem officium inseruit in Cod. Anthologio Δ. δ. I.

Aliud officium quod pone subsequitur in *S. Pœmenem* sin minus calligrapho, at non profecto multa differt ætate.

CODEX DECIMUS TERTIUS

Δ. α. XIII.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI, complectens folia 211, longitud. metri 0, 23, latitud. 0, 18, optimo charactere, nitido nempe, æquali, bene composito et minuto exaratus, Capitales quæque literæ ex minio sunt.

Incipit hinc series Menæorum ad usum olim Monasterii S. Heliæ Carbonensis in Calabria. Deest Menæum *Septembris*, reliquorum est hoc igitur *Octobris* primum. At in volumine accedit alterum *Novembris*, utrumque aliquantum deficiens. Multa stichéra habet, quædam etiam musicis signata notis. Ex hymnis eos notabo dumtaxat, qui in serie præcedenti Menaeorum Cryptæferratæ desint, eosdem cum Edit. Veneta conferendos.

Fol. 1. præcurrit catalogus Sanctorum mensis *Novembris*, sed mox fol. 2 incipit mensis *October* principio mutilus.

Die III in *S. Dionysium* Η ὑπερκόσμιος. Germani: deest.

D. IV in *SS. Florentium et socc. Mm.* Ταῖς φωτοβόλοις, Joseph: desunt etiam nomina; in *S. Petrum Capitolium* Αρχὴ, Jo. mon. deest.

D. XVII in *SS. Cosmam et Damianum* hymni duo, quorum alter

Joseph, at desunt utriusque initia. Sancti in Edit. nominantur d. I Novembris, at ibidem hymni absunt.

D. XVIII in *S. Lucam* (præter relatum in Men. Cryptofer.) alter hymn. Αρμα τοῦ θεοῦ, alius Τὸν συγγραφέα, uterque deest.

D. XX in *SS. Apostolos Tertium et Marcum* Τοὺς φωταυγεῖς, Joseph: desiderantur etiam nomina.

D. XXI in *S. Hilarionem* datur alter hymnus initio mutilus, qui in Edit. deest.

D. XXII in *S. Aberchium* alter hymn. Αἰγλῃ φαιδρᾷ, Joseph.

D. XXIII in *S. Ignatium ep.* Ταῖς ὑπερκοσμίοις, Joseph: deest.

D. XXV in *SS. Aretham et socc. Mm.* alter Διόλου τῷ φωτὶ, Joseph: deest, et eorum commemoratio datur die XXIV.

D. XXVI in *S. Demetrium* alter hymnus Δοξάσας τοῖς, Theophanis: deest.

D. XXVII in *SS. Capitolinam et Erotiam* Συνεχόμενον, deest.

D. XXX in *S. Marcianum ep.* Χορεύων ἐν φωτὶ, Theophanis; alius Θρόνῳ παρισ-άμενος, Joseph: uterque deest.

Die I mensis Novembris in *SS. Cosmam et Damianum* hymnus alter Εὔηχον ἐγκωμίων, alius Αφθονοτάτην: deest uterque.

D. III in *SS. Acepsimam et socc. Mm.* Αἰγλη τρισηλίου, Joseph.

D. V in *S. Theodorum Ancyran.* Θείῳ τρωθεὶς, Theophanis: deest.

D. VII in *SS. XXXIII Martyres* Ασματικήν: desunt etiam nomina.

D. VIII in *SS. Angelos* Τοὺς νοεροὺς, Clementis; in *S. Matronam* Τάξεσιν οὐρανίοις: alter *in Angelos* Ταῖς θείαις λαμπρότησι, Joseph: alter in *Matronam* Αποθεμένη μῆτερ ὁσία, duo posteriores desunt.

D. X in *SS. Patrobam et socc. App.* Πολυθέου πλάνης: vacant etiam nomina.

D. XI in *SS. Mennam et Vicentium* Λαὸς ἱερὸς, Joan. monachi: deest; in *S. Martinum* Τράπεζαν ἀφροσύνης, alter Μάρτυσι προσ-ρέχω, in *S. Paulum Corynthium* Πρὸς τὸν βυθὸν: desunt, et S. Pauli etiam nomen.

D. XII in *S. Joan. eleemosyn.* Τῇ συμπαθείᾳ, Joseph; alius Τῇ τοῦ θεοῦ πεφωτισμένος: deest.

ANIMADVERSIONES

Fol. 126 graecis literis exarata ista leguntur: « *Questu giornu* (d. V Novembr.) *alli milli quattru centu vinti tre anni de la incarnazioni a lli duve indizioni lu veniridia ad ora de tertia minava lu livanti forti cu acqua: ad unu momentu mossi lu ponenti cu gran forori e cu acqua e scurau lu soli per spaciu de una ave maria cuasi chi non si vidia. Ju frati iacobu archimandritu viddi cuestu culli altri frati siendu allu monasteriu, escrissi subbitu culla manu propria mia stando attavola alla cena.* » In Catalogo Abbatum monasterii Carbonensis apud Ughelli (Ital. sacr. t. VII Episcop. Anglon.) recensetur sub num. « 32 *Jacobus Ferrarius de Carbone.* »

CODEX DECIMUS QUARTUS

Δ. α. XIV.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI, constans foliis 290, longitud. metri 0, 23, latitud. 0, 17, eodem charactere eiusdem manus exaratus, quo proxime superior.

Menæum *Decembris* est fine parum mutilum. Præcurrit catalogus Sanctorum huius mensis, ab alio confectus calligrapho, qui et Indicem menæi *Novembris* digesserat.

Recensentur hymni, qui desiderantur in Menæo Cryptoferratensi, et conferuntur cum Editione Veneta.

Die IV in *S. Barbaram* Νύμφης ἀγλαηφόρου, alius Εν οὐρανοῖς, Joseph: deest uterque in Edit.

D. V in *S. Sabam* Τὸ πέλαγος ἐρυθρᾶς, Gregorii abbatis: deest.

D. VI in *S. Nicolaum* Χερσοῦται νᾶμα, alius Δοχεῖον τοῦ πνεύματος, alius jambicus, Ὑψισ-ε μόνη, alius Ταῖς ἱεραῖς, Joseph: desunt omnes.

D. VII in *S. Ambrosium* Ταῖς θείαις, Joseph.

D. VIII in *SS. Sosthenem, Cepham et socc. app.* Σοφίᾳ καὶ χάριτι, Joseph: deest.

D. IX in *Deip. Concept.* Αννης πισ-οὶ: deest.

D. X in *S. Nicolaum* alius Τὸν μέγαν καὶ θαυμασ-όν: deest.

D. XIII in *S. Luciam* Πορφύραν σῶν, alius Απόροις πρεσβευτικῶς, Methodii: deest.

D. XIV in *SS. Thyrsum, Leucium et socc. Mm.* Θαλάμοις ἐν οὐρανοῖς: deest.

D. XV in *S. Eleutherium* Ελευθερίας τυχόντες: deest.

D. XVI in *S. Marinum* Μεγάλα καὶ ὑψηλῷ: deest.

D. XVII in *Danielem* jambicus Φῶς πνεῦμα χρισ-οῦ, Methodii; alius Γιγνοῦντα τὴν ἔνδοξον, Joseph: desunt; alius Σῶτερ εὐεργέτα, Theophanis.

D. XVIII in *S. Florum* Τὰ νοητὰ σήμερον, abest etiam nomen.

Dom. I ante Christi Nativit. Οἱ θεοκήρυκες, alius Στόματος ἐξ ἀνδρῶν: deest uterque.

Dom. II ante Christi Nativit. Βήματι πιλάτου, Clementis.

D. XIX in *Profestum Nativitatis* hymnus Αρξώμεθα σήμερον, Joseph, (Vid. d. XX.) in *SS. Bonifacium et socc. Mm.* Αἴγλῃ τῇ τῶν, Georgii; Triodium Πάντες προεόρτιον: desunt.

D. XX. in *Profestum Nativit.* Hymn. Απεγράφης καίσαρος, Dyodium: Τῷ δόγματι τῷ, aliud Ο θεηγόρος μωσῆς: desunt.

D. XXI in *Profestum Nativit.* Αγάλλου οὐρανέ, in *S. Julianam* Δεῦτε πισ-οὶ συμφώνως, alius Αγγελος οὐρανόθεν: desunt omnes.

D. XXII in *Profestum Nativit.* Χριστὸν σαρκὶ νηπιάσαντα, in *S. Anastasiam* Χαρίτων τῆς τοῦ χριστοῦ, alius Ὑμνον ἀναπέμψωμεν, Joseph: tres priores desunt.

D. XXIII in *Profestum Nativit.* Triodium Πρὸς σὲ ὀρθρίζω.

D. XXVII in *S. Stephanum* Στεφανίτα μάρτυς: deest; in *Octavam Christi Nativit.* Δόξα ἐν ὑψίστοις χοροί: deest; in *S. Theodorum graptum* Τὸν τίτλον τῆς σῆς, Theophanis.

D. XXVIII in *Octavam Nativ.* Ἀσωμεν τῷ κυρίῳ: deest.

D. XXIX in *Innocentes* Τὸν γεννηθέντα, Germani: deest.

ANIMADVERSIONES

Quaedam compacta hinc inde libro folia sunt, de quibus ratio habita est in Serie III Cod. B β. XXVI, ubi error irrepsit, signato A. α. XIV pro Δ. α. XIV.

Fol. 7. In marg. superiore notatur: « Τῇ αὐτῇ ἡμέρα (β' Δεκεμβρ.) ἐκοιμήθη ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ ἱερεὺς βαρθωλομαιος. *Eodem die* (2 Decembr.) *obiit frater noster et sacerdos Barptolomaeus.* »

Fol. 9. ad marg. inferior. græce scribitur notitia, quae mox explicatur:

Eodem die (III Decembris) *obiit abbas noster Caesar Rogerius. Obiit in civitate Neapolitana. Mense Decembris d. XV. Pilciao* (?) *lo pose sotto il Card. di S. Severina, et li monaci ebbero gran travalgio* (sic), 1570. Equidem, credo, indicationem anni referri non ad annum emortualem, sed ad diem quo idem abbas Commendatarius (in ord. fuit XXXII.) Monast. Carbonensis subjici coactus est Cardinali S. Severinæ, Vid. UGHELLI ad Episcop. S. Severinae.

Fol. 18. v. Haec eadem historiola iteratur graecis literis, idiomate vero partim graeco, partim italico. Ita vertam: *Mensis Decembris* (d.) *III obiit abbas noster Caesar Rogerius, obiit Neapoli. Beati fratres, dum vixit abbas Rogerius. Polychronius hieromonachus d. X mensis Decembris posuit eum sub Card. S. Severinæ..... cum regnaret Philippus Austriae et Pontifex esset Pius V, anno MDLXX.* »

Hymnos duos in *S. Ambrosium*, qui insunt hoc in Menæo sub die VII, tum quidquid est hymnologiæ in S. Doctorem apud Codd. Cryptoferratenses, edidit JOSEPHUS COZZA ab. Cryptofer. typis Abbatiæ an. 1878, uti parergon Editionis Mediolanensis opp. ejusdem S. Patris.

Postremo animadvertendum, ex hoc Menæo hymnum in Deiparam immaculatam incipientem Αννης πιστὶ editum primum esse, latine versum, notis instructum, italico metro donatum a hieromonachis nostris THEODORO TOSCANI et JOSEPH COZZA in suo opere: « *De Immaculata Deiparae Conceptione Hymnologia Graecorum.* Romæ Typis S. Congr. de Propag. Fide. MDCCCLXII. »

CODEX DECIMUS QUINTUS

Δ. α. XV.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI, constans foliis 236, longitud. metri 0, 24, latitud. 0, 18, ab eodem calligrapho Carbonensi eademque elegantia characteris, qua ille ne unguem quidem excessit, ac diligentia exaratus.

Menæum *Januarii* est, et Menæa Cryptoferratensia superat hisce, quos notaturus sum, hymnis cum Editione Veneta de more conferendis.

Die I Triodium in *Profestum Epiphaniæ* Τῷ δόγματι: in *S. Basilium* Ο τὴν κτίσιν απασαν, Joseph, alius jambicus: Αναρχον ὄντα: cuncta desunt.

D. II in *S. Sylvestrum* Υιοθετήθης τῇ χάριτι, Joseph: alius in *Profest.* et *S. Sylvestrum* Τὸν ἄφατον: deest; in idem *profest.* Triodium Τῆς πίστεως. Vide diem III.

D. III in *Profestum* Canon Ω φιλέορτοι δεῦτε: deest.

D. IV in *Profest.* Χριστὸς μολεῖ: deest; in *S. Theoctistum* Τῆς τρυφῆς χειμάῤῥους.

D. V in *S. Paulum Theb.* Παῦλον τὸν. Vid. diem XV.

D. VII in *Octavam Epiphaniæ* Ο δι' ἡμᾶς: deest.

D. VIII in *Octavam* Φῶς ἐκ φωτὸς: deest.

D. IX in *Octavam* Φαιδρὰ ἡ πανήγυρις: deest.

D. X in *S. Gregorium Nyssenum* Τῷ ἀνατείλαντι: deest.

D. XI in *Octavam et S. Helladium* Χριστὸς βαπτίζεται: deest etiam Sancti nomen.

D. XIV in *SS. Abbates* Ασκήσει φωτοηδεῖς, Joseph: deest.

D. XVII in *S. Antonium* Τὸν πολιτὴν τῆς: deest.

D. XXV in *S. Gregorium Nazianzenum* Θεολόγοις ἄσμασιν, Andreæ: deest.

D. XXVII in *S. Jo. Chrysostomum* Πλοῦτον ἐναπέθου, alius Ρύσιον ἀγμηρῶν, Georgii: deest.

D. XXXI in *SS. Cyrum et Joannem* Τοῦ χριστοῦ τὴν: deest.

ANIMADVERSIONES

Græcis literis terræmotus quidam notatur in fol. 114 ad calcem. « *Anno incarnazione* 1466 *de lo nostru Signori Gesù Cristu* 14 *indiz. fu lo terramotu per totu lu rrennu in tempu de papa Paolo secundo, rinnando lo serenissimo Ferdinandus de raona de dia mercurij mesonictos* (mezza notte) *alli* 15 *de lo mesi di gennuari.*

Latinis literis conscripta alia epigraphe ad calcem fol. 169 v. legitur: « *Ano dni* 1523 *die XX janrii fuit factus corus et talamus istius Ven. monasterii Santi helie de Carbono sub presidatu Excellis Rmi Dmi Jois Jesualdi M. D. xxiij.* » Hic extitit in serie abbatum commendatar. quadragesimus primus (Ughelli loc. cit. in Cod. Δ. α. XIV).

Denique in folio 141 inscribitur græce: Εκειμήθη ὁ δεύλος τεῦ Θεεῦ ἀντώνιος ἱερομναχὸς ἐν τὴς μονής (sic) τεῦ ἁγίου προφήτου ἠλίου ἐκ τῆς χώρας Καρβουνίου ἐν μήνι (sic) ἰαννουάριο εἰς ταῖς (sic) ις' ἐν ἡμέρα ε'. ὥρα τῆς ἡμέρ. δ'. ἔτο ἰνδ. γ. αφνε'. « *Obiit servus Dei Antonius hieromonachus in monasterio S. prophetae Heliae e terra Carbonii mense Jannuario, die XVI, feria V, hora diei IV anni indict. III.* 1555. » Error irrepsit in indicatione feriæ, quæ eo anno quarta incidit in diem XVI illius mensis.

CODEX DECIMUS SEXTUS

Δ. α. XVI.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI, constans foliis 144, longitud. metri 0, 24, latitud. 0, 18, eadem præstantissimi Calligraphi manu exscriptus.

Menæum *Februarii* venit, cuius quidquid peculiare excipiat, syllabus exhibebit juxta methodum invectam.

Die II in *Hypapanthem Domini* Ὡς τοῦ νόμου, alius Ἀγάλλου καὶ σὺ πρεσβύτα: Andreae.

D. III in S. *Symeonem* Φωτίζου ὁ πυρωθείς, Joseph: al. Ἀγκάλαις δεξάμενος, Andreae: deest uterque.

D. V in *S. Agatham* Ὑμνοις πιστοὶ: deest.

D. VII in *S. Parthenium* Τῆς εὐσεβείας: deest; in *S. Theodorum* Θεοῦ σε, Theophanis: hoc die ne nomen quidem.

D. VIII in *S. Achillem* Αἴδτε ἄναρχε.

D. XI in *S. Blasium* Ὑψηλῷ τῷ θρόνῳ, alius Οἱ εὐσεβῶς, alius Αἰνέσεως συμφωνίαν, alius Τὴν χάριν: desunt omnes.

D. XVII in *S. Mariamnam* Μόνε χορηγὲ, Joseph: deest.

D. XIX in *SS. Maximum et socc. Mm.* Συνόντες τῷ χριστῷ, Joseph: deest.

D. XX in *S. Leonem Catan. ep.* Ανω λειτουργεῖς: deest.

D. XXI in *S. Timotheum in Symbolis* Αἴγλῃ φωτιζόμενος: deest.

D. XXIV in *Inventionem capitis S. Jo. Bapt.* Ο τῆς ἀβάτου: deest.

D. XXVII in *S. Marcianum* Εὐάρεστον θεῷ: deest etiam nomen.

ANIMADVERSIONES

Fol. 17 v. legitur: « *A die* 3 *februarii* 11. *Indiz.* 1523 *fu trapassato Zelletto, che a dado la vigna alli monachi et la casa allo monasterio, et orto per li monachi: arecordatevi alli tre* (intendi *del mese*) *de fareli la memoria per frate et per lo patre et per la matre:*» E regione folii græce idem habetur.

Fol. 82. Aliud mnemosynon legimus græce scriptum, sed nos tradimus italicis literis: *Avti iméra* (In questo giorno, 14 Febr.) *anno della incarnazione Mille cuattrucento 29 indizione 7 lu archim*(*andrita*) *Iacobu recippì lu tenimentu de la Sperella, siendu lu giornu de santo Valentinu catà latinon* (secondo i Latini) *lu giurnu de lunidia.* » Infra vero forte ab ipso archimandr. subscriptum fuit: « *Anno MCCCCXXIX io archimandrita Jacovo Ferraro ho ricuperato seu ricevuto il territorio della Sperella.* » De hoc abbate aliud etiam retuli in Cod. Δ. α. XIII.

Fol. 86. Alia item donatio facta Ven. Monasterio Carbonensi italice legitur: « *Nel libro Condachiario cioè libro delle lettioni dei Santi di tutto l'anno, in greco è scritto questo: Alli IX del mese di Decembre MCCCCLIX Indizione settima, regnando Ferdinando d'Aragona Io fra' Romano Priore e Coadiutore di S. Elia di Carboni ho ricevuto lo tenimeno de Cocchara* (sic) *et lo tenimento seu la metà del monte che teneva Hercole Sanseverino per forza et ..... stato della Chiesa et era stato posseduto pria di trecento anni;*

e questo sia per memoria et in questo anno sopradetto fu creato papa Pio II et il re fu incoronato per mano sua dentro Barletta; et li infradetti territorii et monte sono stati anticamente della chiesa di S. Elia di Carboni.

Fol. 114. Græcis literis italico vero idiomate scribitur: Μηνὶ τὸ αὐτὸ κβ. « (*Nello stesso mese ai 22*) *fo pigliato Bisignato* (sic) *e fo posto a saccu, anno incarnazioni de lu Signori nostru Gesù Cristu* 1461, 8 *indizione.*» Recentior manus infra interpretatur: « *L'anno MCCCCLXI alli XXII di Febraro indizione ottava fu saccheggiata et abruggiata la città di Bisignano nella provincia di Calabria.* »

E fronte huius epigraphes alia italica inscribitur græcis literis, sed melius vulgaribus referenda: « *Alle XXII de Feb. allucescendo cascao lo trogo allo campanile de santo Elia e trapassao la cappella e cascao alla sala de li monaci, e non fece male a nullo delli monaci e fece tre aperture allo campanile* 1566. »

Fol. demum 51 in fastigio paginæ græcis de more litteris epigraphe italica datur, quam mox vetusta interpretatio sequitur: « ✠ *Anno domini millesimo cuatracentesimo* 32 *inditione* 10 *fu arsu monti Claru. MCCCC XXXII s' arse monte Chiaro et si habitò Carboni.* »

CODEX DECIMUS SEPTIMUS

Δ. α. XVII.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI, excipiens folia 247, longitud. metri 0, 24, latitud. 0, 18 ab eodem, quo Codices quatuor superiores, calligrapho Carbonensi exaratus.

Uno volumine duo Menæa, *Martii* scilicet et *Aprilis* continentur. Cryptoferratensibus Menaeis ista præstant in iis quæ præbet Index, comparatus cum Editione Veneta.

Die IX Martii in *SS. XL Martyres* Θεὸν ἡμῖν, alius Πάτερ υἱὲ καὶ τὸ πνεῦμα, Georgii: deest uterque.

D. X in *S. Codratum* Τῆς τῶν μαρτύρων, Clementis: deest.

D. XV in *S. Aristobulum ap.* Ἀνατραφεὶς: deest.

D. XVI in *S. Thomam ep. CP.* Ὡς ϛήλην: deest.

Die XX in *S. Jacobum ep.* Τὸν φωτισμὸν, alius in *S. Benedictum* Ὑμνολογεῖν, Joseph: hic hymnus datur d. XIV.

D. XXII in *S. Cyriacum ep.* Μάρτυς ἐν: deest etiam nomen.

D. XXVII in *S. Matronam* Ταῖς θείαις τῶν.

Die I Aprilis in *S. Mariam Aegyptiacam* Ἀγλαΐας τῆς πλησιφαοῦς. Joseph archiep. Thessalonic. Edit. tribuit *Theophani*; alter Συνεπάγη πρὸς ἑαυτὴν. Uterque est alius ab hymnis in Cod. Δ. α. VIII relatis.

D. II in *SS. Amphianum et Aedesium Mm.* Τῷ φωτὶ λαμπόμενοι. Joseph: deest.

D. III in *S. Nicetam* Νεοφανὴς, Clementis: deest.

D. IV in *S. Gregorium a M. Malo* Τρισσοφαεῖ.

D. V in *SS. Claudianum et socc. Mm.* Τὸν δρόμον, Joseph.

D. VII in S. *Calliopium M.* Καλῶς τὸν ἀγῶνα.

D. VIII in S. *Rufinum* Ἐξανέτειλεν ἡμῖν: deest.

D. XII in S. *Basilium ep. Parii* Τὸ ἄφραστον φῶς σοι.

D. XIII in S. *Martinum* Ἀνοίγων τῆς: deest.

D. XV in S. *Crescentium M.* Κροτήτωμεν εὐσεβῶς, Joseph.

D. XVII in S. *Agapitum papam* Ἀγαπητὸν: deest; in S. *Symeonem* Στέφανον ἀφθαρσίας, Joseph.

D. XVIII in SS. *CCC. Martyres* Φαιδρῶς ἑορτάσωμεν: deest etiam commemoratio.

D. XIX in S. *Paphnutium M.* Δεῦτε τὴν ἐτήσιον.

D. XXIII in S. *Georgium* Θερμοτάτῃ, Theophanis.

D. XXIV in S. *Sabam M.* Σὺ τὴν ἡμῶν: deest hoc die etiam nomen.

D. XXV in S. *Marcum* Ὡς ἥλιος μέγας, Joseph: deest.

D. XXIX in SS. *Martyres Cyzici* Ταῖς θείαις, Joseph: deest etiam memoria eorum.

D. XXX in S. *Jacobum* Ω φιλέορτοι: deest.

ANIMADVERSIONES

Menæum Martii mensis præcurrit tum *syllabus Sanctorum in menses Martii et Aprilis;* tum duo folia compacta ex *Triodio*, quæ excipiunt stichera notis musicis consignata *in Dominicam Publicani et Pharisæi* exarata, uti videntur, saec. XII.

Ibidem mnemosynon adest saec. XV, sed ita abrasum, ut non situm sit legi: atque item aliud ad libri finem.

Aliud vero fol. 112 graecis literis conscriptum ita se habet: *Die primo mensis Aprilis* (sic) *decime indictionis millesimo quadragentesimo sessagesimo secundo fo facta la campana grossa de santu Luca per manu de frati Marinu.*

CODEX DECIMUS OCTAVUS

Δ. α. XVIII.

Cod. ms. membran. græcus saec. XI, constans foliis pergamenicis 72, longitud. fere metri 0, 23, et latitud. 0, 18, mutilus initio et fine, non malo quidem charactere exaratus, at in præsens ita membranæ usu detritus et iampridem consumptus, ut aliquot in locis atramentum sit restitutum. Maiores vero literae e sandarachino colore ductae sunt.

Menaeum *Augusti* exhibetur, cuius variationes a Cod. Δ. α. XII resumam, et cum Editione conferam.

D. XIII in S. *Maximum* Ὅλην μοι: tribuitur Theophani. Editio contra dat Joanni monacho.

D. XIV in *S. Michœam proph.* Ὡς ἔσοπτρον, Theophanis.
D. XVII in *S. Myronem M.* Αἶνον θεῷ, Joseph.
D. XX in *S. Samuelem proph.* Τὴν ϛεῖράν μου, Joseph.
D. XXIX in *Decapitat. S. Joan.* Τὸν ἀπὸ νηδύος, Theophanis.

ANIMADVERSIONES

Inter foll. 54 et 55, parvus quaternio chartaceus insertus est, excipiens recentiori charactere exscriptum Officium in *SS. Hadrianum et Nataliam;* cuius hymnus, ignoto auctore, incipit: Αὔλου καὶ καθαρᾶς. quem vide sis jam notat. in Cod. B. β. VIII.

Fol. 63. v. datur alius hymnus in *S. Euplum*, cuius memoria recolitur d. XII in Edit. d. XI, et incipit: Τῷ ἔπλῳ τοῦ ϛαυροῦ, Joseph.

Fol. 66. Additur officium in *LXIII Martyres qui in civitate Hierosolyma a Saracenis martyrium subiere.* Hymnus incipit: Τῷ πηγάζοντι, et tribuitur *Symeoni monacho.*

Ad marg. superiorem fol. 39 ista memorantur: Ἐκοιμήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν βαρθολομαῖος πρεϛῶς τῆς νέας Ὁδηγητρίας ἐν ἔτει ϛχλη' ἰνδ. η'. ἐν αὐγούϛῳ μηνὶ ιθ'. ἡμέρᾳ τρίτῃ, ὥρᾳ θ'. *Obiit pater noster Barptolomæus Novæ Hodegetriæ, anno* 6538 (1130), *indict.* 8, *mense Augusto, die XIX, feria III. hora IX.* Emortualis epocha heic consignatur illius præstantissimi Conditoris et Abbatis Monasterii S. Mariæ *Neodegetriæ* prope Rossanum, qui postea titulo et cultu Sanctorum donatus officium in hunc ipsum diem habere meruit.

Hoc vero mnemosynon, facile mihi persuadeo, iam tum ab interitu brevi elapso tempore adiectum fuit, cum nec *Sancti* titulo decoraretur: adeoque ætas Codicis confirmatur, uti exaratus sit certe non post, at fortasse ante illum annum. Item facile credam, Codicem esse Cryptoferratensem, ut qui ad d. XXV in *S. Barptolomæi ap.* præsefert Hymnum eumdem qui præbetur in nostro Cod. Δ. α. XII sub nomine *Barptolomæi*, scilicet Abbatis huius Cœnobii.

CODEX DECIMUS NONUS

Δ. α. XIX.

Cod. ms. membran. græcus saec. XII, constans foliis 137, longitud. metri fere 0 27, latitud. 0, 19, composito nitidoque charactere exaratus ab eodem calligrapho, qui Cod. Δ. α. XXI elaboravit mox describendum. Quae rubro colore scribi solent, sandaracha heic conficiuntur.

Excipit fragmenta Menaeorum *Novembris* mensis et *Decembris.* Conferam cum Codd. supra descriptis et cum Edit. Veneta.

Incipit mensis November ab ineunte hymno in *SS. Acyndinum et socc. Mm.* qui in Menaeis inest.

D. III in *SS. Acepsimam et socc. Mm.* Τὸν ἥλιον ἔχοντες, Theophanis: deest.

D. V in *S. Agathangelum* Συμφώνως πάντες: deest.

D. VI *S. Matronam* Τάξεσιν οὐρανίαις, Joseph. Datur d. IX in Edit. et VIII in Codd.

D. VII in *SS. XXXIII Martyres Melitinæ* Δεῦτε πιϛοι.

D. VIII in *SS. Angelos* Σαλπίσας, Georgii: deest.

D. IX in *S. Eustoliam* Ω ψυχή, in *S. Theoctistam Lesbii* Η τῶν ἐγκωμίων, Joannis: deest uterque.

D. X in *SS. Mennam et socc. Mm.* Λαὸς ἱερὸς, Joan. mon. deest.

D. XII in *S. Jo. eleemosyn.* Τῇ συμπαθείᾳ, Joseph.

D. XIV in *S. Hypatium ep. Gangrens.* Τὸν θεῖον ἀθλητὴν, Joseph: ne nomen quidem hoc die.

D. XVIII in *S. Romanum M.* Θεοφεγγὴς, Joseph: deest.

D. XX in *S. Gregorium Decapol.* Λελαμπρυσμένος, Joseph: deest.

Mutilus est hinc Codex usque ad d. XXVII, sed post folium unum omnino deficit Menæum *Novembris*, et parum initio etiam Menæum *Decembris*.

Die II Decembris in *S. Andronicum et socc. Mm.* Ἀγγέλων συγχορεῦ: nulla commemoratio.

D. VI in *S. Nicolaum* Στεφηφόρος βήματι.

D. VIII in *Profestum Concept.* Χαρᾶς ἡμῖν, Georgii.

D. IX in *Concept. Deiparæ* Η τοῦ κόσμου σήμερον χαρὰ, Georgii.

D. X in *Onesiphorum ap.* Χορος-ατοῦντες, Joseph: deest.

Deficit Cod. in Od. IV Canonis in *S. Aggæum proph.* d. XVI.

CODEX VIGESIMUS

Δ. α. XX.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis 119, longitud. metri 0, 25, latitud. 0, 18, charactere exscriptus mediocris notæ, neque sua laude fraudandus. Grandiores literae cunctae ex atramento confectae sunt, quaedam tantum flavo colore suffusae.

Menaeum *Januarii* est, cui priores novem dies desunt; et exeunti appinguntur quaedam de Menaeo *Februarii*, ut inferius apparebit ex collatione cum Menaeis Cryptoferrat. et Edit. Veneta. Incipit ab hymno Josephi in *S. Domnicam*, die VIII.

D. X in *S. Gregorium Nyssenum* hymnus tribuitur Theophani.

D. XVIII in *S. Athanasium ep.* Αθανασίῳ προσκομίζων, Theophanis; in *S. Cyrillum* Θεόθεν τὴν φωτοφόρον. Editio habet φωτοδότιν.

D. XX in *S. Euthymium* Λύεις τὴν κατήφειαν, Joannis monachi.

D. XXI in *S. Maximum* Ολην μοι, Joannis.

Fol. 109 incipit mensis Februarius, et die II in *Hypapantem Domini* Χέρσον ἀβυσσοτόκον, Joannis mon.

ANIMADVERSIONES

Humilis calligraphus in suam respiciens scripturae formam in margine infer. folii 76. v. meliori charactere conscripsit: Κακὸν γραμμένον (sic) διὰ τὰ κατὰ χαράγματα, καὶ διὰ τοῦτο εὔχεσθε, πατέρες τίμιοι, ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ τάλαντος: *Male exaratum propter malos characteres, ideoque, venerabiles patres, orate pro me misero.*

CODEX VIGESIMUS PRIMUS

Δ. α. XXI.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, excipiens folia 88, long. metri 0, 27, latitud. 0, 20, ab eodem optimo calligrapho exaratus, qui et Cod. Δ. α. XIX composuit.

Menaeum *Februarii* est, praetexoque tenui ornatu initium ducit. Conferam cum Codd. superioribus et Editione Veneta.

Die I in *Profestum Hypapantes* Ἀσμαί σοι.

D. II in *Hypapantem* Σὺν τῇ ἄννῃ: deest.

D. VII in S. *Theodorum* Ὡς φερονύμως, in S. *Parthenium* Τῷ φωτὶ, Joseph.

D. XVII in S. *Theodorum tyronem* Ταῖς θεϊκαῖς, Joseph: deest.

D. XXI in S. *Eusthatium ep.* Τὴν τῶν πατέρων, Theodori studitae: deest.

D. XXVIII in S. *Theosterictum* Ὡς ἐν ὕψει θείων: deest.

D. XXIX in S. *Gelasium M.* Αφρασον, Joannis monachi deest.

ANIMADVERSIONES

In fine extremi hymni notis scribitur epigraphe haec, quam interpretamur: Ἐγράφη ἡ παροῦσα δέλτος διὰ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ἰωάννου, φίλου εἰ καὶ εὐτελοῦς λέγου, μηνὶ ἰαννουαρίῳ τῆς ἰνδίκτου ζ' τοῦ ᾱχνη'. *Scriptus est hic liber manu Ioannis peccatoris, qui amat, licet vilissimus, sermonem. Mense Ianuario indictionis VII, anno* 6658. (1150).

Hactenus in hoc Codice id unum dolemus, quod in Odis occurrant lacunae, desint scilicet troparia, at id non tabellarii oscitantia, sed defectu Codicis, ex quo noster hic exscribebat, factum putamus, uti aliis calligraphis contigisse comperimus.

CODEX VIGESIMUS SECUNDUS

Δ. α. XXII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 90, longitud. metri 0, 24, latitud. 0, 19. mutilus initio et paucis in fine.

Scripturae ratio illud optimum scribendi genus praesefert, quod apud nos vigebat, Nicolao I Abbate.

Menaeum *Martii* est, nunc incipiens ab hymno in SS. *Cleonicum et socc. Mart.* d. III. ut in Cod. Cryptoferrat. Δ. α. VII. Conferimus cum Codd. nostris et Editione.

D. V in S. *Hesychium* Τοὺς κοσμικούς: deest hoc die etiam nomen.

D. XI in S. *Benedictum ab.* Υμνολογεῖν, Joseph.

D. XV in S. *Agapium M.* Εν τοῖς ἐπουρανίοις, Joseph.

D. XX in S. *Gerasimum ab.* Γέρα ἀθανασίας, Joseph: deest.

D. XXVII in S. *Matronam Thessalonic.* Ταῖς θείαις.

D. XXIX in SS. *Barachisium et socc. Mm.* Αἴγλῃ φωτιζόμενοι, Joseph.

D. XXX. in S. *Joannem Clim.* Εν φωτὶ, Joan. monachi: deest.

D. XXXI. in S. *Beniamin M.* Τοῦ χριστοῦ στρατιώτης, Joseph: deest.

Fol. 89. v. Priores duae Odae in *Deip. Adnunciat.* Αρχων τῶν ἄνω ταγμάτων, et deficit Codex, cui appingitur folium ex Cod. unciali duplici columna exaratum, saec. IX vel VIII, excipiens fragmentum sermonis patristici.

ANIMADVERSIONES

Ex pluribus argumentis liquet Codicem, quidquid simile exhibeat apographis Cryptoferratæ, alibi fuisse exscriptum.

Cognovit Cod. PHILIPPUS VITALI, qui postremi hymni Odas duas inseruit in suum apographum Menaeum; scribit enim ad calc. fol. 89. v. *Fragmentum huius canonis transcripsi in fine mei Menaei Martii*, quod vid. sub Cod. Δ. α. XLIII.

CODEX VIGESIMUS TERTIUS

Δ. α. XXIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI, complectens folia 230, longitud. metri 0, 24, latitud. 0, 18, parvo, ligato sed nitido quidem charactere exaratus. Quaeque grandiores sandarachino colore conficiuntur, minusculae autem atramento, sed in praesens omnino fere efflavescente.

Habentur in hoc Codice Carbonensi Menaea *Junii*, *Julii* et *Augusti* mensium, sed passim mutila, ut mox ostendit hymnorum syllabus conferendus cum singulis Cryptoferratensibus Menaeis et Editione Veneta.

Hymnus in SS. *Justinum et socc. Mm.* d. I JUNII cui pauca initio desunt.

D. V in *S. Sebastianam M.* Ἀγώνων μαρτυρικῶν, Theophanis: deest.

D. XII in *S. Onuphrium* Αἴγλη τῆς, Joannis: deest.

D. XIV in *S. Elissæum proph.* Ἀπαρχὴ τῷ θεῷ, Joannis: deest.

D. XIX in *S. Judam ap.* Μύρα τῶν οὐρανίων, Theophanis.

D. XX in *SS. Asyncritum et socc. Mm.* Ἐν θεοπνεύστοις, Joannis: desunt etiam nomina.

D. XXI in *S. Julianum m.* Ἱερὸν συνάθροισμα, Joseph: deest.

D. XXII in *S. Eusebium ep.* Τῆς κρίττονος, Georgii: deest.

D. XXVII in *S. Sampsonem monach.* Ὑμνοις τὴν σὴν, Joseph.

D. XXVIII in *SS. Cyrum et Joannem* Ἐκ θεοῦ: deest.

D. XXX in *SS. XII Apostolos* Χορείαν τῶν ἀποστόλων, Theophanis.

Fol 70. Incipit Julii Menaeum.

D. V in *S. Theodorum ep. Cyrenæ* Ἐν ταῖς λαμπρότησιν, Theoph: ne nomen quidem.

D. VI in *S. Agnam et socc. Mm.* Ἀγνὸν χριστὲ, Joan. abest et nomen.

D. VII in *SS. Isaurum et Peregrinum Mm.* Ο νοσυμένοις: nomina quoque desiderantur.

D. VIII in *S. Procopium* Η αἴγλη τοῦ, Theophanis: deest.

D. XVI in *S. Antiochum* Θαλάσσης εἰδωλικῆς, Theoph. hoc die abest etiam nomen.

D. XIX in *S. Dium* Διόλου, Theophanis.

D. XXIII in *S. Trophimum et socc. Mm.* Ἀσμαί σοι κύριε, Theoph: nihil hoc die.

D. XXVI in *SS. Hermolaum et socc. Mm.* Τοὺς νοητοὺς, Georgii: deest.

D. XXXI in *S. Gelasium m.* Ἀφατος, Theophanis: nihil.

Fol. 149. Incipit Menaeum Augusti.

D. XIII in *S. Maximum* Τῆς ἀνωτάτου σοφίας, Theophanis: deest.

D. XVIII in *SS. Florum et Laurum Mm.* Δυὰς μαρτύρων.

D. XXI in *S. Bassam* Τὴν σὴν εὐφημοῦντι, Theoph.

D. XXII in *S. Agathonicum* Αἴγλη θεαρχικὴ, Theophanis.

Desinit Codex cum die XXX, qua recolitur *Depositio cinturæ b. Virginis.*

ANIMADVERSIONES

Codex hic, siquis alius, quammultis noticiis passim ditatur, quarum quae prima recurrit, quaeque vetustior ac maioris momenti ad aetatem Codicis confirmandam, ea est, quae ad calcem fol. 9. v. hisce verbis incipiens: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ηλθ... *Eodem die* (scilicet V. Iunii) *ven...* et desinit hisce aliis ,ςχζ' ἰνδ. ιζ. (anno) sexiesmillesimo sexcentesimo septimo, indictione decima septima, qui annus respondet iuxta periodum nostram anno 1099.

Ad calcem fol. 19 graecis literis vulgaris inscriptio datur: Μηνὶ τῷ αὐτῷ εἰς τὴν θ', ὥρα κ'. (Eodem scilicet die IX hora XX)

de li IX de li presenti mesi de iunio alle XX ora venne una terramuta di grandini con grandissime tronura e lampi, pareva tutto il mundo essire scurato, e trovandosi frate Pietru ferraro diacono di pistula intro il campanaro sonava la campana ad timpesta, cascò il trono dentro il campanaro: feci cascare la campanella, passào la sacristia là cesia: u timore grandissimo per tutto il monasterio: tutti stramortiti: il ditto frate pietro lo trovammo morto dentro lo campanaro: stetti morto per spazio de una ora: come piazi alla volontà de Idio e di la Verzine Maria e di santo lia (Elia) *se ne surgità e con grandissimo timore videndo questo grandissimo miraculo io frate antonio ò scritto ut supra.* ᾳ φ ο γ′ (1573).

In marg. superiori ad fol. 33 nuncium mortis ita graecis literis indicatur: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἁγ. μάρτυρος βήτου ᾳ φ μ′. (Eodem die S. Viti martyris, videlicet XV Junii 1540) *fo defunto frate Vito de Carbone, lo quale abi piandato lo portone de la fornazi: in questo dì trapassò.*

Aliud item praebet margo superior foliî v. 46. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ (Eodem die, scilicet XII Junii) *fu morto frati donatu de santu Ciricu, indizioni* πέντε (quinta).

Aliud habetur in super. marg. ad fol. 56. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ (Eodem die, XXVI Junii) *dì dominicze fu mortu frati Ambrosio de carbuni... a indizioni* πέντε (quinta).

Fol. 80. Hæc tantum habet: Τῇ αὐτῇ ἡμέρα ἐκημήθη νικολ: μινισκαλ. *Eodem die* (V Junii) *decessit e vita Nicol. miniscal.*

Fol. 116. v. Graecis scripta literis leguntur: *Alli* ιθ (19) *di lu mesi di Giulio santo lia* (Elia) *fezi un miraculo alla vespra presenti tutto lo populo lo anno de li milli et* ε (5) *cento et* ι (10) *terza, decima indizioni.* Cetera male legi sinunt.

Fol. 183. Sub die XII Augusti eadem scripturae ratione legimus: «*A questo medesimo giorno, quando correva lo mellesimo* ᾳ. φ. ν. η′. (1558) *fo morto signore Annebálle coppula, barone de misianellu, maritu de signura dià nora* (sic) *de Rugeriu.*»

CODEX VIGESIMUS QUARTUS

Δ, α. XXIV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII vel IV. *palimpsestus* fere totus, constans foliis 181, longitud. metri 0, 24, latitud. 0, 19, parum initio mutilus, bono nitidoque exscriptus charactere, cujus grandiores quæque literæ atramento quidem ductæ sunt, sed intra nimio suffusæ.

Menæum duplex est, *Decembris* scilicet et *Januarii*. Variationes a Menæis superioribus et Edit. Veneta notabo.

Die VI in *S. Nicolaum* Νῦν ἐξαίτω, alius Πάτερ Θεοφόρε: deest uterque.

D. IX in *Deip. Concept.* Η τοῦ κόσμου. Hic editus est hymnus, uti ceteri in *Deip. Concept.* in Hymnolog. cit. et ad fidem Codd. Cryptofer. tribuitur Joseph, credo equidem, ep. Thessalonicensi.

D. X in *SS. Mennam et soce. Mm.* Νενικηκότες: deest.

Dom. I ante Chr. Nativit. Τῷ ῥυσαμένῳ: deest.

Dom. II ante Chr. Nativit. Φόβῳ σοὶ θανάτου: deest.

D. XIX *Triod. in Profestum Nativit.* Η ἀπόῤῥητος. Vide in Menæis diem XX.

D. XXIX in *Innocentes* Νεοποιεῖται ἡ κτίσις, Theophanis.

Fol. 98. Incipit Menaeum Januarii.

Die I in *S. Basilium* Σοῦ τὴν φωνήν.

D. VI in *Epiph. Domini* Βυθοῦ ἀνεκάλυψεν.

D. XI in *S. Theodosium Cœnobiarcham* Τὸ τῆς ἐρήμου: deest.

D. XIV in *SS. Abbates* Τῷ ἁγιάσαντι πάλαι: deest.

D. XVI in *S. Petrum,* quando vinculis solutus est ab Angelo, Πέτραν ζωῆς: deest.

D. XVIII in *SS. Athanasium et Cyrillum* Ἀθανασίῳ.

D. XXIV in *S. Xenem virg.* Τῇ θείᾳ τοῦ: deest.

D. XXVII in *S. Jo. Chrysostomum* Χρύσεον στόμα: deest.

ANIMADVERSIONES

Ex schedis Josephi Ab. Cozza fragmentum epistolæ hoc in Codice refero (nimirum in fastigio fol. 180. v.) sed græce tantum: Τῷ παναγιωτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ καθηγουμένῳ πατρὶ κύρῳ Λουκᾷ ἱερομονάχῳ..... τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ανδρέου τῆς μηκρᾶς νήσης (νική)τας εὐτελὴς ἱερεὺς καὶ τοῦ αδρι... τηνωσικῶς ἐν κυρίῳ προσαγορῶ προσκυνήσας. Γνωρίζω συ (σει) ὡς πατέρα φιλόστοργον, ὅτη (ὅτι) ὁ Ιω(άννης) ὁ αππ..... τῆς ἐγκλισι(ας) πραγμά(των) κακῶς πολιτεύεται καὶ κλυν.... καὶ πάντας τοὺς καλ.. ευρου... ἐν τῷ πολλ.... αλλισος.... νυμφους, ω(ὅ)τι οὗτος εὑραδι..,, καὶ αδην πῶς πολιτεύεται ἐγκλησία συ.....

Non multa subsunt, sed nondum mihi explorare licuit. Character pertinere videtur ad saec: XIV.

Ad eamdem referenda sunt epocham quae continuo latino sermone praecurrunt. « *Hoc est pactum quod pepigit presbyter S... Mariae matris meae... et stephano.. consessu (consensu) et volumptate aliorum sacerdotum eiusdem eccl. sanctae, videlicet presbytero Antonio, presbytero Iohanni de Claradia, et presbytero Adolfo ut det eis uncias aureas quatuor et.... et ipsi debeat facere bulichias abietis, et trabes quatuordecim in ligno sufficientes pro servizio ipsius ecclesiae et debeat praeparare dictam ecclesiam sanctae Mariae..... praeparata est ecclesia S. Iohannis hospital sanctae.... aut..... et debeat deportare ipsa lignamina usque ad locum ubi dominus Johannes... panallo accipit aquam a flumine Sagni pro molendino suo cum omnibus expensis eorum dictorum.. et sociorum suorum salv... quae debent dare dicto presbytero victum dicto Antonio et sociis d.. autem et ipse fuerit... dare etiam eis antequam eant in ipso fundo unciam auream unam et quid.. residuum dictae unciae cum fuerit eis necesse in ipso fundo: et si contingat quod aliquis ipsorum sociorum exsient ex hac vita, quisquis successerit in ipsa ecclesia, teneatur dicere magistris sicut supra est notatum. Similiter et si aliquis dictorum magistrorum, decesserit qui eorum..... apparebit, teneatur similiter operari, sicut supra est notatum. et hi sunt fideiussores dicti presbyter Johannes, presbyter Antonius et presbyter Johannes de Claradia et dict..... fideiussor et Jacotius, Johannes de aujonica pro ipso pacto adimplendo..... iudicis paterni pbu. simoniis malaque..... facinora..... conar..*

CODEX VIGESIMUS QUINTUS

Δ. α. XXV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 134, longitud. metri 9, 27, latitud. 0, 20, carens folio primo et aliquot extremis. Characteris bono genere gaudet, ex quo quidquid in plurimis minio solet, heic sandaracha parum diluta scribitur.

Menaeum *Septembris* est Cryptoferratensis monasterii in usum.

Collatus Menaeo illi quod *Sophronius* exarasse visus est (Cod. Δ. α. 1), hos plures hymnos exhibet notatu dignos, videlicet:

Die I in *Indict. et SS. Martyres* Δέσποτα καὶ κτίστα: deest; alius in *S. Symeonem* Δίδου μοι ἐν ὀργάνῳ, Jo. mon. alius in *SS. Mulieres* Στερρῶς τὸν ἀντίπαλον.

D. II in *S. Mamantem* Τοὺς οὐρανούς.

D. III in *S. Anthimum* Ανθήσας ἱερῶς, Joseph.

D. VI in *S. Michaëlem archang.* Τὸν ἀρχηγὸν τῶν ἀγγέλων, Joseph; in *Angelos* Ταῖς θείαις λαμπρότησι, Joseph.

D. VII in *Profest. Nativit. Deip.* Τὸ φῶς τὸ: deest.

D. XII in *S. Autonomum* Αἴγλῃ θεαρχικῇ, Jo. monachi; in *S. Coronatum* vel *Cornutum ep.* Στέφει σε μαρτυρίῳ, Joseph: deest.

D. XIII in *Encœnia Eccl. S. Anastaseos* Ἁσμαί σοι: deest; in *Cornelium* Ταύτην σου τὴν φωσφόρον, Joseph.

D. XVII in *SS. Sophiam et filias Mm.* hymnus, alias notatus, tribuitur Theophani vel Jo. monacho.

D. XIX in *SS. Trophimum et socc. Mm.* Επινικίους: deest.

D. XX in *SS. Eustathium et socc. Mm.* Τῷ λόγῳ τὸ τῶν παθῶν μου, Theophanis.

D. XXII in *S. Phocam* Φωτός σε: deest.

D. XXV in *SS. Sabinianum et Paulum Mm.* Εἰδωλικοῦ, Theophanis: deest.

D. XXVI in *S. Joannem Evang.* Εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις: deest; in *S. Nilum* Ρίζας παθῶν, Barptolomaei, ineditus.

D. XXVII in *S. Callistratum* Καθαρθεὶς: deest. Deficit Codex ante canonem alias cit. diei XXVIII.

ANIMADVERSIONES

Fol. 32. v. Hymno in *Profestum Nativ. Deiparae* praefigitur epigraphe: Βαρθολομαῖος μοναχὸς Κρυπτοφέρρης ἐποίησεν. « *Barptolomaeus monachus Cryptoferres fecit.* » In fine autem subnectitur: Αἰωνία σου ἡ μνήμη ἅγιε Βαρτολομαῖε, *Aeterna memoria tua, sancte Barptolomæe.* » Hic est IV Abbas Monasterii nostri, eiusdemque secundus conditor.

CODEX VIGESIMUS SEXTUS

Δ. α. XXVI.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI vel XII, constans collectis ac male pessumdatis foliis 56, longitud. metri fere 0, 21, latitud. 0, 16, praeter quinque folia sursum deorsum discissa. Charactere non bono exaratur, et atramento item grandiores conficiuntur literae lineolis duplis signatae.

Menæorum *Septembris* et *Octobris* sylloge est, quorum, teste Matio, primum a die XXIII usque ad XXX protenditur, alterum vero a die I ad XIV.

Porro die XXX Septembris habetur in *S. Gregorium Armenum* hymnus Τριάδι τῇ σεπτῇ, Joseph.

Die autem V Octobris in *S. Charitinam* Ἐκ μυστικῶν, Georgii: deest.

D. VII in *SS. Sergium et Bacchum* Δυάδα ἐν ἐγκωμίοις: deest.

D. VIII in *S. Pelagiam* Πλημμυρῶν: deest.

D. XII in *S. Anastasiam* Ταύτην τὴν φωτοφόρον, Joseph: deest hoc die etiam nomen.

D. XIII in *SS. Carpum et Papylum* Καταυγασθῆναι: et deficit Codex.

CODEX VIGESIMUS SEPTIMUS

Δ. α. XXVII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 97, longitud. metri 0, 23, latitud. 0, 17, charactere eodem, quo proxime superior, vel non admodum absimili, rudiore scilicet et negligentiore, exaratus.

Menologium est, *epitome Menæorum*, sed hoc est fragmentum, excipitque aliquot Sanctorum memorias in mensium *Novembris, Decembris, Januarii, Februarii, Martii, Junii, Julii* et *Augusti* dies. Hymnos, quos antea in Codd. non reperi, cum Venet. edit. conferam.

Die XXV Novembris in *SS. Clementem et Petrum epp.* Ἱερουργὸν καὶ θαυμαστὸν, Joannis monachi: deest. Vid. d. XXIV.

D. XXX in *S. Andream ap.* Ὁ τῆς πίστεως στύλος.

Die VI Decembris in *S. Nicolaum* Διηγεκῶς, Joseph: deest.

D. XXIV in *Pervigilio Ch. Nativit.* Ἀρχὼν ἐξ Ἰούδα, (Joseph).

D. XXIX in *Innocentes* Ἡρῴδης: deest.

Die VII Februarii in *S. Theodorum* Ὡς τοῦ κυρίου θεράπων: deest.

D. XI in *S. Blasium* Τὴν χάριν: deest.

D. XII Junii in *S. Onuphrium* Αἴγλη τῆς τριλαμποῦς: deest.

D. XXIX in *SS. Petrum et Paulum* Παράσχου μοι, κύριε: deest.

CODEX VIGESIMUS OCTAVUS

Δ. α. XXVIII.

Cod. ms. membran. graecus, constans foliis omnino 32. Fragmentum est Menaei *Octobris*, officia aliquot dierum excipiens in plures

Sanctos. Porro Codex eiusdem dimensionis est, eiusdemque prorsus calligraphicae manus atque Codex Δ. α. XXV, quem supra descripsi, ideoque Cryptoferratensis. Ex hymnis notabo, conferamque cum Edit. Veneta eos dumtaxat, quos antea nondum reperi.

Die V in *S. Charitinam* Ταῖς σαῖς με, Joseph.

D. X in *SS. Eulampium et Eulampiam* Τῷ πόθῳ τῷ τοῦ χριστοῦ: deest.

D. XI in *S. Zenaidem* Η τῶν ἀφθόνων χαρίτων, Georgii: deest.

D. XII in *SS. Probum, Tarachum et Andronicum* Χοροὶ ἀγγέλων, Georgii: deest.

D. XVIII in *S. Varum* Αναφανεὶς, Joseph; sed apparet ab Od. VII. Vid. in Edit. d. XIX; in *S. Joëlem* Χορὸς ἡμῶν, eodem die.

D. XX in *S. Artemium* Τὴν θείαν σου, Theophanis: deest.

CODEX VIGESIMUS NONUS

Δ. α. XXIX.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 36, longitud. metri 0, 22, latitud. 0, 18, pulchro et bene composito charactere exscriptus. Maiores pleraeque literae sandaracha, minutae ceterae flaviusculo colore et in praesens rutilante exarantur.

Fragmentum Menaei *Maii* est, officia Sanctorum habens a d. I ad XIV non expletum. Menaeis nostris plures hos hymnos exhibet, quos conferam cum Venetis.

Die IV in *S. Nicephorum Ab. medicensem* Νίκην χρις-ὸς: deest.

D. VII in *Crucis apparitionem* Εφανας ἐπὶ γῆς, Joannis mon.

D. XI in *S. Mocium* Αθλητικὸν στέφανον: deest.

D. XIII in *S. Alexandrum* Τῷ φωτοφόρῳ: deest etiam nomen.

CODEX TRIGESIMUS

Δ. α. XXX.

Cod. ms. chartaceus graecus, sæc. XIX, complectens folia omnino 115, longitud. m. 0, 37, latitud. 0, 24, alto sed ligato itemque composito charactere exaratus ab Antonio Hieromonacho Cryptoferratensi. Præcurrit operi universo duplex effigies SS. Cyrilli et Methodii mediocri pennicillo ducta a Michaële Gimenes, pictore præsertim in vetustis picturis imitandis perito.

Prope imaginem pagella prima titulum libri rubrum exhibet: ΜΙΚΡΟΝ ΑΝΘΟΛΟΓΙΟΝ εἰς χρείαν τῶν μοναζόντον τῆς Κρυπτοφέρρης περιέχον ἀκολουθίας ιβ' τῶν ἁγίων, τινὰς μὲν νεωστὶ ποιηθείσας, ἄλλας δὲ ἐκ τῶν παλαιῶν βιβλίων μεταγραφείσας, ἡγεμονεύοντος τοῦ αἰδεσιμωτάτου πατρὸς ἡμῶν Ιωσὴφ β', ἐν ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ,ζτπθ', τῆς δὲ σαρκώσεως τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ,αωπα': PARVUM ANTHOLOGIUM *ad usum monachorum Cryptæ ferratæ excipiens XII officia Sanctorum, aliquot quidem nuperrime composita, alia vero e vetustis libris exscripta, cum abbatiam regeret Rmus pater noster Joseph II, an. a creatione mundi septies millesimo, trecentesimo, octogesimo, nono, incarnationis autem Domini et Dei et Salvatoris Nostri Jesu Christi millesimo, octingentesimo, octogesimo primo.*

Fol. 5. die XII *Septembris*, officium S. AUTONOMI EP. et M. exscriptum e Cod. Δ. α. XXV.

Fol. 12. d. II *Januarii*, off. S. SYLVESTRI TROYNENSIS. Hymnus incip. Εθελξέ σε ὁ θεῖος. Cum scriptori codex nullus suppeteret, exscripsit ex editione officii S. P. Rom. an. 1624.

Fol. 21. eodem mense d. XXIV off. S. PAULAE viduæ Romanae. Hoc universum composuit calligraphus. Hymnus incipit. Προλάμπει τὸ ἦμαρ.

Fol. 33. d. XXIV *Februarii*, officium S. JOANNIS THERISTAE, opus S. P. N. Barptolomaei abb. exscriptum e Cod. Δ. δ. X.

Fol. 44. d. XII *Martii*, off. S. GREGORII PAPAE, opus Stephani, quod calligraphus exeruit e Cod. Δ. α. VII.

Fol. 55. eod. men. d. XV off. S. EUPHRASII M. quod elucubravit idem calligraphus: hymnus autem incip. Ασωμεν ἀθλοφόρῳ.

Fol. 65. d. VI *Maii*, in S. JOBUM proph. hymn. deductus e Cod. Δ. α. IX.

Fol. 71. eod. mense d. X in S. SYMONEM AP. hymnus exscriptus ex Cod. superiore.

Fol. 76. eod. men. d. XI in S. MOCIUM presb. et M. hymnus exsertus e Cod. Δ. α. XXIX.

Fol. 82. eod. m. d. XXVIII off. SS. PP. THEODULI ET ANDREÆ cognomento *Sali*, quod compinxit calligraphus. Hymnus incip. Υμνων διπλοῦν.

Fol. 91. d. V *Julii* off. SS. CYRILLI ET METHODII epp. ac Slavorum app. opus calligraphi, et hymn. incip. Υδωρ πικρὸν τοῦ βίου.

Fol. 103. d. XVII *Augusti*, off. S. HELIAE in *Salinis*, opus Procopii, cuius hymnus incip. Τὸν πρὶν παραζηλῶν, e Cod. Δ. α. XII.

ANIMADVERSIONES

Libri huius compingendi occasio ex eo arrepta est, quod calligraphus iussus esset a Josepho ab. officium componere in honorem SS. CYRILLI ET METHODII juxta mentem SS.

Patris Nostri Leonis papae XIII, qui d. III Octobris an. 1880 et laudes horum Sanctorum mirifice concinnavit in literis Encyclicis incipp. *Grande munus*, et cultum in Ecclesiam catholicam confovere studuit.

Officia autem cetera confecta sunt ab eodem hymnographo devotionis ergo in *Sanctos Paulam, Euphrasium, Theodulum et Andream*. Alterius enim corpus reconditum est sub altari dextro Ecclesiæ nostræ, exhumatum e Cœmeterio S. Saturnini, reliquorum autem festum jampridem, sed absque officio proprio, apud nos habebatur, præsertim vero *Theoduli et Andreae*, quorum nomina inserta sunt in Typico S. Barptolomæi. Quod postremum ita latuit editores Bollandianos, ut Andreæ *seiuncti ab aliis Sanctis illius diei* vitam in Corollario pone darent, quoniam illis *legitimum eius verumque cultum in Constantinopolitana Ecclesia* esse non satis constaret.

CODEX TRIGESIMUS PRIMUS

Δ. α. XXXI

Cod. ms. bombyc. graecus saec. XVI, complectens folia 241, longitud. metri 0, 21, latitud. 0, 15, mutilus parum initio, et passim infra, exaratus an. 1593 a Luca Felice Tiburtino, praeposito Cryptae Ferratae, calligrapho ea aetate praestantissimo, qui hoc in Cod. peculiari peritia et diligentia usus est.

Menologium dicitur, seu epitome officiorum ex quibuslibet anni mensibus, hoc autem a die VIII *Septembris*, ex quo inceptum est, percurrit per praecipuas anni festivitates. Collatum opus cum hymnis mensis *Septembris* supra relatis hos praeterea exhibet.

D. XI in *S. Heliam* in *Salinis* Χαρμονικῶς σὺν ἀσωμάτων, alius Τὸ σῶμα μου πλήρωσον.

D. XXVI in *S. Nilum Abbatem* Σωφρόνως ἐπαναστὰς, Sophronii monachi Cryptoferraten.

November habet festa in dies 20, 21, 22. Et quaedam alia festa dantur ex aliis mensibus. Mentionem meretur officium in *S. Barptolomœum*, Abbatem Cryptoferrat. appactum fini libri sub die XI *Novembris*. Hymnus 1. Τὴν σὴν πρὸ πάντων, alius Δόξης ἀῤῥήτου, Lucae abbatis: uterque ineditus.

CODEX TRIGESIMUS SECUNDUS

Δ. α. XXXII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 120, longitud. metri 0 32, latitud. 0, 23, composito et pulchro charactere exaratus, eodemque adeo minuto, ut in quavis pagella ducantur lineae decies septenae, et cum exaretur duplici columna spatio distincta, quæ-

vis linea supra decies ternas literas excipiat. Quae rubre scribenda sunt, sandarachae dantur, grandiores autem quaequae literae manum exhibent Codd. Δ. α. XXV et XXVIII, ut saltem ad eam scholam referendus Codex esse videatur.

Menologium mutilum initio et fine est, excipiens officia multa in festa mensium *Octobris, Novembris* et *Januarii*. Si quid hymnorum supra descriptos Codd. Cryptoferr. et Carbonenses habeat, id unum erit notandum, et cum Menæis Venet. conferendum.

D. VI Octobris in *S. Thomam ap.* Δεῦτε τὸν ἀφειδῆ: deest.
D. VIII in *S. Pelagiam* Ἐξέφυγες πελαγία: deest.
D. XXVI *Pro magno terræmotu* Ὡς φοβερὸς: deest.
Die VII Novembris in *SS. XXXIII Martyres* Δεῦτε πιστοὶ.
D. VIII in *SS. Angelos* Πάντες ἀνυμνήσωμεν.
D. X in *SS. Olympiodorum ap. et socc.* Θεοῦ πεφυκότες, Joseph.
D. XIII in *S. Jo. Chrysostomum* Ἐκ τῶν ἀναγκῶν με, Joseph: deest.
D. XX in *Profestum Præsent. Deip.* Ἁγίων εἰς ἅγια: Joseph.
D. XXX in *S. Andream ap.* Τὴν τεθολωμένην.
D. VI Decembris in *S. Nicolaum* Στεφηφόρος.
Dom. I ante Chr. Nativit. Πατράσιν ὕμνον, Joseph.
Dom. II ante Chr. Nativit. Φόβῳ σοι θανάτου.
D. XXVI in *S. Josephum sponsum Deip.* Χριστοῦ θεράπων, Joseph.
Die II Januarii in *Profestum Epiphaniæ* Αἰσθανόμενος, Joseph.
D. III in *Profestum Epiph.* Ἀναφανεὶς: deest.
D. IV in *S. Photirium* Ἡ φωσφόρος: deest.
D. V in *S. Gregorium Acritensem* Τῷ φωτισμῷ, Joseph: deest; in *Profestum Epiph.* Εὐφραινέσθω ἡ γῆ: deest.
D. VIII in *SS. Julianum et Basilissam* Στεφανοκομισάμενος, Joseph: deest.
D. XVI in *S. Petrum* Πέτρα στηριζόμενος. Deficit Codex in d. XXX.

CODEX TRIGESIMUS TERTIUS

Δ. α. XXXIII.

Cod. ms. chartaceus graecus sacc. XVIII, constans foliis 49, longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 21, optimo calligrapho, quem alias laudavimus, exaratus.

Liber Στιχηρῶν (τροπαρίων) *sticherorum* seu modulorum ad Vesperas ed ad Laudes Matutini, quae illo nomine dantur a voce στίχος, *versus*, quod in versus psalmorum juxta priscum morem inseruntur. Cfr. *Ho-*

rologium magn. Græcorum (Ωρολόγιον τὸ μέγα) Romæ 1876. Nos autem volumina quae τὰ στιχηρὰ complectuntur, *Sticharia* et sing. num. *Sticharion*, ital. *Sticario* nuncupamur.

Hoc porro *stichárium* excipit modulos pro mensis *Martii* Sanctorum officiis. Philippus Vitali auxit hymno in *S. Beniamin Diac. et Mart.* cuius memoria recolitur cum *Abda ep.* die XXXI h. mensis. Cfr. Cod. Δ, α. XXII.

ANIMADVERSIONES

Calligraphus pag. 81 seu fol. 44 ex alphabeti arcani (Vid. Placentinium Palæogr. græc. p. 79) mutuatis literis sese prodit adnotans: Πλάκιδος Σκιαπακάσσε ἔγραψεν αψλβ', seu *Placidus Schiappacasse scripsit* an. 1732.

Fol. eod. v. literis arcanis unius generis scripsit hos jambos.

Αἶνος Θεῷ χάρις τε καὶ δόξα πρέπει,
τῷ δόντι τέρμα τῆς γραφῆς φθάσαι σθένος.
Laus Deum et gratia et gloria decet, qui dedit virtutem adsequi scripturae metam.

Continuo vulgari charactere ita pergitur: Ἐγράφη διὰ χειρὸς Πλακίδου τοῦ Σκιαπακάσσε ἱερομονάζοντος τῆς Κρυπτοφέρρης μηνὶ μαΐῳ κη', ὥρᾳ κα', ἐν ἔτει τοῦ χριστοῦ αψλβ' ἡγουμενεύοντος τοῦ αἰδεσιμωτάτου πατρὸς ἡμῶν Δημητρίου τοῦ Τίτου. Οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ. *Scriptus est* (liber) *manu Placidi Schiappacasse monachi sacerdotis Cryptaeferratae, mense Maio* (die) *XXVIII, hora XXI, anno Christi* 1732, *abbatem agente Rmo P. N. Demetrio Titi. Qui legitis, orate pro me.*

CODEX TRIGESIMUS QUARTUS

Δ. α. XXXIV.

Cod. ms. Palimpsestus graec. saec. X, complectens multa folia, sed cultro media male mulctata ad compingendum Codicem B. β. IV, quem vide, sis, in serie notatum pag. 143. Folia sunt m. longitud. 0, 23, latitud. plus min. 0, 17, bono et composito charactere conscripta, nullo ne in grandioribus quidem literis colore distincta.

Menæum *Augusti*, cuius hymnorum initia cum fragmentis cognovi.

Die XVII in *S. Heliam Calabrum* Νέος φωστήρ, Procopii.

D. XVIII in *SS. Florum et Laurum* Ταῖς φωταυγέσιν, Joseph.

D. XXII in *S. Agathonicum m.* Εν τῇ λαμπρότητι.

D. XXIII in *S. Luppum m.* Υμνοῦντι τὴν φαιδράν.

CODEX TRIGESIMUS QUINTUS

Δ. α. XXXV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVI exeuntis, constans foliis 215, longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 20, uno charactere exaratus, quo

Codices Γ. β. XXIV et XXV, ab eodemque calligrapho, scilicet D. Paulo Bevilacqua Tusculano.

Apographon est Menæi *Septembris*, quo non modo *stichéra* et *Canones*, scilicet *moduli* et *hymni*, sed etiam *Synaxaria*, seu breves lectiones Sanctorum, excipiuntur.

ANIMADVERSIONES

Ad finem Codicis hanc epigraphen complectitur Calligraphus: Αὕτη ἡ παρεῦσα βίβλος Μήν Σεπτέμβριος, ἐγράφη, ἐτυπώθη τε, καὶ ἐκ πολλῶν βιβλίων εἰς ταύτην μόνην συλλελέχθη κατὰ τὸν τύπον καὶ τάξιν τοῦ Τυπικοῦ ταύτης τῆς μονῆς Κρυπτοφερρῆς, ἐν αὐτῇ τῇ μονῇ ὑπ' ἐμοῦ Κύρου Παύλου Βηβιλάκουα Τουσκουλανοῦ, ἱερομονάχου τῆς αὐτῆς μονῆς, τῇ ἡμέρᾳ ὀγδόῃ ἐπὶ εἰκάδι μηνὸς Ἰουνίου χιλιοστῷ πεντακοσιαστῷ ἐννενηκοστῷ ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως. Ἐρρῶσθε οἱ ἀναγινώσκοντες, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ, (alia manus adiecit) τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ. *Liber hic, Mensis Septembris, exscriptus, et ordinatus, et ex multis libris in unum confectus est ad modum et ordinem Typici Cœnobii nostri Cryptaeferratae, in eodem Cœnobio a me Domno Paulo Bevilacqua Tusculano, hieromonacho eiusdem Monasterii, die octava supra vigesimam mensis Junii, anno millesimo quingentesimo nonagesimo ab Incarnatione Salvatoris nostri Jesu Christi. Salvete qui legitis, et orate pro me servo Dei.*

Philippus Vitali adiecit duo alia officia, scilicet d. XIX *SS. Trophimi et socc. Mm.* et d. XXII *S. Phocae hierom.*

Postremo accedunt *Stichéra*, in Vesperas *Nativitatis Deiparae* exarata, uti videtur, a D. Placido Schiappacasse. Rhythmici versus distinguuntur tum commate nigro, cum *asterisco* rubro, quod unicum in nostris libris est et reperit exemplum in quodam Cod. Mosquensi Em. Card. Pitra: *Hymnologie grecque* Rom. 1867, imitante D. Josepho Cozza in Edit. Officii græci *S. Josaphati Ep. et Mart.* nec non in Edit. Horologii Magni, quam et ipse curavit.

Hic ipse ad marg. infer. folii ιε' versi sub hymnum in *S. Jo. Jejunatorem* adnotavit: Κλήμης ιβ' μακαριώτατος Πάπα ῥώμης διὰ συνοδίας τῶν Καρδινάλεων ἐκέλευσε πάλιν γενέσθαι τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν Ιω. τοῦ νηστευτοῦ, ἐν ἔτει ,αψλα', μηνὶ Μαΐῳ, ς'. ἡμέρᾳ Κυριακῇ. *Clemens XII Bmus Papa Romae e Cardinalium congregatione iussit rursus fieri Officium S. P. N. Jo. jejunatoris, anno M. DCC. XXXI, mense Maio, die VI Dominico.*

CODEX TRIGESIMUS SEXTUS

Δ. α. XXXVI.

Cod. ms. chartac. græcus sæc. XVI, excipiens folia 187, longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 21, cuius characteris ratio eadem atque Cod. superioris, eidem exigit tribui calligrapho.

Est apographon Menaei *Octobris* methodo eadem qua superius exaratum. Cum in fine præsertim folia quaedam essent elapsa, restituit sua manu Philippus Vitali qui et principio libri adiecit *Syntoma*, genus *sticherorum* concisius, in *S. Philippum Diaconum* d. XI. huius mensis.

ANIMADVERSIONES

Cum in μεταόρσει, seu *post-festo*, *S. Demetrii M.* die XXVII, occurrat hymnus confectus a PHILOTHEO Patr. CP. viro schismatico, Vitalius noster delevit verba ibi appixa: Πείημα τοῦ ἁγιωτάτου φιλοθέου πατριάρχου. «*Opus Sanctissimi Philothei patriarchae*,» quae bona fide calligraphus forte decerpserat (hunc enim hymnum in Codd. nostris frustra reperies) ab exemplari Veneto. Tum expunctor in fine libri notat: « *Die XXVII Octobris in Canone S. Demetrii Mart. deleatur tantum nomen Philothei Patriarchae Constant. Ita decretum fuit in Sacr. Congregation. Rit. Orient.* » Credo autem hanc statutam fuisse perpetuo praxim, ut cum quis in hymnos a schismaticis confectos offenderet (si tamen illi, credam, nil hæresis saperent), retentis hymnis, expungerentur e libris tantum auctorum nomina.

CODEX TRIGESIMUS SEPTIMUS

Δ. α. XXXVII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVII, constans foliis 225, longitud. metri 0, 37, latitud. 0, 27, charactere non valde quidem composito, sed qui tamen legi possit, exaratus. Habet Menæum *Novembris* mensis. Prope libri finem ita legimus: « *Hic liber scriptus a me D. Athanasio Roscio* (italice *Rossi*) *Marenensi eiusdem ordinis anno 1634, die vero 28 Julii: et quædam pars a R. D. Basilio Falasca Tusculano, ad usum monachorum monasterii Cryptæ Ferratæ: gratis propter amorem Dei beatæque Virginis Mariæ meæ advocatæ in cœlis et in terra. Amen.* »

ANIMADVERSIONES

Cum autem hic annus recurreret undecimus a martyrio S. Josaphat Ep. Polocensis, qui *Beati* nomine donatus est ab Urbano VIII anno 1643, Basilius Falasca huic libro Officium Beati Martyris adiecit, quod ratio quaedam suadet eiusdem opus extitisse. Hymnus igitur incipit: Δίπλοκον εὐσεβείας, nobis autem ante hoc tempus omnino latens, et deest tum in Menaeis Venetis, uti per se patet, tum alibi.

CODEX TRIGESIMUS OCTAVUS

Δ. α. XXXVIII.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVII, constans foliis 262, longitud. metri ferme 0, 28, latitud. 0, 21, nitido charactere exaratus.

Excipitur Menaeum *Decembris*, habens ad singula festa hymnos, stichéra et synaxaria ad eum modum, quo superiora Menæa huius aetatis exscripta sunt.

ANIMADVERSIONES

Fol. 260. v. habetur epigraphe: Αὕτη ἡ παρεῦσα βίβλος Μὴν δεκέμβριος ἐγράφη, ἐτυπώθη τε, καὶ ἐκ πολλῶν βιβλίων εἰς ταύτην μόνην συλλελέχθη κατὰ τὸν τύπον καὶ τάξιν τοῦ Τυπικοῦ ταύτης μονῆς Κρυπτοφέρρης, ἐν αὐτῇ τῇ μονῇ ὑπ' ἐμοῦ κύρου Μιχαὴλ Λοδολίνου Τουσκανοῦ τῶν νέων ὁδηγοῦ μοναζόντων μονῆς τῆς Θεοτόκου, ἐν ἡμέραις τῆς ἡγουμενείας τοῦ κύρου Ιερωνύμου τοῦ Παλλώτου Τουσκυλανοῦ, εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἁγ. μητρὸς αὐτοῦ, μηνὶ μαρτίῳ ἐν ἔτει τῆς κόσμου κτίσεως ,ζρξζ', τοῦ δὲ κυρίου χριστοῦ ἐνσαρκώσεως ,αχνθ'. ἰνδικτίονος ιβ'. Οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ. Αμήν. *Hic liber, Mensis Decembris, exscriptus, et ordinatus, et ex multis libris in hunc unum collatus est secundum ordinem et regulam Typici huius monasterii Cryptaeferratae, in hoc ipso Monasterio a me Domino Michaële Lodolino Tuscano, novorum monachorum duce* (magistro novitiorum) *monasterii Deiparae, diebus praefecturae Domini Hieronymi Pallotta Tusculani, in honorem et gloriam D. N. J. C. et sanctae Matris eius, mense Martio, anno a creatione mundi* 7167, *D. N. J. C. vero incarnationis* an. 1659, *indictione XII. Qui legitis orate pro me. Amen.*

Lodolini libro quaedam apposuit (fol. 262) D. Placidus Schiappacasse: plura vero inseruit (fol. 52 - 58), atque alia passim pro more suo e Codd. emendavit et addidit D. Philippus Vitali.

CODEX TRIGESIMUS NONUS

Δ. α. XXXIX.

Cod. ms. chart. graec. saec. XVIII, constans foliis 111, longit. metri fere 0, 28, latitud. 0, 21, exaratus a D. Philippo Vitali, charactere paullo minore, quam soleat, sed usque bene composito et correctissimo.

Excipit Menaei *Januarii* partem primam, videlicet a die I ad XV inclusive, post cuius festum venit Appendix hymnorum, qui in praecedentibus officiis continentur.

ANIMADVERSIONES

Cod. desinente, subnectitur epigraphe: Ετελειώθη αὕτη ἡ δέλτος ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἑπτάκις χιλιοςῷ διακοσιοςῷ λζ'. τῆς δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ κατὰ κάρκα γεννήσεως χιλιοςῷ ἑπτακοσιοςῷ κθ'. ινδικτ. ζ'. μηνὶ ἰαννουαρίῳ ιε', ἡμέρᾳ σαββάτου ὥρ. α' μετὰ τὴν ἡλ. δύσιν. ἐγράφη δὲ ἐν ἡμέρ. Επιφανίου ἡγουμένου ἐν εὐαγεςάτῃ μονῇ τῆς ὑπεραγ. Θεοτόκου τῆς ἐπιλεγομένης Κρυπτοφέρρης διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Φιλίππου καὶ εὐτελοῦς ἱερομονάζοντος. *Absolutus est hic liber an. a creatione mundi septies millesimo ducentesimo trigesimo septimo, a nativitate vero D. N. J. C. secundum carnem millesimo septingentesimo vigesimo nono, Indict. VII, mense Januario* 15 *die sabbato, hora* 1, *post occasum solis. Scriptus est autem diebus Epiphanii abbatis in insigni monasterio SS. Deiparae, quae cognominatur Cryptaeferratae, manu peccatoris Philippi et inutilis monachi sacerdotis.*

E regione folii ad siglam græcam nominis et cognominis Calligraphi latine additur: *Ego Philippus Vitalis Romanus scripsi an. a Nativ. Dni millesimo septingentesimo vigesimo septimo: et anno, mense et die supradicta* ἐτελείωσα (absolvi).

Mox subscribuntur arcanis literis ista: Εδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου, χριςὲ ὁ Θεὸς, ἐν τῷ γράφειν ταύτην τὴν βίβλον· σὺ δὲ, κύριε, διατήρησον αὐτὴν, σοῦ γὰρ πέλει, καὶ γὰρ ἔγραψα, ὅτι ἠθέλησας. *Dedisti laetitiam in corde meo, Christe Deus, in conscribendo librum hunc: Tu autem serva illum, tuus est enim, quandoquidem scripsi, quoniam tu voluisti.*

CODEX QUADRAGESIMUS

Δ. α. XL.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 103, eiusdem dimensionis et calligraphiae qua proxime superior. Est autem continuatio Menaei *Januarii* a die XVI ad XXXI, appendicibus variis praedita atque eodem gaudens Vitalio calligrapho.

ANIMADVERSIONES

F. 84. Habetur propria de more epigraphe: Ετελειώθη αὕτη ἡ δέλτος ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἑπτακισχιλιοστῷ διακοσιοστῷ λζ'. τῆς δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα γεννήσεως χιλιοστῷ ἑπτακοσιοστῷ κθ'. ινδικτ. ζ'. μηνὶ ἰανουαρίῳ λά, ἡμέρ. β', ὥρ. η' μετὰ τὴν ἡλίου ἀνατολήν. Εγράφη δὲ ἐν ἡμέραις Επιφανίου ἡγουμένου ἐν εναγεσάτῃ μονῇ τῆς ὑπεραγ. θεοτόκου τῆς ἐπιλεγομένης Κρυπτοφέρρης διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Φιλίππου ἐκκλησίαρχου καὶ εὐτελοῦς ἱερομονάζοντος. *Absolutus est hic liber an. a creatione mundi septies millesimo, ducentesimo, trigesimo septimo, a Nativitate vero D. N. J. C. secundum carnem millesimo, septingentesimo, vigesimo nono, Indict. VII, mense Januario XXXI, feria secunda, hora VIII post ortum solis. Scriptus est autem diebus Epiphanii Abbatis in insigni monasterio SS. Deiparae, quae cognominatur Cryptaferrata, manu peccatoris Philippi ecclesiarchae* (sacristæ maioris) *et inutilis monachi sacerdotis.*

Subnectitur eadem atque in sup. Cod. arcana inscriptio, cui tamen heic etiam additur Φιλιππος ὁ σὸς ἔγραψεν: *Philippus tuus scripsit.*

CODEX QUADRAGESIMUS PRIMUS

Δ. α. XLI.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 44, longitud. metri 0, 27, latitud. fere 0, 21, optimo charactere compositus, quodam etiam ornatu donatus.

Excipit stichéra pro festis mensis *Februarii:* atque uti usuvenit *Stichariis*, in eo habentur etiam lectiones, si quae occurrant in Vesperis, deductae ex Sacris Scripturis. Vid. Codd. Α. δ. I et seqq.

ANIMADVERSIONES

Marg. infer. fol. 43 v. subnectitur Calligraphi nomen his verbis: Πλάκιδος Σκιαππακάσσε ἔγραψε, scilicet « *Placidus Schiappacasse scripsit.* »

Pergitur inde arcanis literis: Εγράφη αὕτη ἡ δέλτος ὑπὸ Πλακίδου τοῦ Σκιαππακάσσε ἐκ κρυπτοφερρίας (sic) ἐν ἔτει τοῦ χριστοῦ τῆς γεννήσεως ,αψκη'. μηνὶ φεβρουαρίῳ ια'. « *Scriptus fuit liber hic a Placido Schiappacasse a Cryptaferrata an. a nativitate Christi* 1728. » *Mense Februario die XI.*

Mox vulgaribus literis additur distichon jambicon.

Η μὲν χεὶρ ἡ γράψασα σήπεται τάφῳ,
γραφὴ δὲ φαίνει εἰς χρόνους πλεῖστους.
Εὐχὴν ὑπὲρ ἐμοῦ ποιεῖτε οἱ ἀναγινώσκοντες.

Quae quidem scripsit, manus marcescit in sepulchro, scriptura vero prostat in annos plurimos. Preces pro me fundite, o vos qui legitis.

CODEX QUADRAGESIMUS SECUNDUS

Δ. α. XLII.

Cod. ms. chartac. græcus sæc. XVIII, constans foliis scriptis 80, longitud. metri 0, 33, latitud. fere 0, 23, exaratus paullo grandiore charactere, quam quo duplex Cod. Menæi *Januarii* ab eodem calligrapho exscriptus.

Excipit primam partem Menæi *Martii*, scilicet usque ad XV diem, cum hymnis et stichéris, quorum nonnulla notis quoque musicis superinscribuntur, desuetam enim methodum Codd. vetustorum repetit calligraphus exscribens Cod. Δ. α. VII.

ANIMADVERSIONES

Ad marg. extremi folii exarati scribitur: « *Philippus Vitalis Romanus, hieromonachus Cryptoferres, ac Sac. Congregationis Rituum Orientalium Consultor a summo Pontifice Clemente XII deputatus scripsit mense Martio* 1752. » Is porro qui delegatus erat, ne quid contra scientiam vel fidem irreperet in Græcorum libros publice edendos, idem præcavebat in hisce libris in usum Monasterii sui manuscriptis. Hoc igitur ex vetusto Cod. sæc. XII, signat. nunc Δ. α. XII, tum vero A. 7, deduxit apographon, quod idem in aliis huiusmodi elucubrationibus præstitit vir prudens et doctus.

CODEX QUADRAGESIMUS TERTIUS

Δ. α. XLIII.

Cod. ms. chartac. græcus sæc. XVIII, constans foliis scriptis 96, eiusdem dimensionis, qua proxime superior et ab eodem calligrapho exaratus; continuatio scilicet Menæi *Martii* a die XVI ad finem usque, ex Cod. Δ. α. VII, a quo scriptor mutuatus est etiam unum alterumque mnemosynon, quod ad calcem Cod. appinxit. Addit etiam fragm. hymni in *Deip. adnunciat.* Αρχων τῶν ἄνω.

CODEX QUADRAGESIMUS QUARTUS

Δ. α. XLIV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XIX, constans foliis 12, longitud. metri fere 0, 33, latitud. 0, 24, nitido charactere et accurata orthographia exaratus a D. Josepho Cozza monacho, an. 1856.

Stichárium est pro festis mensis *Aprilis*, excipiens veluti compendio stichéra, quae satis int ad persolvenda divina officia iuxta Typicum hodiernum; ut pleraque huiusmodi stichariorum.

CODEX QUADRAGESIMUS QUINTUS

Δ. α. XLV.

Cod. ms. chartac. græcus saec. XVI, constans foliis scriptis 136, longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 21, charactere paullo deteriore, quam quo Codices Pauli Bevilacqua edantur, exaratus a Paulo Calabro. Excipitur Menaeum *Maii* cum stichéris, hymnis et synaxariis.

ANIMADVERSIONES

Patria, ætas scriptoris, aliaque adiuncta traduntur hac epigraphe, quae libro desinenti appingitur, scilicet: Αὕτη ἡ παρεῦσα βίβλος Μὴν Μάϊος ἐγράφη, ἐτυπώθη τε καὶ ἐκ πολλῶν βιβλίων εἰς ταύτην μόνην συλλελέχθη κατὰ τὸν τύπον καὶ τάξιν τοῦ Τυπικοῦ ταύτης τῆς μονῆς Κρυπτοφέρρης, ἐν αὐτῇ τῇ μονῇ ὑπ' ἐμοῦ κύρου Παύλου τῆς πόλεως Ἀγάθης τῆς Καλαβρίας, ἱερομονάχου τῆς αὐτῆς μονῆς· τῇ ἡμέρᾳ ε' ἐπὶ εἰκάδι μηνὸς Ἰουλίου ,αφιζ'. ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως· Ἐρρώσθε οἱ ἀναγινώσκοντες, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ· καὶ εἴτι ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ σφαλερὸν εὑρήσετε, διορθώσαντες συγχωρήσατε. *Liber hic, mensis Maius, excriptus et ordinatus et ex multis libris in unum confectus est ad modum et ordinem Typici huius monasterii Cryptaeferratae, in eodem monasterio a me domno Paulo civitatis Agathae in Calabria, hieromonacho ipsius monasterii, die quinta super vigesimam mensis Julii anno MDXCVII ab Incarnatione Salvatoris nostri Jesu Christi. Valete qui legitis, et orate pro me: et si quid errati inveniatis, cum correxeritis indulgete.*

CODEX QUADRAGESIMUS SEXTUS

Δ. α. XLVI.

Cod. ms. chartaceus, graecus saec. XVII, constans foliis scriptis 193, longitud. metri 0, 27, latitudinis fere 0, 21, bono sed admodum minuto, si choralem usum respicias, charactere conscriptus.

Habetur Menaeum *Julii*: absolutissimum opus, quidquid enim Vesperarum vel Matutinorum officii habetur, complectitur. Singula ornatu aliquo prætexuntur, titulus vero, elegantiusculo mœandro exceptus, hic est: Μὴν Ἰούλιος. Ἐγράφη ἐν τῇ μονῇ τῆς Κρυπτοφέρρης παρὰ κύρῳ Ἀπολλιναρίῳ Πασσαρείνῳ τῷ ῥωμαίῳ ἱερομονάχῳ τοῦ μεγάλου Βασιλείου. Ετει τῆς σωτηρίας ἡμῶν ,αχπ'. *Mensis Julius. Scriptus fuit in Monasterio Cryptæferratæ a D. Apollinario Passarino Romano, monacho sacerdote ord. S. Basilii M. anno salutis nostræ 1680.*

ANIMADVERSIONES

Pagella extrema epigraphen habet. Αὕτη ἡ παροῦσα βίβλος Μὴν Ἰούλιος ἐγράφη καὶ ἐκ πολλῶν βιβλίων τῇ παλαιότητι ἀναλωθέντων εἰς ταύτην μόνην συνελέχθη κατὰ τὸν τύπον καὶ τάξιν τοῦ Τυπικοῦ ταύτης τῆς μονῆς τῆς Κρυπτοφέρρης, ἐν αὐτῇ τῇ μονῇ ὑπ' ἐμοῦ κυρίου Ἀπολλιναρίου Πασσαρίνου τοῦ ῥωμαίου, ἱερομονάχου τῆς αὐτῆς μονῆς ἐν ἡμέραις τῆς ἡγεμονίας τοῦ κυρίου Στεφάνου Γαρβίου (τοῦ ῥωμαίου? hinc versus plures medio sunt abrasi, et pergitur) ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου, καὶ ἑορταζούσης τῆς ἡμέρας τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νείλου τοῦ κτίτορος ταύτης τῆς μονῆς εὐτυχῶς ἐτελειώθη, ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως αχπ'. καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ. *Hic liber, mensis Julius, exscriptus est, et ex multis libris, qui vetustate pessum ierant, in hunc unum redactus est iuxta exemplar et ordinem Typici huius monasterii Cryptaeferratae, in eodem monasterio a me D. Apollinari Passarino Romano, monacho sacerdote monasterii eiusdem: diebus D. Stephanii Garbii Abbatis* (domo Roma). *S. P. N. Basilii magni: et die festo S. P. N. Nili huius monasterii conditoris bono omine persolutus est, anno ab incarnatione Salvatoris Nostri Jesu Christi* 1680. *Et vos qui legitis, orate pro me peccatore.*

CODEX QUADRAGESIMUS SEPTIMUS

Δ. α. XLVII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII exeuntis, excipiens folia scripta 143, longitud. metri 0, 41, latitud. 0, 28. Characteris graeci genus, si optimae italicae calligraphiae conferas, optimum sane reperies nitore, compositione, elegantia. Nil est quod ultra desideres, si tantum quaedam sphalmata excipias, quae diligenti quidem calligrapho irrepserunt. Menaeum *Septembris* habes, absolutum, exceptis stichéris, quæ in proprio stichario juxta seriorem usum mox relata conspicies.

ANIMADVERSIONES

Extrema pagina sat prolixum exhibet mnemosynon: Τοῦτο τὸ βιβλίον ἐν ἔτει ,αψηδ'. ἀπὸ κληρικοῦ Φουλγεντίου Αουζίνι ἐγράφη. Αλλὰ τότε ἡ μνήμη τοῦ ἁγ. Μιχαὴλ ἀρχιστρατήγου ἐν τῇ ἕκτῃ τοῦ σεπτεμβρίου μηνὸς ἡμέρα ἐτέθη· νῦν δὲ εἰς εἰκοστὴν ἐννάτην ἡμέραν μεταφέρεται τοῦ αὐτοῦ μηνὸς· καὶ ποικίλαι καινίζονται μίλτοι κατὰ διάταξιν ὡρολογίου ἐν ἔτει ,αψοβ' ἐντετυπωμένου. Διὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ κληρικὸς ἐν ἔτει ,αωε', Πίου ἑβδόμου εὐτυχῶς βασιλεύοντος ἐν τῇ ῥώμῃ, καὶ τιμιωτάτου πατρὸς Καρόλου Ματθαίει ἐν τῇ τῆς Κρυπτοφέρρης μονῇ κυβερνοῦντος, εὕτως αὐτὸ τὸ βιβλίον ἐκαινοτοίησα. Θεῷ χάρις. *Hic liber an.* 1794 *a clerico Fulgentio Austini scriptus est. Sed tum temporis memoria S. Michaëlis Archangeli habebatur die sexta Septembris, in praesens autem translata est in diem vigesimam nonam eiusdem mensis. Item rubricae aliae plures sunt innovatae iuxta dispositionem inductam in Horologio* (Breviario) *quod an.* 1772 *editum est. Propterea ipse ego clericus anno* 1805, *Pio VII feliciter Romae regnante, et Rmo P. Karolo Mattei cœnobium Cryptaeferratae moderante, hoc pacto librum hunc correxi. Deo Gratias.*

CODEX QUADRAGESIMUS OCTAVUS

Δ. α. XLVIII.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVIII exeuntis, exaratus ab eodem D. Fulgentio Austini monacho Cryptoferratensi, uti ostendit epigraphe, desinenti libro suffixa, quam studio negligimus, ne inanibus verbis succrescat opus: atque item nos alibi geremus. Dimensione longitud. metri 0, 42, latitud. vero 0, 28 folia voluminis omnino centum et viginti gaudent.

Stichariun mensis *Septembris* habet omnino folia 63; aliud mensis *Octobris* folia 40. Stichariis hisce praecurrit Catalogus festorum Domini, Deiparæ, Angelorum, Prophetarum et Apostolorum, alter vero syllabus adest Sanctorum qui his mensibus recoluntur, alphabetico ordine digestus. Uterque elenchus septem et decem foliis continetur.

CODEX QUADRAGESIMUS NONUS

Δ. α. XLIX.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII exeuntis, constans foliis scriptis 117, longitud. metri 0, 42, latitud, 0, 28, ab eodem Austinio monacho, eodemque perpulchro charactere exaratus, de quo epigraphen ad calcem libri habes.

Menaeum *Octobris* est, excipitque quotquot hymnos pro festis iuxta Kalendarium nostrum occurrunt.

CODEX QUINQUAGESIMUS

Δ. α. L.

Cod. ms. chart. græcus sæc. XVIII, constans foliis scriptis 185, fere longitud. metri 0, 42 et latitud. 0, 28, pari cum diligentia exaratus ab Austinio calligrapho, qui suam de more epigraphen appingit sub anno 1772.

Menaeum *Novembris* est, cuius in fine sufficitur hymnus in S. *Josaphat* hieromart. incip. Δίπλοκον εὐσεβείας, opus, ut arbitror, a R. P. D. Basilio Falasca (Vid Cod. Δ. α. XXXVII) elucubratum.

CODEX QUINQUAGESIMUS PRIMUS

Δ. α. LI.

Cod. ms. chart. græcus sæc. XVIII, folia scripta excipiens 81, longitud. metri 0, 42, latitud. 0, 28, ab eodem calligrapho, eodemque anno, quo superior, excriptus est, verum charactere alto octo fere millimetra, ornatibus præterea passim decoratus.

Sticharium in festa *Novembris* est etiam cum Lectionibus, quae ad finem rejectae sunt, librorum literarum ordinaria forma exaratae.

CODEX QUINQUAGESIMUS SECUNDUS

Δ. α. LII.

Cod. ms. chartac. græcus sæc. XVIII, constans foliis scriptis 229, fere longitud. metri 0, 35, et latitud. 0, 24, optimo graeco charactere compositus. Singulis autem officiis ornatus pulchelli prætexuntur, calamo ita delineati, quos ex scalpto aere impressos esse credas, opera Placidi Schiappacasse, graphidos artificis peritissimi.

Menaeum *Decembris* mensis est, in quod si qua sphalmata sane pauca irrepserunt, Philippus Vitali præstantissimæ calligraphiae amore ductus, diligenter, uti par erat, emendavit.

ANIMADVERSIONES

Fol. 228. v. Hæc autographa epigraphe, tradit cui acceptum referendum sit hoc apographon præstantissimum. ✠ Τῷ ἑπτακισχιλιοστῷ διακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ τρίτῳ τοῦ κόσμου ἔτει, Χριστοῦ δὲ χιλιοστῷ ἑπτακοσιοστῷ τριακοστῷ πέμπτῳ, Ινδ. ιγ', ἀρχιερατεύοντος τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου Ρώμης Κλήμεντος ιβ', ἡγεμονεύοντος δὲ ἐν τῇ περιβλέπτῳ μονῇ τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου τῆς ἐπονομαζομένης Κρυπτοφέρρης τοῦ τιμιωτάτου Βαρθολομαίου Οὐλερίχου, χειρὶ τοῦ ἀπὸ τῆς Αλβας Αθανασίου Πελλεγρίνου ἱερομενάζοντος τοῦ καλογήρου ἐτῶν ξς'. καὶ ὡραιποσίτου ἐν τῇ προειρημένῃ μονῇ, τῇ ε' τοῦ φθίνοντος μεταγειτνιῶνος ἐτελειώθη ὁ τοῦ Δεκεμβρίου Μήν. *Septies millesimo, dugentesimo quadragesimo tertio mundi anno, Christi vero millesimo, septingentesimo trigesimo quinto, Indict. XIII, pontificem Romæ agente sanctissimo et œcumenico patriarcha Clemente XII, Abbate autem huius insignis monasterii gloriosissimae reginae nostrae Deiparae, quæ dicitur Cryptaferrata, Rmo Barptolomæo Ulericho; manu Athanasii Pellegrini Albanensis, sacerdotis monachi, senis annorum LXVI et praepositi* (Priore) *dicti monasterii, die XXVI Julii absolutus est Mensis Decembris.*

Post hæc veniunt hi jambi auctore calligrapho.

Ζωῆς κιχείων, χριστέ, πρὸς τὴν ἑσπέραν
Ορθρους γραφήκειν σοι τῶν ἁγίων φάει,
Οπως γεγηθὼς ἐσπεράσας ὀπτάνω.
Μεθ' ἡμέραν, φῶς τῆς ἄνω φρυκτωρίας,
Εκεῖ τε ψάλλω τοὺς αἴνους σοῦ μὴ 'γράφειν,
Ω βασιλεῦ, σὺν τῆς αὐταθανασίας.
Μνήσθητι σάρκα προσλαβὼν ἐκ παρθένου,
Τεῦ συμ..όνως γράψαντος Αθανασίου,
Ταῖς τῆς ἀχρ..ντου εὐκτίαις θεοτόκου
Καὶ Λευκίας, Νικολάου καὶ Εὐγράφου
Λοιπῶν τε ἁγίων θεοὺς ἀθανασίαν.

Dum persequar vitam, Christe, ad vesperam,
Matutinum tibi canam in lumine sanctorum,
Ut laetus mane surgens videam.
Post diem, lucem supernae contemplationis
Ibique psallam, quas tibi non scripsi, Laudes,
O Rex, qui propriam habes immortalitatem.
Memento, o qui carnem sumsisti de Virgine,
Athanasii qui impense scripsit,
Precibus Deiparæ immaculatæ,
Nec non Luciae, Nicolai et Eugraphi,
Necnon reliquorum Sanctorum, dans immortalitatem.

Hactenus bonus et pius Hymnographus; cuius obitum his verbis consignat carus sodalis P. VITALIUS: Εκοιμήθη ὁ ταχυγράφος δοῦλος τοῦ θεοῦ Αθανάσιος ὁ Πελλεγρίνος, ὁ καὶ γράψας ταυτην τὴν δέλτον καὶ ἄλλα τὰ βιβλία, κατὰ τὴν ὥραν ιδ' ἡμέρᾳ σαββάτου τῇ κβ' τοῦ δεκεμβρίου μηνὸς ἐν ἔτει ἀπὸ τῶν χριστοῦ γεννῶν ,αψμη', καὶ ἐτάφη ἐν τῷ ναῷ τοῦ Καπιτόλου, ἐν ᾧ κεῖνται τὰ τίμια λείψανα τῶν ὁσίων πατέρων Νείλου καὶ Βαρθολομαίου σὺν ἀπὸ μακρόθεν ἐκ.. Heic deficit inscriptio, quam ita vertam: *Mortuus est tachygraphus servus Dei Athanasius Pellegrini, is qui scripsit hunc librum et alios, hora fere XIV, die sabbati XXII mensis Decembris an. a Nativitate Christi* 1748, *et sepultus est in templo Capituli* (sacello Farnesiano), *in quo jacent venerabiles reliquiae SS. PP. Nili et Barptolomaei non longe.* etc..

CODEX QUINQUAGESIMUS TERTIUS

Δ. α. LIII.

Cod. ms. chart. graec. saec. XVIII, constans foliis 86 scriptis, longitud. metri pl. 0, 34, latitud. fere 0, 24, optimo charactere ductus. Calligraphi peritia nitet in conficiendis literis et in pingendis ornatibus, quibus plurimum valet.

Excipitur Stichārium pro festis *Decembris*, cui subsequuntur Lectiones in maiores mensis dies.

ANIMADVERSIONES

Auctorem praebet epigraphe: Εγράφη διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Πλακίδου ἱερομενάζοντος ἐν ἔτει ἀπὸ τῆς χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως ,αψλ' μηνὶ δεκεμβρίῳ ἐν ἡμέραις τοῦ εὐλαβεστάτου πατρὸς Ιακώβου τοῦ Σκιέμμαρι καθηγουμένου τῆς Κρυπτοφέρρης. *Scriptus est manu peccatoris Placidi hieromonachi an. ab Incarnatione Christi* 1736, *mense Decembri, diebus piissimi Jacobi Sciommari, Abbatis Cryptae Ferratae.*

CODEX QUINQUAGESIMUS QUARTUS

Δ. α. LIV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 162, longitud. metri 0, 42, latitud. 0, 28, exaratus ab eodem calligrapho, a quo Cod. Δ. α. LI. Menæum *Januarii* est excipiens hymnos tantum in mensis festa.

ANIMADVERSIONES

Prope libri finem legitur: Ετελειώθη αὕτη ἡ δέλτος ἐν ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ,ζσιγ', ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως ,αψπε', τῇ τοῦ νοεμβρίου μηνὸς ια' ἡμέρᾳ. Ἐγράφη δὲ ἐν ἡμέραις τοῦ τιμιωτάτου καθηγουμένου Θωμᾶ Γάττα ἐν ταύτῃ τῇ μονῇ τῆς Κρυπτοφέρρης διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Φουλγεντίου Αουστίνου ἐκ τῆς Ρώμης. *Absolutus est hic liber anno a creatione mundi* 7293, *ab incarnatione vero D. N. J. C.* 1785, *die XI mensis Novembris. Scriptus est diebus Rmi Abbatis Thomae Gatta in hoc monasterio Cryptaeferratae manu peccatoris Fulgentii Austini Romani.*

Accedit hymnus in *S. Paulum Thebanum*, incip. Παῦλον τὸν θεοφόρον, suffectus recentiori manu ignoti calligraphi.

CODEX QUINQUAGESIMUS QUINTUS

Δ. α. LV.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis omnino 130, longitud. metri 0, 28, latitud. 0, 21. Sticharium *Januarii* optime exaratum, maxime vero praestans ornatibus, et quibusdam praesertim pictis, lineatisque grandioribus literis.

ANIMADVERSIONES

Calligraphi alias iam charactere noti nomen confirmat epigraphe, penultimo fol. appacta: Ετελειώθη αὕτη ἡ δέλτος ἐν ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ,ζσλδ', ἀπὸ δε τῆς τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως ,αψκς', ἰνδ. ὀ', μηνὶ νοεμβρίῳ ια', ἐν τῇ τῆς τοῦ ὁσιωτάτου πατρὸς ἡμῶν Βαρθολομαίου πανηγύρεως ἡμέρᾳ, ὥρᾳ ιη', Ἐγράφη δὲ ἐν ἡμέραις τοῦ τιμιωτάτου καθηγουμένου Δημητρίου Τίτι κατ' ἐπιταγὴν αὐτοῦ ἐν τῇ εὐαγεστάτῃ μονῇ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς ἐπιλεγομένης Κρυπταφερράτα διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Πλακίδου Σκιαππακάσσε ἐκ τῆς πόλεως Γενούας, ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ ὑποδιακόνου. *Absolutus est hic liber an. a creatione mundi* 7234, *ab incarnatione vero D. N. J. C.* 1726, *Ind. IV, die XI Novembris in solemni festivitate SS. P. N. Barptolomœi hora XVIII. Scriptus est autem diebus Rmi Abbatis Demetrii Titi, eius jussu, in perinsigni monasterio SS. Deiparæ quae cognomine dicitur Crypta Ferrata, manu peccatoris Placidi Schiappacasse Genuensis, in eodem monasterio subdiaconi.*

Pagina extrema præbet tabulam quadram ea arte elaboratam, qualem refert Montfauconius in Palæogr. l. IV. p. 297. Nostra vero maiuscolis item literis rubris nigrisque alternis excipit brevem græce sententiam: ΠΛΑΚΙΔΟΣ Ο ΜΟΝΑΧΟΣ ΕΓΡΑΨΕ ΒΙΒΛΙΟΝ: *Placidus monachus librum exaravit.*

CODEX QUINQUAGESIMUS SEXTUS

Δ. α. LVI.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVIII, constans fol. scriptis 99, longitud. metri 0, 42, latitud. fere 0, 28. Menaeum *Februarii* exaratum ab eodem calligrapho, a quo et Menæum *Decembris*, nisi quod illud huic paullulo cedit.

Inscriptio extrema hæc habet: Αὕτη ἡ δέλτος ἀπεγράφη ἐκ τοῦ παλαιοῦ βιβλίου τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης ἐν ταῖς τῆς ἡγουμενίας ἡμέραις τοῦ αἰδεσιμωτάτου πατρὸς Δημητρίου Τίτου δι' ἐμοῦ Αθανασίου Πελλεγρίνου ἱερομονάζοντος καὶ πραιπεσίτου τούτου τοῦ μοναστηρίου τῆς Κρυπτοφέρρης, γεγονότος ἔτει ξα', ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἑπτακισχιλιοστῷ διακοσιοστῷ λπ', τῆς δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἐν σαρκὶ οἰκονομίας χιλιοστῷ, ἑπτακοσιοστῷ λ'. Εἰς δόξαν Θεοῦ. *Liber hic exscriptus est e vetusto libro huius sanctæ mansionis, diebus regiminis Rmi P. Demetrii Titi, a me Athanasio Pellegrini monacho sacerdote et Præposito* (Priore) *huius monasterii Cryptae ferratae, annos nato* 61, *anno a creatione mundi septies millesimo ducentesimo trigesimo octavo, a conversatione D. N. J. C. in carne millesimo, septingentesimo trigesimo. Ad gloriam Dei.*

Huic præclaræ inscriptioni haec subscripsit Vitalius post obitum Calligraphi, arcanis literis: Αθανάσιος ὁ ἱερομόναχος ἔγραψεν ταύτην τὴν δέλτον ἐν κρυπτοφερ... καὶ αθάνατον τὸ μνημόσυνον: *Athanasius hieromonachus scripsit hoc volumen Cryptæ Ferratae: et memoria æterna.*

Mnemosynon maioris momenti notavit idem Vitalius sub d. XXI h. m. ad marg. hisce verbis appingens elogio Sancti illius festi. Καὶ ἡ μετάθεσις τῶν τιμίων λειψάνων τοῦ ἁγίου μαρτ. Εὐφρασίου ἐκ τῆς παλαιᾶς ῥώμης εἰς τὴν Κρυπτοφέρρην, ἐν τῇ παρασκευῇ, ὥρᾳ α' μετὰ τὴν ἥλίου δύσιν, τῇ κα'. τοῦ φεβρουαρίου μηνὸς, ,αψνε'. Ζήτει τὴν κατάθεσιν τὴν αὐτὴν τῇ ιε' τοῦ μαρτ. μηνὸς τοῦ αὐτοῦ ἔτους. *Et translatio sacrarum reliquiarum S. Mart. Euphrasii de vetere urbe Roma Cryptoferren facta est feria sexta, hora* 1 *post occasum solis, die XXI mensis Februarii* 1755. *Quære depositionem earumdem die XV Martii mensis eiusdem anni.* Et revera corpus S. Mart. compositum est sub altari dextero minore in hac nostra æde Mariana, in cuius honorem cultum perpetuum modo, uti speramus, impetraturi, officium nos ipsi confecimus, quem retulimus in Cod. Δ. α. XXX.

CODEX QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS

Δ. α. LVII.

Codex ms. chart. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 71, fere longitud. metri 0, 42 et latitud. 0, 28, eodem quo solet optimo charactere uti Austinius noster, exaratus an. 1786, quemadmodum extrema prodit epigraphe. Uno volumine duo Sticharia excipiuntur, scilicet *Februarii* et *Martii* mensium.

CODEX QUINQUAGESIMUS OCTAVUS

Δ. α. LVIII.

Cod. ms. chart. græc. saec. XVIII, constans foliis 70, dimensionis plus quam longitud. metri 0, 42, latitud. 0, 28, ab Austinio mon. quidem exscriptus an 1767, quod cum ex eius apographis primum existat, ita ceteris multo deterius evasit.

Menaeum porro hoc est mensis *Martii*, de quo illud maxime lamentandum est, quod *Canones* seu hymni, suppressis acrostichidibus, passim per odas decurtati suut.

CODEX QUINQUAGESIMUS NONUS

Δ. α. LIX.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 106, longitud. metri 0, 34, latitud. 0, 23, optimae notae, tum characteris, si ita loqui fas est, praeclara graecitate, tum fide ad veteres Codices religiose servata, uti ubique solet calligraphus.

Menaeum *Aprilis* mensis est, cuius in laudem id etiam accedit, Philippum Vitali illud cognovisse, ac diligenter emendasse, si quae forte minus recta e calamo prosiluissent.

ANIMADVERSIONES

Quæ superius de fidelitate notavi, mox initio epigraphes huius innuit ipse calligraphus scribens: Ἐκ τοῦ παλαιοῦ βιβλίου τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης τῆς Κρυπτοφέρρης ἐγὼ Ἀθανάσιος Πελλεγρῖνος πραιπόσιτος ἀπὸ τῆς Ἀλβάνου πόλεως ἀπέγραψα τὴν παροῦσαν, ἔτει ἀπὸ τοῦ κόσμου κτίσεως ,ζσλθ′, τῆς δὲ τοῦ χριστοῦ γεννήσεως ,αψλα′, ἐμῆς μὲν ἡλικίας ξβ′, ἐν θρόνῳ ἀποστολικῷ καθίσαντος ἀρχιερέως Κλήμεντος ιβ′, ἡγεμονεύοντος δὲ ἐν τούτῳ τῷ μοναστηρίῳ Δημητρίου Τίτου. Οἱ ἀναγινώσκοντες ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, μνημονεύσατε μου ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν· καὶ πάσῃ τῇ ἐν Χριστῷ ὑμῶν ἀλελφότητι πολλὰ τὰ ἔτη. *E veteri libro* (Cod. Δ. α. VIII) *huius sanctae mansionis Cryptoferres ego Athanasius Pellegrinius præpositus, domo Alba, exscripsi hunc, anno a creatione mundi* 7239, *a nativitate vero Christi* 1731, *ætatis autem meæ* 62, *sedente super thronum apostolicum Pont. Clemente XII, Abbate vero huius Monasterii Demetrio Titi. O qui legitis, dilecti fratres, mementote mei in orationibus vestris: Et universae in Christo fraternitati multos annos.*

Bene ad epigraphem apposuit ista Vitalius: Ἀθανασίου ἀθάνατος ἡ μνήμη. « *Athanasii memoria aeterna.* »

CODEX SEXAGESIMUS

Δ. α. LX.

Cod. ms. chart. graec. sæc. XVIII, constans foliis scriptis 35, longitudinis fere 0, 27, latitud. quasi 0, 21, qui excipit Stichariun mensis *Aprilis*, at satis compendiosum.

Calligraphi nomen superioris tradidit manu propria Philippus Vitali epigraphe latina: « *Liber hic ex antiquo Menaeo transcriptus est a phronimo hieromonacho Athanasio Pellegrini in hac Mansione S. Mariae Cryptoferres, anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo vigesimo nono* ». Tum infra græcis literis arcanis: Ἀθανάσιος ἔγραψεν ἐν Κρυπτοφέρρῃ, *Athanasius hieromonachus scripsit Cryptae Ferratae.*

CODEX SEXAGESIMUS PRIMUS

Δ. α. LXI.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 128, huius fere dimensionis, longitud. scilicet metri 0, 35, latitud. 0, 24, pulchre ac diligenter omni ex parte exaratus a calligrapho quem duobus in superioribus Codd. memoravi.

Menaeum excipitur *Maii*, continens tantum hymnos in festa Sanctorum illius mensis.

ANIMADVERSIONES

Absolvitur volumen hac prolixa inscriptione autographa calligraphi: Αὕτη μὲν ἡ παρεῦσα δέλτος σὺν θεῷ ἁγίῳ εἴληφεν ἀρχὴν τῇ γ' τοῦ Ιουνίου μηνός, ἐτελειώθη δὲ διὰ χειρὸς τοῦ ἱερομονάχου Αθανασίου τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης ϖραιποσίτου ἐν ἔτεσι κόσμου ζσμζ', Χριϛοῦ δὲ ϡλθ', ἰνδ. β', ἡλ. κύκλ. κγ', σελ. α', τῇ ιβ' σεπτεμβρίου, ἡμέρᾳ ϛ', ἀνατέλλεντος τοῦ ἡλίου. Εγράφθη τε ἐν τῷ θεσσώϛῳ μοναϛηρίῳ τῆς Υϖεραγ. τῆς ἐν Κρυπτοφέρρῃ, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἡγεμονίας τοῦ αἰδεσιμωτάτου πατρὸς κυρίου Ιακώβου Σκιόμμαρι.

Εγραψε δ' Αθανάσιος Περεγρῖνος
Ετει ξθ' τῆς αὐτοῦ παροικίας,
Ωπερ τό λοιπὸν τοῦ παρειμένου βίου
Εχρῆν καμόντι τῆς ὑμῶν βοηθίας,
Χριϛοῦ μέδεντος, γνησιώτατοι φίλοι.
Οταν δ' ὡς θνητὸς κατθανεῖν ὀφείλομαι,
Μνήμην ϖόνων μου τήν δε δέλτον λήψατε.
Πάτερ δὲ Νεῖλε, ἐκ τῶν θείων ἑδράνων,
Εν οἷς σὺν χριϛῷ καὶ ἀγνῇ θεητόκῳ
Εὐαίων ζάεις εἰς ἀϖειράντους χρόνους,
Λιταῖς σευ λῦσον τόσσους ϖταισμάτων βρόχους,
Στειχεῖα ὅσσα ἐν βίβλεισιν ἐγράφην.
Ημαρτον εἰς σὲ, καὶ σὲ οὐ λήσω, ἄναξ,
Κἂν μὴ παρίδῃς μεταγνόντος καρδίαν
Τοῦ σεῦ ταϖεινοῦ δούλευ Αθανασίου,
Οϛις τῶν αἴνων πέντε ὀρθρίων τόμους
Μετέγραφον, ἐλθὼν εἰς τὴν ἑσπέραν βίου
Φρονίμοις τε τάξον πέντε σὺν ταῖς παρθένοις
Ἐκ νυκτὸς γρηγορεύσῃσιν σοὶ, νυμφίε.

Codex hic, auspice Deo, initium sumpsit die III Junii mensis, et absolutus est manu hieromonachi Athanasii, præpositi huius sanctæ mansionis, anno mundi 7347, *Christi vero* 1739 *Ind. II. cycl. sol.* 23, *lunæ* 1. *d. XII Septembris fer. VI, oriente sole. Scriptus fuit in hoc, quod servet Deus, Monasterio Supersanctæ Illius quae est Cryptaeferratae, diebus Rmi Patris D. Jacobi Sciommari abbatis.*

Exaravit vero Athanasius Pellegrinius
Incolatus sui anno sexagesimo primo,
Cui ad reliquum huius vitae tempus
Laboranti necesse fuit auxilium vestrum,
Christo volente, genuini vere fratres.
Cum vero mihi, uti mortali, abscedendum sit,
Librum meorum monumentum habete laborum.
Tu vero, Nile pater, e divis sedibus,
In quibus cum Christo et casta Deipara
Beate vivis per indeficientia sæcula,
Precibus tuis tot lapsuum mihi solve laqueos,
Quot versus hisce in libris exaravi.
Contra te peccavi, nec tamen tui, Rex, obliviscar,
Ne pœnitentis cor despicias
Humilis tui famuli Athanasii,
Qui matutinalium laudum quinque volumina
Transcripsi, veniens ad vitae vesperam,
Sed cum quinque virginibus allege prudentibus,
Quæ tibi, Sponse, de nocte vigilarunt.

CODEX SEXAGESIMUS SECUNDUS

Δ. α. LXII.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 40, longitud. metri 0, 27, latitud. fere 0, 21. Sticharium mensis *Maii*

exaratum ab ATHANASIO monacho, eadem, adverte sîs, manu qua Cod. penultimus, sed an 1729, uti in consueta epigraphe pro eo tradit Philippus Vitali, qui pone addit de more literis arcanis: Ἀθανάσιος ὁ ἱερομόναχος ἔγραψεν Κρυπτοφερ. *Athanasius hieromonachus scripsit Cryptopherres.*

CODEX SEXAGESIMUS TERTIUS

Δ. α. LXIII.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 133, longitud. metri fere 0, 34, latitud. 0, 23, quem transcripsit eadem, qua solet diligentia et cura, ATHANASIUS PELLEGRINI.

Menaeum *Junii* est, quod bonus VITALIUS cognovit, emendavit et auxit.

ANIMADVERSIONES

Librum præstantissimum claudit calligraphi epigraphe: Ἐγράφη ἡ βίβλος αὕτη χειρὶ Ἀθανασίου τοῦ πραιποσίτου, ἐν ἡμέραις τοῦ εὐλαβεςάτου πατρὸς Βαρθολομαίου τοῦ Οὐλερίκου, καθηγουμένου τῆς περιβλέπτου μονῆς τῆς Κρυπτοφέρρης ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ,ζσμβ', τῆς δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ ἐνανθρωπήσεως ,αψλϐ', ἰνδικτ. ιβ'. *Scriptus est liber hic manu Athanasii praepositi diebus pientissimi patris Barptolomaei Ulerici, abbatis insignis Monasterii Cryptaeferratae, anno a creatione mundi* 7242, *ab Incarnatione vero D. N. J. C.* 1734, *Ind. XII.*

His idem subnexuit iambos:

Αἶνος θεῷ χάρις τε καὶ δόξα πρέπει,
Τῷ δόντι θέρμα τῆς γραφῆς φθάσαι σθένος.
Laus gratiaque et gloria decet Deum,
Qui robur adsequi metam scripti dedit.

PHILIPPUS VITALI post consuetam sibi salutationem: Ἀθάνατον Ἀθανασίου τὸ μνημόσυνον, *Immortalis Athanasii memoria!* fuso calamo de quibusdam stichéris additis ista prosequitur:

$$\begin{array}{c|c} \overline{\iota\varsigma} & \overline{\chi\varsigma} \\ \nu & \iota \\ \hline \varkappa & \alpha \end{array}$$

« Quæ addita invenies in hoc ab ATHA- « NASIO PELLEGRINI diligenter transcripto « *Junii* Menæo, fuerunt excerpta mense Maio « 1734 ex duobus *palæotatis* Codicibus in « pergamena, num. 90 et 92 adnotatis, Bi- « bliotheces Barberinæ, nec non ex alio num. « 199 papyraceo eiusdem...

« Horum primus continet Menæa *Junii*, « *Julii et Augusti*, usque ad 28 huius inclu- « sive, etsi nonnulla desiderantur troparia « Odes IX.

« Secundus incipit a die 24 *Iunii* usque « ad 3am Augusti.

« Tertius integrum *Junii* Menæum con- « tinet, in cuius fine, pag. 249, legitur: — Ἀνεκαινίσθη καὶ ἐτελειώθη τὸ παρὸν μηναῖον διὰ χειρὸς κάμοῦ (sic) τοῦ ἁμαρτωλεῦ γεωργίου βασιλικοῦ ἐκ τῆς κωνςαντινουπόλεως, διὰ συνδρομῆς καὶ ἐξόδου τοῦ τιμιωτάτου καὶ εὐλαβεςάτου ἱερέως κυρ. Κωνςαντίνου, οὗ τ' ἐπίκλειεν χρύσανθος, ἐκ χωρίου λεγομένου παπά-νικηφόρου. Ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ζσι', καὶ ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ ,αφο', ἰνδ. ιγ', ἐν μηνὶ ἰουνίῳ ιϑ', ἡμέρᾳ ϑ'. Ἡ μὲν χεὶρ ἡ γράψασα τὴν δέλτον ταύτην φεύξεται νῦν καὶ γενήσεται κόνις. Τὰ δὲ παρὼν (sic) γράμματα μένων (sic) εἰς ἀπείράντους αἰῶνας. —

Tum in monocondylo: Δόξα σοὶ θεὸς τῷ διδόντι ἀρχὴν καὶ τέλος. « Philippus Vitalis « Rom. hieromonachus Cryptoferres, nec non « Emi Cardinalis Franc. Barberini Biblio- « tecarius. »

CODEX SEXAGESIMUS QUARTUS

Δ. α. LXIV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, folia scripta omnino capiens num. 39, longitud. metri fere 0, 33, latitud. 0, 22, optimae notae, auctore D. Placido Schiappacasse.

Sticharium *Junii* mensis est, habens praeter stichéra etiam Lectiones S. Scripturae pro diebus solemnioribus.

ANIMADVERSIONES

In fine libri haec habetur epigraphe:

$$\frac{\overline{\text{ις}} \mid \overline{\text{χς}}}{\text{νι} \mid \text{κα}}$$

Εκοιμήθη ὁ δεῦλος τοῦ θεοῦ Φουλγέντιος ᾧ ἐπώνυμος Βάννι ἐκ τῆς Βονονίας ἱερομόναχος Κρυπτοφέρρης καὶ κουράτωρ τῆς αὐτῆς παροικίας τῆς Κρυπταφερράτ. τῇ θ' τοῦ παρόντος Ιουνίου μηνὸς μάλα πρωὶ τῆς παρασκευῆς ἐν ἔτει τῆς ἀπὸ τοῦ κόσμου κτίσεως ,ζ σ ξ', et a Nat. Dni Nri Jesu Xti 1752. Ληταργικὴ μὲν οὖν ἦν ἡ αὐτοῦ νόσος· κατέλιπε δὲ τὸν βίον ἐν ἔτει ξδ'. τῆς ἡλικίας αὐτοῦ, ζήσας εὐσεβῶς καὶ πολλὰ ζηλοτυπώσας τὰ τοῦ θεοῦ, τά τε τῆς ἐκκλησίας καὶ τὰ τῆς αὐτοῦ παροικίας. Ετάφη κατὰ τὴν γ' ὥραν μετὰ τὴν μεσημβρίας τῆς αὐτῆς παρασκευῆς ἐν τῷ ναῷ τοῦ Κατσιτόλου καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τάφῳ, ἐν ᾧ ἐτέθη Δημήτριος ὁ Τίτι ἡγούμενος ἐν ἔτει ,αψνα', ὡς ἔγραψα.

Φίλιππος βιτάλ. ἔγραψεν τῇ ιζ'. τοῦ αὐτοῦ μηνός.

Defunctus est famulus Dei Fulgentius cognomine Banni civis Bononiensis, hieromonachus Cryptaeferratae et praepositus paroeciae Cryptoferratensis, hac ipsa die IX h. m. Junii, summo mane, feria VI, an. a creatione mundi 7260 et a Nat. Dni. Nri. Jesu Christi 1752. Lethargus fuit morbus eius, deseriitque vitam an. aetatis suae LXIV: pieque vixit, arsitque zelo Dei, Ecclesiae, et Paroeciae suae. Sepultus est hora III post meridiem eiusd. feriae in templo Capitoli, atque in eodem sepulchro, in quo depositus fuerat Demetrius Titi abbas an. 1751, uti scripsi.

Philippus Vitalis scripsit d. XVII eiusdem mensis.

CODEX SEXAGESIMUS QUINTUS

Δ. α. LXV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, habens folia 109, longit. metri 0, 34, latitud. 0, 23, exaratus ab Athanasio Pellegrini hieromonacho Cryptoferratensi, quem ad libri calcem ita Vitalius pro suo more salutat: Αθάνατον Αθανασίῳ τῷ γράψαντι ταύτην τὴν δέλτον τὸ μνημόσυνον: *Memoria aeterna Athanasio qui librum hunc exaravit.*

Menaei *Julii* mensis dimidium, videlicet a die I. ad XV. Hymnum in *S. Sesöem* transcripsit idem hieromon. Vitalius ex Menaeo membranaceo quod sub num. Δ. α. XI. retulimus.

ANIMADVERSIONES

In fine Codicis hoc mnemosynon græce traditur: Τῷ ἑπτακισχιλιοστῷ διακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ ἑβδόμῳ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἔτει ινδ. β'. ἡλ. κύκλ. κγ'. σελ. κυκλ. ἡ θεμενομένου α'. θ' μαΐου μηνὸς ἡμερ. σαββ. ὥρα ιγ', μετὰ τὴν ἡλ. ἀνατολὴν, ἦλθεν ἀσπασόμενος τὴν περίκλυτον εἰκόνα τῆς θεοτόκου ἐν ταύτῃ τῇ μονῇ τῆς Κρυπτοφέρρης τῆς ἐν ῥώμῃ ὁ τοῦ τῆς Πελωνίας βασιλεύοντος Φρεδερῖκος Χριστιανὸς ἄρχων καὶ δεσπότης Ἐκλέκτωρ, ἅμα δὲ καὶ ἀδελφὸς τῆς Ρηγίνης τῆς Νεαπόλεως, ᾧπερ πλῆθος πολὺ τῶν εἰκείων ἠκολούθησεν εὐγενεςάτων ἀνδρῶν· ὁμοίως σὺν αὐτῷ ἦσαν πριγκιπίσσαι ς' τῆς παλαιᾶς ῥώμης· ἦγουν ἡ κομιτίσσα τῶν βασιλικῶν ςαύλων Κόλωννα καὶ ἡ κυρία Βεύργησα, ἡ χήρα Αλβανο-Βερρόμαῖα, Παλλαβικίνη καὶ ἡ δεύκαινα Καρπινήτου Πανφίλη, καὶ ἡ μαρκεσία Πατρικίη. Ετι δὲ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν βασιλικῶν σταύλων κόμης καὶ ὁ τοῦ Ρουσσάνου μεγισάνης Κάμιλλος Βουργήσης σὺν δυσὶν ἀδελφοῖς αὐτοῦ, ὁ τοῦ Σωριανεῦ δουξ Οράτιος Αλβάνος, καὶ ὁ πρίγκιψ Παλλαβικῖνος, ὁ κύριος Ιερώνυμος Κόλωννα ὁ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Κλήμεντος ιβ' πρόοικος· καὶ πλείους μεγισάνοι τῆς ῥώμης· καὶ πολλοὶ ἄλλοι πραιλάτοι καὶ εὐγενέςατοι. Οὗτοι ἅπαντες, χωρὶς τῶν Παλλαβικίνων, οἵτινες ἔμειναν ἐν αὐτῶν καλουμένῳ Καλλοπογγίῳ, διὰ πολλὰς ἡμέρας διέτριβον παρὰ Βουργήσῃ ἐν ἑνὶ τῶν χωρίων πλησίον Φρασκάτου, τῷ καλουμένῳ Ταβέρνα· ὅπου δαψιλῶς συνεςίαθησαν καὶ ηὐφραίνοντο μεγαλοπρεπῶς καὶ λαμπρῶς εὐοχεῦντο· καὶ χειρὶ Αθανασίου πραιποσίτου τῆς εἰρημένης μονῆς ἐτελειώθη τὸ τοῦ Ιουλίου μηνὸς ις'. Ista porro satius italice quam latine duxi interpretari: *L'anno* 7247 *del mondo* (*epperò di Cristo* 1739) *Indiz. seconda, ciclo solare* 23, *e lunare* 8 *nel primo quarto, ai* 9 *di Maggio in giorno di Sabato a tredici ore già sorto il sole* (*oggidì* 7 *ant.*) *venne a visitare la celebre Imagine della Madre di Dio in questo monastero di Grottaferrata presso Roma il principe Federico Cristiano Elettore* (*Palatino*) *del re di Polonia, e fratello della Regina di Napoli, seguito da gran moltitudine di corteggiani nobilissimi signori. Eran con lui altresì sei principesse Romane, cioè la Connestabile Colonna, la signora Borghese, la vedova Albani-Borromeo, la Pallavicini, la Duchessa di Carpineto Pamfili, e la Marchesa Patrizi. Inoltre v' era lo stesso Connestabile, e il principe di Rossano Camillo Borghese con due suoi fratelli, ed Orazio Albani Duca di Soriano, e il principe Pallavicini, e D. Girolamo Colonna maggiordomo di S. S. Papa Clemente XII, e parecchi altri signori e prelati e nobili Romani. Tutti costoro, dai Pallavicini infuori che rimasero nella lor villa di Belpoggio, si trattennero per molti giorni presso il princ. Borghese in una delle sue ville vicino di Frascati, detta villa Taverna, dove fecero un gran pranzo, e furono ricevuti con gran festa e sontuosità: e nel* (*giorno stesso*) *per mano di Atanasio* (Pellegrini) *Priore del detto Monastero fu terminata questa prima parte del Meneo di Luglio.*

CODEX SEXAGESIMUS SEXTUS

Δ. α. LXVI.

Cod. ms. chartaceus græcus sæc. XVIII, constans foliis scriptis omnino 97, eiusdem dimensionis atque Cod. proxime superior, eiusdemque calligraphi manu exaratus; excipit enim alteram menaei *Julii* partem.

Praecurrit tomum Catalogus Sanctorum, quorum officia in volumine sunt exscribenda.

ANIMADVERSIONES

Liber absolvitur hac memoria: Τῷ ζσμζ'. κόσμου ἔτει, ἰνδικτιῶνι β'. ἡλ. κύκλῳ κγ'. σελ. ζ'. τῇ ιγ' αὐγούςου μηνὸς ἤρξατο θεμελιοῦσθαι τὸ ἐπίλοιπον τοῦ μοναςτηρίου τὸ μέρος, ἐν ᾧ

νῦν ἐστι νεοτράπεζα καὶ τὸ νεομαγείριον τῆς Κρυπτοφέρρης, ἐν βώμῃ, ἀρχιεροτεύοντος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα ἡμῶν Κλήμεντος ιβ', ἔτει δεκάτῳ τοῦ αὐτοῦ ἀρχιερωσύνης, ὅς καὶ ἐκ τῶν τῆς ἡμετέρας ἀββαδίας προσόδων ἔδωκεν ἡμῖν ψενσίωνα τριακοσίων σκουτάτων εἰς ιβ' ἔτη· ἀρχιτεκτονοῦντος δὲ Φραγγίσκου Ρόσα· καὶ τὸ θεμέλιον ηὐλόγηται ὑπὸ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ πατρὸς ἐκ-γενεράλεως Επιφανίου Σταβίσκι, σημενομένων καμπανῶν ἁπασῶν, καὶ τῇ κε' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς διὰ χειρὸς ἱερομονάχου Αθανασίου Πελλεγρίνι τοῦ ἐπὶ τῆς παρουκίας τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τῆς Κρυπτοφέρρης ἐτελειώθη τὸ τοῦ Ιουλίου δεκάπεμπτον. *Anno mundi* 7247 (*Christi vero* 1739) *Indict. secunda, cyclo solari* 23, *lunari autem* 7, *die XIII mensis Augusti condi cœpta est reliqua Monasterii Cryptoferratensis prope Romam pars illa, quae capit novum coenaculum et coquinam, anno sacri principatus decimo regnantis sanctissimi D. N. Papae Clementis XII. Qui ex redditibus Abbadiae nostrae per annos duodecim dono nobis pependit tercenta scutata: architectus fuit Franciscus Rosa. Fundamenti autem benedictio facta est a Rmo Ab. Coenobii P. ex-generale Epiphanio Stawiscki, cunctis sacris aeribus sonantibus. Et die XXV mensis eiusdem, manu hieromonachi Athanasii Pellegrini huius magnae Ecclesiae parochi absoluta est pars altera Julii menaei.*

CODEX SEXAGESIMUS SEPTIMUS

Δ. α. LXVII.

Cod. ms chartac. graec saec. XVIII, complectens folia 38, longit. metri fere 0, 34, latitud. 0, 23. Sticharium mensis *Julii* ab eodem Athanasio Pellegrini exaratum an. 1744.

CODEX SEXAGESIMUS OCTAVUS

Δ. α. LXVIII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, spissus foliis scriptis et agraphis supputatis 79, longitud. metri fere 0, 34, latitud. vero 0, 23, cunctis orthographiae legibus bene servatis, sed calamo negligentiore exaratus est a D. Benedicto Monaldini (Vid. infr.). Sticharium aliud *Julii* est ad eam rationem, quam proxime superius exhibet, redactum.

ANIMADVERSIONES

Absolutis omnibus de more exscribendis appingitur charactere græco-arcano conscripta legalis agnitio sepulchri Benedicti Papæ IX, cuius narrationis in Prolegomenis ratio habita est, præsertim quum nonnulla peculiaria præbeat adiuncta, quæ in Placentinii opere (De Sepulchr. Bened. IX Diatrib.) desiderantur.

Huiusmodi narrationi subnexuit calligraphus epigraphen his distichis græcis memoratu dignis.

Δεῦλος ἐγὼ Τριάδος Βενέδικτος γέγραφα τήνδε.
Εὐλογίαν, γνωτοί, μοῦ δότε μνημοσύνῳ.
Ην ἑπτὰς μονάδων, τετράδος τε δεκὰς ἑκατοντὰς
Εκτελέει δυάδων ἑπτάδος αὖ χιλιάς·
Δεύτερον ἴνδικτος κύκλον, ἕβδομον εἶχε σελήνη,
Καὶ τρίτον εἰκοσὸν ἡελιός γε φέρεν.
Πέμπτη αὐγούστου ἐπὶ εἰκάδι, καὶ τρίτον ἦεν

Ημαρ, καὶ ὥρα ἥματος ἐνδεκάτη.
Ετ. ζσμζ'. ινδ. β', ἡλ. κγ' σελ. ζ', ἡγουμένου Επιφανίου, τοῦ ἐπιλεγομένου Σταβίσχι.
Οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ.
Θεοῦ λόγ', εὐλόγησον Εὐλογημένον.
Ego Benedictus servus Trinitatis scripsi hunc (librum) fratres, bene memoriæ meæ dicite.
(Annus) explebat septem unitates, quatuor decades, duo centena, et insuper septem millena.
Indictio habebat secundum cyclum, Luna septimum, et Sol ferebat vigesimum tertium.
Dies erat quintus super vigesimum Augusti et tertia feria, hora dei undecima.
An. 7247 *Ind. II. sol. cycl.* 23, *Lun.* 7,
Abbate Epiphanio qui cognominatur Stawiski.
O vos qui legitis orate pro me.
O Dei Verbum, benedic Benedictum.

CODEX SEXAGESIMUS NONUS

Δ. α. LXIX.

Cod. ms. chart. graecus saec. XIX, constans foliis 170, longit. metri 0, 43, latitud. 0, 24. Est charactere quidem bonus, vacat autem græca orthographia: ornatus multi habentur, sed non illius optimi generis, quos aetas nostra ferre posset.

Menaeum *Julii* mensis absolutissimum, complectens stichéra et hymnos.

Frons libri titulum praesefert, Μὴν Ἰούλιος, (Mensis Julius): subnectitur epigraphe: « *D. Philippus Berga hieromon. huius Cœnobii Cryptae Ferratae scripsit et fecit An. Domini 1842. Orate pro eo.* »

Josephus Cozza libri addidit syntoma in S. *Macrinam*, die XIX, quæ deerant in eius officio, transcripsitque ex Cod. uti arbitror, Δ. α XLVI.

CODEX SEPTUAGESIMUS

Δ. α. LXX.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 408, longitud. metri fere 0, 41, latitud. 0, 27, exaratus a noto præclaroque calligrapho D. Philippo Vitali hieromonacho.

Menaeum *Augusti* est absolutissimum, more vetustiorum conscriptum, cuncta habens quae tum ad Vesperas tum ad Matutina sunt in laudem Sanctorum dicenda.

Praestat potissimum Codex varietate characterum, quos optime scriptor imitatur e Codd. vetustis, tum orthographica correctione (erat enim Graecae linguae valde peritus), tum denique rerum copia, quas e Codd. haurit. Nuper alius monachus in fine libri appinxit e Cod. Δ. α. XVIII. stichéra tria in S. *Michœam proph.*

ANIMADVERSIONES

Officio diei XXXI calligraphus ista graece subnectit: Ετελειώθη ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἑπτακισχιλιοςῷ διακοσιοςῷ λά, τῆς δὲ χριςοῦ γεννήσεως αψκγ', ἰνδ. ά. μηνὶ ἰουλίῳ ς'. ὥρα ζ'. Απεγράφη δὲ ἐν ἡμέραις τοῦ Δημητρίου ἡγουμένου ἐν εὐαγεςάτῃ μονῇ τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς ἐπιλεγομένης Κρυπταφερράτις διὰ χειρὸς Φιλίππου καὶ εὐτελοῦς ἱερομονάζοντος. *Absolutus est anno a creatione mundi septiesmillesimo ducentesimo trigesimo primo, a Nativitate vero Christi* 1723, *Indit. I. mense Julio d. VI, hora VII. Exscriptus est autem diebus Demetrii Abbatis in celeberrimo Monasterio sacrosanctae Deiparae, quae dicitur de Cryptaferrata, manu Philippi et inutilis hieromonachi.*

Multa PHILIPPUS passim et præsertim in fine voluminis adnotat, quae in *Prolegomenis* melius historicum ordinem compegerunt, quam in hac Appendice jacerent.

CODEX SEPTUAGESIMUS PRIMUS

Δ. α. LXXI.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVII labentis, constans foliis 69, longitud. metri fere 0. 40, latitud. 0, 27, optimo per illud temporis charactere, bene nempe composito et nitido exaratus.

Excipit liber Menaeum *Martii* mensis cunctis instructum, quae vel ad Vesperas vel ad Matutina pertineant.

ANIMADVERSIONES

Præclarus me latet calligraphus, quem magno pretio fecit ipse VITALIUS noster, qui Cod. instaurari et corrigi curavit manu D. Placidi Shiappacasse, viri hisce in operibus præstantissimi — Verum existimo hoc illud apographon esse, cuius auctorem idem D. Placidus Schiappacasse in *Inventario* composito an. 1727 exhibet D. PHILARETEM FATTORINI sub an. 1700, quem scripsisse diximus Codd. B. γ. XII, XIII, XIV.

CODEX SEPTUAGESIMUS SECUNDUS

Δ. α. LXXII.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XIX, spissus foliis scriptis 79, longitud. metri fere 0, 45, latitud. 0, 29, exscriptus bono nitidoque charactere, qui stilum præsefert D. PHILIPPI BERGA hieromon. Cryptoferratensis.

Excipitur Menaeum *Augusti* mensis, scilicet tantum hymnos pene ad integrum Officium diei XV, quem ultra non pergit calligraphus.

CODEX SEPTUAGESIMUS TERTIUS

Δ. α. LXXIII.

I. Fragm. Cod. graeci, excipiens folia quatuor malum exhibentia characterem, opus saec. XIII. Habetur pars maxima hymni in *S. Quadratum M.* sub die XXI *Septembris*, nec non hymnus alter sub die XXII in *S. Jonam proph.* pene integer, incip. Τῆς ψυχῆς ψυλάξας. Adsunt etiam stichêra Vesperarum.

II. Foliolum Codicis optimae notae saec. XII, continens pauca ab initio hymni cuiusdam paracletici in *Deiparam*, auctore Josepho hymnographo, incip. Δεδοξασμένα περὶ σοῦ λελάληται.

CODEX SEPTUAGESIMUS QUARTUS

Δ. α. LXXIV.

Cod. ms. graecus Palimpsestus, qui excipitur toto fere Cod. Δ. α. XXIV, exhibens Menaeum *Octobris*, exaratum saec. X vel XI, prouti ostendit scripturae ratio. Character ligatus, rectus et densus apparet, nunc autem evanidus, ut vix legi possit: grandiores literae, quarum plura vestigia restant, lineis nigris signatae et rubro viridique colore suffusae. Singuli quaterniones ad marg. superiorem numero notantur: ornatibus decoratur, et in praesens adhuc inspicitur in fol. 149 imago cuiusdam episcopi; qui pingendi mos Sophronio calligrapho (Cfr. Cod. Δ. α. V) in deliciis erat.

CODEX SEPTUAGESIMUS QUINTUS

Δ. β. I.

Cod. ms. membran. sæc. XII vel XIII, constans foliis 175, long. metri 0, 25, latitud. 0, 20, initio et fine mutilus. Character non valde ligatus, sed densae lineae. Atramento tantum ducitur et valde similis est illi, quo fiunt in Cod. pone sequente additiones marginales. *Triodii* liber est, quo nomine strictius appellatur sequela Officii quadragesimalis a Dominica *Publicani et Pharisæi*, quæ proxime præcedit eam quam Latini nuncupantur *in Septuagesima*, usque ad Dominicam Palmarum; sed nihilominus in Triodio saepe additur etiam Officium

Hebdomadae maioris. *Triodium* autem dicitur, eo quod eo tempore officia, ut plurimum, fiunt ex hymnis qui tribus tantum Odis constant, unde et *Triodia* appellari consueverunt. Jamvero in hoc Triodii Cod. pauca principio et fine desiderantur. Margines habent saepe hymnographorum nomina, correctiones et additiones, quandoque etiam multiformes cruces.

In hisce Triodiis sive in *Quadragesimam* sive in *Pascha* compositis comparationes omittimus, studiosum hominem ad editiones remittentes, Romæ habitas annis 1724, 1738 et Venetiis annis 1565 et 1600. Variationes enim vix invenies, ac demum hymni novi et inediti raro vel numquam occurrere videntur.

CODEX SEPTUAGESIMUS SEXTUS

Δ. β. II.

Cod. ms. membran. graec. saec. XII, constans foliis 196, long. metri 0, 25, latitud. 0, 19, optimo charactere exaratus, quorum grandiores literae minio, minores ceterae, eædemque compactae et æquales, atramento sat nigro conficiuntur.

Triodii aliud exemplar est. Sed Triodio praecurrunt hymni *Catanyctici* seu compunctorii, tum incipit Triodium. Huius titulus sub bene conficto ornatu est: Τριῴδιον σὺν θεῷ ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς κυριακῆς τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου μέχρι τῆς κυριακῆς τῶν βαΐων. *Triodium, auspice Deo, incipiens a Dominica Publicani et Pharisaei ad Dominicam Palmarum.* Eo enim proprie dierum processu Graecis absolvitur ieiunium quadragesimale, quod initium sumit a Dominica, quam Latini dicunt *in Quinquagesima*. Jeiunia vero a Domin. Palmarum usque ad S. Pascha strictiori sensu instituta sunt in honorem SS. Resurrectionis.

Desinit liber in Triodium ad matutinum feriæ VI. maioris.

ANIMADVERSIONES

Conscriptus Codex est Cryptae ferratae a Sophronio monacho, qui floruit labente saeculo XI et ineunte XII (Confer Menaeum Januarii Cod. Δ. α. V). Adiectiones marginales multae fiunt manu vel Joannis Rossanensis vel Macarii Rhegini, quorum uterque calligraphus notus est. Propre finem restituit Codicem a fol. 144 et infra D. Joannes Rhosus, presbyter Cretensis, qui extitit labente. saec. XV. Inserta sunt folia duo 70-71 chartacea, manu mihi ignota exscripta. Item folia novem 164-173 exarata a Thoma hieromonacho S. Mariae Hodegetriae apud Rossanum, qui aliis Codd. lacunas complevit. Ibidem pauca appinxit Michaël Lodolinus an. 1664. Recentior postremo manus versum hunc inscripsit: . . . *οὐ δεῖ βουληφόρον ἄνδρα πανύχιον εὕδειν*: . . *non bene est, quod vir consiliarius tota nocte dormiat.*

Postremo ex hoc Cod. quod pridem inscribebatur lit. C. 18, Philippus Vitali, cum praeesset edendis Graecis ecclesiasticis libris, *Canones et Triodia* quaedam in libro *Triodio*, Romæ edito 1738, apposuit pagg. χμϑ' (649) et seqq. ut ibidem praefixo titulo adnotatur.

CODEX SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS

Δ. β. III.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 108, long. metri fere 0, 25, latitud. fere 0, 19, mutilus initio et fine. Bonus calligraphus exaravit, imitator, credo, Macarii Rhegini et coœvus calligrapho Cod. Δ. β. I, quocum et ipse atramento tantum usus est.

Triodium est, incipiens non multum ante hebdomadam primam, et desinens in fer. V hebdomadae item V.

CODEX SEPTUAGESIMUS OCTAVUS

Δ. β. IV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII vel XIII, constans foliis 104, longit. metri 0, 25, latitud. 0, 19, cui desunt initium et finis. Olim videbatur duabus manibus exscriptus esse, at mihi una atque eadem videtur, quæ tamen latiore charactere cœpit, minuto autem scribere absolvit.

Triodium est parum ante primam hebdomadam Jeiuniorum incipiens, desinens autem in horam VI magnam feriae VI hebdomadae maioris.

CODEX SEPTUAGESIMUS NONUS

Δ. β. V.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 235, long. metri 0. 20, latitud. 0, 14, fine mutilus, et mediis foliis aliquot carens. Atramento uno exaratus, at composito charactere, recte ductis lineis, margine æquali circumseptus.

Triodium: cui tamen praecurrunt Hymni catanyctici in ferias hebdomadales infra annum dicendi, quibus nonnulla extrema desunt. Pone sequitur Triodium ipsum inscriptum: Τριῴδιον σὺν θεῷ ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς κυριακῆς τοῦ φαρισαίου καὶ τοῦ τελώνου μέχρι τῶν Ἁγίων πάντων. *Triodium quod, auspice Deo, incipit a Dominica Pharisaei et Publicani usque ad sollemnitatem omnium Sanctorum*: quae coincidit cum Dominica SS. *Trinitatis* secundum Latinos. Hoc igitur Triodium latius patet, quam supe-

riora, habens nimirum duo *Triodia*, alterum scilicet quod superius dixi *quadragesimale*, alterum vero *paschale* a Graecis nuncupatum etiam *Penticostarium*, decurrens a Dominica Resurrectionis ad eam Dom. Omnium Sanctorum: Triodium quoque dictum quod item ex hymnis *triodiis* constet tum in Completoriis cum in Matutinis. Nihilominus liber hic deficit prope Dom. II. Quadragesimae: verum cod. desinenti compacta sunt duo folia cuiusdam Menaei *Decembris* saec. X.

CODEX OCTOGESIMUS

Δ. β. VI.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 99, long. metri fere 0, 23, latitud. 0, 17, bono charactere exaratus. Maiores literae sandaracha descriptae sunt, minores ceteræ atramento, quod jam flavescit et rutilat.

Triodium est initio exordiens cum solito titulo, cui praepingitur sandarachinus item ornatus, et desinit in feriam IV mediæ Quadragesimae.

CODEX OCTOGESIMUS PRIMUS

Δ. β. VII.

Cod. ms. graecus saec. XII, constans foliis 224, longitud. metri 0, 27, latitudinis 0, 32, Carbonensis scriptura praestantissima, in bonis membranis, et pulchro charactere multa cum diligentia conscriptus.

Triodium integrum, sed mutilus liber incip. a Dominica Pharisaei et Publicani, desinens in hymnum S. *Paschatis*. incip. Ἀναστάσεως ἡμέρα, Joan. monachi.

CODEX OCTOGESIMUS SECUNDUS

Δ. β. VIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. X(?), constans foliis scriptis 104, longitud. metri fere 0, 20, latitud. 0, 15. Scribendi quidem ratio non bona, sed forma unciali abundat, vetustatem multam praesefe-

rens: atque cum atramentum, nunc quidem flavescens, jampridem etiam evanuisset, Cod. restitutum aliquot in locis videmus.

Triodium est initio valde mutilatum, apparet enim primo paullo ante fer. VI hebdomadæ quintae, et prosequitur, fine deficiens, usque ad Dom. II post pascha. Verum inde a Dom. I post pascha, quae *Antipascha* dicitur a Graecis, exaratum est manu recentiore, sæculo plus minus XIV.

CODEX OCTOGESIMUS TERTIUS

Δ. β. IX.

Cod. ms. membran. graecus sæc. XIV, constans foliis 232, longitud. metri 0, 22. latitud. 0, 18, mutilus initio et fine. Membranae crassiores, nigrae, detritae, inaequales. Characteris forma deterior, alicubi etiam neglectior.

Triodium est, habens praeter stichéra et hymnos etiam Lectiones e SS. Scripturis, quae in superioribus omnino desiderantur. Cfr. Codd. Α. δ. ι. et seqq.

ANIMADVERSIONES

Folia quaedam palimpsesta sunt, excipiuntque cantica in Dominicam Resurrectionem, quæ exhibent saeculum XI.

Fol. 150 v. male exaratam literis grandioribus refert epigraphen: Ἐκοιμήθη ὁ λεῦλος τοῦ θεοῦ. . . . . καιλης ἔτει ϛωνδ'. μηνὶ φευρουαρίῳ ἡμέρᾳ β' εἰς τὴν ε'. *Obiit servus Dei . . . . caeles, anno* 6854, (1346) mense Februario feria II hebdomadis V.

CODEX OCTOGESIMUS QUARTUS

Δ. β. X.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, spissus foliis scriptis 35. longitud. metri fere 0, 28, latitud. 0, 23, charactere composito et nitido conscriptus; et super canendos versus, quod raro fit, notis musicis signatus.

Triodii fragmentum est, excipiens multa in Hebdomadam majorem, maxime vero in tres ultimos dies.

ANIMADVERSIONES

Calligraphus sese prodit hac in epigraphe: Ετελειώθη ἡ παρεῦσα δέλτος ἐν ,ςχμς' ἰνδ. ι'. ἡμέρα δ'. μηνὶ νοεμβρίῳ κε', ὥρᾳ θ', γραφὲν διὰ χειρὸς Εὐθυμίου τληπαθεῦς καὶ ἀβροτίμου ἀνεψιεῦ τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει κατὰ κλημη (sic). Εὔξασθέ μοι πάντες διὰ τὸν κύριον, συγνώμην μοι δότε, ἐὰν εἰς τι ἔσφαλκα, ὅτι καὶ ὁ γράφων παραγράφει. Δέξα δὴ τῷ θεῷ, ἀνατέμπω εἰς τοὺς αἰῶνας. *Absolutum est hoc volumen anno* 6646 (1138) *Indict. X, feria IV, mensis Novembris* 25, *scriptum manu Euthymii viri patientis et delicati consobrini Clementis beatae memoriae* (?). *Precamini pro me ad Dominum. Veniam date mihi, si in aliqua re erraverim; quoniam etiam qui scribit errat.*

Gloria iam Deo! (*ipse dirigo*) *in sæcula.*

Tum in alio folio adest carmen jambicum. Versus isti jambi-scazontes continue scripti sunt; sed scriptura intercipitur margine medio inter duas columnas, ita ut e linea unius ad alteram alterius columnæ recta progredi lectura debeat. Porro priores versus aliquot scripti sunt literis grandioribus inter se connexis et ligatis, puncto tantum versibus interiecto, ceteri contra charactere parvo.

Σεὶ δόξα, χριστὲ, καὶ πρεσκύνησις πρέπει
Τῷ (συμ)περασῇ τῶν ἁπάντων κτισμάτων·
Γλωσσαμέρρωτος ἀδυνατεῖ ἐκφράσαι
Τῆς σῆς σοφίας τὸ ἀνίκαστον πλῆθος.
Εἰλασας γὰρ ἄνθρωπον χειρὶ οἰκείᾳ
Πρὸ δ' ἐθημιούργηκας αὐτῷ τὰ πάντα,
Πόλον τε καὶ ἤπειρον ὁμοῦ καὶ ἅλα. κτλ.

Sed ista speciminis gratia sufficiant huius carminis vetustate saltem venerabilis et inediti, quod in Codice per tres adhuc plenas pagellas prosequitur.

CODEX OCTOGESIMUS QUINTUS

Δ. β. XI.

Cod. ms. membran. graecus, constans foliis 86, longitud. metri 0, 32, latitud. fere 0, 22, mutilus initio et fine, ac lacerus et corrosus, multisque infectus maculis. Prior dimidia pars pertinere videtur ad saec. X, posterior ad saec. XII. Vetustior atramento tantum exaratur, quod iam rutilius apparet, recentior autem minio etiam exscribitur, et melius adservatur: utraque tamen bono charactere gaudet.

Fragmentum *Triodii* est, incipiens ab hebdomada mediae Quadragesimae et desinens in hebdomadam majorem. Excipitur inter plura Officium *magni Canonis*, opus S. Andreae Cretensis, de quo vide infra Cod. Δ. β. XV.

CODEX OCTOGESIMUS SEXTUS

Δ. β. XII.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVI, constans foliis scriptis 414, longitud. metri 0, 42 et amplius, latitud. vero 0, 28, bono charactere ex atramento et minio omni diligentia descriptus, nec non mediocri ornatu praeditus.

Triodium quadragesimale absolutissimum est, scilicet a Dominica Publicani et Pharisaei usque ad Vesperas sollemnes sacratissimi Paschatis. Habet etiam Lectiones prophetarum suis locis insertas.

ANIMADVERSIONES

Calligraphus hæc de se loquitur fol. 409 v. « *Ego dominus Lucas de Felicibus Tiburtinus, monachus sacerdos in venerabili Monasterio sanctae Mariae de Cryptaferrata hoc praesens officium quadragesimale in multis variisque libris vetustate consumptis dispersum atque confusum, secundum ordinarium officii Cryptæferratæ in hoc præsenti volumine magno labore ac propria manu ordinatim collegi, perfecique sexto nonas Iulii* 1590. *Sub die Visitationis sanctæ Mariæ Virginis.* »

Fol. 412 v. præbet alia exarata recentiore manu, sed deteriore, at fol. 413 habet quædam exscripta sæc. superiore a D. Placido Schiappacasse.

CODEX OCTOGESIMUS SEPTIMUS

Δ. β. XIII.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis omnino 256, longitud. metri 0, 41, latitud. 0, 27, optimo charactere exaratus et diligentia ornatissima praefulgens, ut ex calligrapho mox lucidum erit.

Triodii pars prior est priore perscripta volumine a Domin. scilicet Publicani et Pharisaei ad Domin. IV Quadragesimae. Lectiones prophetarum quae Cod. superioris propriis locis interiectas vidimus, in isto cunctae ex ordine ad finem libri ablegantur.

ANIMADVERSIONES

Inscriptio extrema literis grandioribus exarata habet haec. Ἐγράφη διὰ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ Φουλγεντίου Ἀουστίνου μοναχοῦ ἐν ταύτῃ τῇ μονῇ τῆς Κρυπτοφέρρης· ἐν τῇ ἡμέρᾳ δὲ τῆς γεννήσεως τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου· ἐτελειώθη ἐν ἔτει ἀπὸ τῆς γεννήσεως χριστοῦ ,αψοη'. *Scriptus est manu Fulgentii Austini peccatoris monachi in hoc Monasterio Cryptoferres. Absolutus est autem die Nativitatis SS. Deiparae Dominae Nostrae, anno a Nativitate Christi* 1778.

CODEX OCTOGESIMUS OCTAVUS

Δ. β. XIV.

Cod. ms. membran. graec. saec. XVIII, constans foliis scriptis 179, omnino longitud. metri 0, 41, latitud. 0, 27, eodem charactere methodo et calamo, quo volumen proxime praecedens, diligentissime exaratus.

Altera enim pars est *Triodii* quadragesimalis et continuatio usque ad Sabbatum Sanctum inclusive. Iam vero utrumque huius *Triodii* volumen paucis abhinc annis russiacis pellibus rubris coopertum est, et clavis ornatibusque ex aurichalco optime ornatum.

CODEX OCTOGESIMUS NONUS

Δ. β. XV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 41, longitud. metri 0, 27 cum dimidio, et latitud. fere 0, 21. Duo opera in Codice excipiuntur a duobus confecta calligraphis bonis mehercule et elegantibus.

In primo, uti ex titulo ornatibus redimito, habetur Ακολουθία τοῦ μεγάλου κανόνος τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Ανδρέου ἐπ. Κρίτης, *Officium magni Canonis S. P. N. Andreae Episcopi Cretensis*, quod recurrit in fer. V hebdomadae V Quadragesimae.

In secundo exscribitur opus, cui titulus: Ακολουθία τοῦ τιμίου καὶ ἀχράντου σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρ. καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, *Officium pretiosi et immaculati corporis et sanguinis D. N. J. Christi.* Officio item inchoando praetexitur ornamentum exhibens SS. Jesu Nomen, superimposita *ciconia*, ave symbolica, quae pullos suos proprio sanguine nutrit. Cfr. Cod. Γ. α. 1. Catalog. pag. 210.

ANIMADVERSIONES

Monumentum peritiæ suæ tradit prior Calligraphus in circulo quodam, quem quinque tangunt anguli ex duobus triangulis decussatis. Parallelæ circuli lineæ hos exhibent scriptos jambos:

Σῶσόν με Θωμᾶν σὸν ταπεινὸν οἰκέτην,
Ω χριστὲ σῶτερ, εὐχαῖς τοῦ σοῦ Ανδρέου.

Salvum me fac Thomam humilem famulum tuum, o Christe Salvator, precibus Andreae tui. Parallela vero triangulorum sunt hæc verba: Εγράφη διὰ χειρῶν τοῦ εὐτελοῦς μοναχοῦ καὶ ὑποδιακόνου θωμᾶ Γάττα, τοῦ ἀπὸ Ρώμης, ἐν τῇ Θεσσώςῳ μονῇ τῆς Κρυπτοφέρρης, ἡγεμονεύοντος τοῦ αἰδεσιμωτάτου πατρὸς ἡμῶν κυρίου Επιφανίου Σταβίσχι, ϝτει ζσνθ', ἰνδ. ιθ'. κυκλ. ἡλ. ζ'. σελήνης ιθ'. *Scriptus est manibus inutilis monachi et subdiaconi Thomae Gatta Romani in hoc venerabili Monasterio Cryptaeferratae, cum esset abbas Rmus P. N. Dominus Epiphanius Stawiscki, an.* 7259 (1751) *Indict. XIV. cycl. sol. VII, Lunar. XIV.*

Alterum Calligraphum significat Vitalius noster: *Athanasius Pellegrini scripsit.*

CODEX NONAGESIMUS

Δ. β. XVI.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVI, constans foliis scriptis 281, longitud. metri 0, 30, latitud. 0, 26. Characteris formam bonam mox testabitur nomen calligraphi iampridem noti.

Penticostarium est, excipiens Officia ferialia propria a die sacratissimi Paschatis ad Domin. *Omnium Sanctorum*, quae incidit in octavam Pentecostes, et apud Latinos, *SS. Trinitatis.*

Absoluto *Penticostario* calligraphus addit officium in *SS. Christi Corpus;* scil. ad Compl. hymn. Αρτος ζωῆς, ad Matut. hymn. Βλέψον ψυχή, tum officium in *SS. Petrum et Paulum* cum hymno, opere S. Barptolomaei Ab. Cfr. Cod. Δ. α. X.

ANIMADVERSIONES

Calligraphus nomen suum adpinxit huic inscriptioni: Ἐγὼ κῦρ. Λευκᾶς Φαίληξ ὁ Τυβουρτῖνος, ἱερομόναχος τῆς σεστῆς ἐν Κρυπτοφέρρῃ μονῆς τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας τὴν παροῦσαν ταυτηνὶ πασχάλιον ἀκολουθίαν διεσπαρμένην τε καὶ συγκεχυμένην ἐν πολλοῖς τε καὶ διαφόροις βιβλίοις, χρόνῳ διεφθαρμένοις, κατὰ τὸ τεταγμένον τῆς κρυπτοφερρικῆς ἀκολουθίας ἐν τῇ παρούσῃ πυκτίδι, πολλῷ πόνῳ καὶ ἰδίᾳ χειρὶ κατὰ τάξιν συνηθροισάμην τε, καὶ ἐπετελεσάμην μεταγειτνιῶνος δευτέρᾳ φθίνοντος ἀφπθ', ἐν ἡμέρᾳ τῶν μακαρίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου. Ipse Calligraphus versionem latinam addit: « *Ego Dominus De Felicibus Tiburtinus monachus sacerdos in venerabili monasterio Sanctae Mariae de Cryptaferrata hoc præsens officium temporis Paschalis in multis variisque libris vetustate consumptis dispersum atque confusum, secundum ordinarium officii Cryptaeferratae in hoc præsenti volumine magno labore ac propria manu ordinatim collegi, perfecique tertio Calendas Julii* 1589, *sub die BB. App. Petri et Pauli.* »

Post epigraphen Michaël Lodolinus, qui posteriori sæculo floruit, adiecit hymnum in *SS. XII Apostolos*, opus Heliae, incipientem: Η δωδεκάπυρσος. Cfr. Cod. Δ. α. X.

Postremo alia manu veniunt tria stichéra in sacratissimum *Corpus Christi.*

CODEX NONAGESIMUS PRIMUS

Δ. β. XVII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 187, long. metri 0, 25, latitud. 0, 18, optimae notae. Character omnino similis illi, quo gaudet Cod. supra descriptus Δ. β. II, et pari in initio prætexus ornatu, proinde tribuendus est Sophronio Monacho. *Penticostarium* proprie est seu Officium Paschalis temporis, cui tamen praefiguntur officia hebdomadis maioris a fer. II.

ANIMADVERSIONES

Codici ineunti compactæ sunt aliæ membranæ exaratæ manu recentiori, sed vetusta, credo equidem, sæc. XIII. Habentur adiectiones quaedam ad Officia paschalia exscriptae a Joanne Rossanensi an. 1214.

Sic nimirum censeo ex monocondylo, quod videtur Rossanensis opus; et habet: Ετος ,ϛψκβ' μαΐου μηνὸς κθ', ινδ. β' τελέλεσται τοῦτο..... ἑξάχις χιλιοςῷ ἑπτακοσιοςῷ εἰκοςῷ δευτέρῳ παρὰ Ιωάννου ταῦτα ἐγράφη καὶ ἐτελειώθη. *An.* 6722 (1214) *Maio mense d. XXIX, ind. II absolutus est hic* (liber) *an. sexies millesimo septingentesimo vigesimo secundo. A Joanne hæc scripta et perfecta sunt.*

Interiiciuntur diversis locis duo quaterniones chartacei, exscripti a calligraphis notis saeculi XVI et XVII.

Ad calcem folii 83 v. feria II. hebdomadis II paschalis minutissime scribitur: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκοιμήθη ὁ ὁσιώτατος πατὴρ ἡμῶν Βλάσιος μην. ἀπριλλίου εἰκοστῇ πρώτῃ. *Eodem die obiit sanctissimus pater noster Blasius mensis Aprilis die vigesima prima*, de quo vide, sis, in *Prolegomenis.*

CODEX NONAGESIMUS SECUNDUS

Δ. β. XVIII.

Cod. ms. chartac. græc. saec. XVIII, excipiens folia scripta 167, longitud. metri 0, 34, latitud. fere 0, 23, altiori et bono charactere exaratus a calligrapho qui in fol. ult. ita se prodit: *Hieronimus Benaglia scribens ordine et iussu Rmi. P. Barptolomaei Ullerici abbatis Cryptae ferratæ.*

Penticostarium est complectens tantum sacros hymnos pro Completoriis et Matutinis. Liber hic habet partem priorem a Dominica *S. Thomæ* (seu in Albis) usque ad fer. VI mediae Pentecostes.

Tum appingitur Officium in sacratissimum *Christi Corpus.*

Denique idem calligraphus addit Officium *S. Beniamin Martyris* cum hymno, ad d. 31. Martii.

Complexus est fini volum. *Chatismata* (genus cuiusdam cantus) *D. Philippus Berga hieromonachus an. 1840,* ut ipse de se scribit.

CODEX NONAGESIMUS TERTIUS

Δ. β. XIX.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVIII, continens folia scripta 181, eiusdem dimensionis qua proxime anterior. Exaratus ab eodem calligrapho Benaglia, et excipit quidquid inde sequitur Penticostarii. Huic etiam volumini Philippus Berga appinxit *chathismata* an. 1840.

CODEX NONAGESIMUS QUARTUS

Δ. β. XX.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 97, longitud. metri 0, 40, latitud. fere 0, 27, tum summa diligentia tum optimo charactere praestantissimus. Grandiores literae affabre factae et minio pictae. Ornatus etiam aliquot extant pulchelli. Ita de se auctor: « *D. Placidus Schiappacasse scripsi hunc librum anno Dni. 1746 Vellitris in Monasterio Sanctae Mariae in via Lata et in usum chori V. Monasterii Cryptae ferratae obtuli.*»

Stichárium est Penticostarii. Excipitur quidquid ad officium Paschale pertinet, exceptis tantum hymnis, quod vidimus in duobus Codd. superioribus. Sed continet etiam stichéra Dominicalia infra annum, quae etiam per illud temporis occurrunt.

ANIMADVERSIONES

Mnemosynon prolixius græce composuit calligraphus, quod ita se habet: Εγράφη διὰ χειρὸς Πλακίδου τοῦ Σκιαπακάσσε ἐκ τῆς Γενούας πόλεως, τοῦ ἐν ῶασι τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἐλαχίστου καὶ ῶάντων τῶν ἱερομοναζόντων ἀναξιωτάτου. Εγράφη δὲ ἐν τῷ πανσέωτῳ μοναστηρίῳ τῆς ὑῶεραγ. θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῆς ἐωιλεγομένης ἐν Πλατείᾳ - Οδῷ παρὰ τὴν Ουελιτρῶν πόλεως, ἡγουμενεύοντος ἐν αὐτῷ τοῦ τιμιωτάτου ῶατρὸς καὶ διδασκάλου Ιακώβου τοῦ Σκιόμμαρι, ὅνπερ καὶ ὁ γράψας ἠξιώθη παρὰ θεοῦ καὶ διδάσκαλον ἔχειν ἐν τῷ ῶαιδασκητηρίῳ τῆς τε εὐσεβείας καὶ ἑλληνολογίας καὶ φιλοσοφίας καὶ θεολογίας. Τέλος δὲ ἔλῆφε δέλτος αὕτη τῇ γ'. τοῦ ἀῶριλλίου μηνὸς ἐν ἔτει τῆς ἀῶὸ τοῦ κόσμου κτίσεως ,ζσνδ' 7524, καὶ τῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριϛοῦ ἐνσαρκωσεως ,αζμϛ' 1746, ἡμέρᾳ κυριακῇ τῶν Βαΐων κατὰ ῥωμαίων, καὶ ἐδόθη παρὰ τοῦ γράψαντος ὁ πόνος αὐτοῦ τῇ ὑῶεραγ. καὶ ὑῶερευλογημένῃ θεοτόκῳ καὶ ἀειπαρθένῳ Μαρίᾳ τῆς ῶανσέῶτου μονῆς τῆς Κρυῶτοφέρρης, ἡγουμενεύοντὸς ἐν αὐτῇ τοῦ τιμιωτάτου ῶατρὸς Επιφανίου Σταβίσχι, ὅς καὶ διὰ τὴν ῶάσης τῆς ἡμῶν μοναχικῆς τάξεως ἐῶιτροῶὴν, τῆς αὐτῆς μονῆς κατὰ βίον ἡγεμονίαν ἔτυχεν. Οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑῶὲρ ἐμοῦ. *Scriptus est manu Placidi Schiappacasse e Genua civitate, hominis inter peccatores minimi, et inter monachos sacerdotes indignissimi. Scriptus est autem in Ven. Monasterio SS. et semper Virginis Deiparæ, quæ dicitur* In Via lata *prope Velitras civitatem, cum abbas esset ibidem Rmus Pater et Magister Jacobus Sciommari: quem scriptor ipse, Dei munere, habuit in pœdasceterio (Novitiatu) tum pietatis, cum Linguae graecae, Philosophiae ac Theologiae magistrum. Finis obtigit huic libro die III mensis Aprilis, anno a creatione mundi 7254, et a Nativitate D. N. J. C. 1746, dominica Palmarum iuxta Romanos: et idem scriptor opus elaboratum obtulit Mariæ Deiparæ semper Virgini et sanctissimae ac benedictae in Ven. Monasterio Cryptae Ferratae, cum Abbatem gereret Rmus Pater Epiphanius Stavischi, qui de procuratione universi nostri monastici Ordinis privilegio sortitus est, ut ad vitam ibidem praepositus esset. Qui legitis orate pro me.*

Postremo Philippus Vitalis an. 1752 bifariam tributi hymni jambici in *SS. Pentecostem*, partem libro ineunti, partem vero desinenti perscripsit.

CODEX NONAGESIMUS QUINTUS

Δ. β. XXI.

Cod. ms. chartac. graecus. saec. XVI exeuntis, constans foliis 104, longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 20, denso, arrecto, compositoque charactere exaratus, atramento et minio colore pro rerum varietate distinctus, ornamentis aliquot elegantioribus ornatus.

Titulus naturam operis exhibet initio : Αρχὴ σὺν θεῷ τοῦ Παραμοναρίου, *Principium, Deo auspice, Paramonarii.* Porro apud nos *Paramonarium* audit liber, qui excipit *Vesperas, Horas magnas* et *Matutina*, quæ habentur in Παραμοναῖς seu *pervigiliis* sollemniorum Domini festivitatum.

Fol. 1. *Horae magnae, Vesperae* et *antiphonae* Missae S. P. Ba-

silii in pervigilium Domin. Nativitatis. In hisce porro exscripta omnia inspiciuntur propria, idest *psalmi*, *stichéra* et *lectiones* ex SS. Scripturis.

Fol. 23. v. Eadem ratione omnia exscribuntur in pervigil. Epiphaniae Domini.

Fol. 41. v. Matutinum *Crucifixionis*, quod *ab Evangeliis* nomen mutuatur.

Fol. 61. v. Horae *magnae* in magna fer. VI.

Fol. 79. v. Vesperæ eiusd. feriae VI, quibuscum connectitur *Adoratio Crucis* more Latinorum: ritus prouti talis in praesens obsoletus.

Fol. 81. v. Matutinum Sabbati Sancti.

Fol. 96. v. Vesperae *magnae* eiusdem Sabbati.

ANIMADVERSIONES

Expleto libro compingitur epigraphe Calligraphi autographa: Ἐγράφη ἡ παρεῦσα βίβλος πέντῃ φθίνεντος ἐπὶ δεκάδι Απριλλίου μηνὸς ἀφπϑ' ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριςνῦ γεννήσεως, ἐν ταύτῃ τῇ μονῇ τῆς Κρυπτοφέρρης ὑπ' ἐμοῦ Κύρου Παύλου Βηβιλάκεια Τευσκουλανοῦ, ἱερομονάχου τῆς πρειρημένης μονῆς. Ἐρρώσϑε οἱ ἀναγινώσκοντες καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ. *Scriptus est liber hic die* 25 *Aprilis anno* 1589 *a Nativitate Salvatoris N. J. Christi, in hoc Monasterio Cryptae Ferratae, a me D. Paulo Bevilacqua Tusculano, monacho sacerdote praefati Monasterii. Valete qui legitis, et orate pro me.*

Fol. extremum continuo subsequens habet alia manu ex Typico exscriptam rubricam quamdam. Folium autem librum præcurrens excipit hymnum sat longum in *Christi Nativit.* Σήμερον γεννᾶται ὁ κύριος, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἀγάλλεται, *Hodie nascitur Dominus, et creatura universa laetatur.* At hinc discedit hymnus; pergit enim sine acrostichide: Σήμερον Χριςοῦ τὰ γενέθλια, σήμερον πιςῶν τἀγαλλίαμα. *Hodie fit Christi nativitas, hodie fidelium exultatio*; atque ita deinceps per quadraginta omnino versus, qui proinde omnino differt ab eo, qui adhuc usum apud nos obtinet, ductus per versus 26 cum acrostichide alphabetaria. Cfr. Horol. Cryptofer. Romæ ed. an. 1772 et Cod. Γ. α. XII.

CODEX NONAGESIMUS SEXTUS

Δ. β. XXII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, constans foliis 77, long. metri 0, 40, latitud. 0, 27, nitidissimo compositoque charactere exscriptus, minio etiam adhibito. Grandiores capitalesque literae colore rubro typis ex auricalcho confectae sunt.

Frons libri titulum hunc praefert: Παραμονάριον σὺν θεῷ ἁγίῳ ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς ἡμέρας κϑ' τοῦ Δεκεμβρίου μηνός, *Paramonarium, Deo auspice, incipiens a die XXIV mensis Decembris.* Opus D. Fulgentii Austini elucubratum an. 1781.

Fol. 1. Lectiones tantum ex Prophetis, Apostolo et Evangeliis in *horas minores* et *Vesperas pervigilii SS. Nativitatis D. N. J. Ch.* Ad Vesp. adduntur stichéra, sed psalmi perpetuo omittuntur qui de more prostant in Horologiis (Vid. Cod. Γ. α. XI).

Fol. 12. v. Eadem cuncta pro *Pervigilio Epiphaniae Domini.*

Fol. 24. Lectiones Evangeliorum *in Matutinum* feriæ VI maioris, quod celebratur sub vesperum feriæ V cum *Triod.* Cosmæ mon. Πρὸς σὲ ὀρθρίζω.

Fol. 41. Lectiones prophet. Apost. et Evang. ad horas minores in fer. VI maiorem.

Fol. 46. v. Idiomela et prophetiae ad Vesp. in fer. VI.

Fol. 52. Matutinum in sabb. Sanctum cum hymn. Κύματι θαλάσσης, op. Cosmæ mon.

Fol. 58. Vesperae sollemniores et Magnae in Sabbatum sanctum. Hinc explicit liber cum epigraphe: Τέλος καὶ θεῷ χάρις, *Finis et Deo gratia.*

CODEX NONAGESIMUS SEPTIMUS

Δ. β. XXIII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XIX, constans foliis 48, longit. m. 0, 19, latitud. 0, 13, cui titulus: Παραμονάριον μικρὸν σὺν τῷ θεῷ ἁγίῳ, *Paramonarium parvum, Deo auspice.*

Continet multa vel modulamina vel lectiones biblicas, quotquot occurrunt in sacras functiones Hebdomadae maioris; quae postremo excipiunt aliquot preces et Liturgiam S. P. N. Basilii Magni.

CODEX NONAGESIMUS OCTAVUS

Δ. β. XXIV.

Fragment. membran. Cod. graeci saec. XII, continens folia olim in proprio libro supputata a num. 158 ad 170, longit. pl. m. 0, 15, et latitud. pl. 0, 11, bona manu exaratus. Jam vero excipit reliquias hymni in S. *Alexium Conf.* qui ap. Men. Veneta incip. Ὑπέμεινας τὴν πτωχείαν. Tum venit integer hymn. in Dom. *Omnium Sanctorum* incip. Ἀρχὴν ὑπεράρχιόν σε. Postremo Odae tres hymni paracletici, cuius titulus ita se habet: Κανὼν παρακλητικ. εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ (sic) τῶν ἁγγ. Ἀσωμάτων, καὶ τοῦ ἁγ. Ἰω. τοῦ προδρόμου καὶ τῶν ἁγγ. Ἀποστόλων, καὶ τοῦ ἁγ. Νικολάου, τοῦ ἁγ. Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ, καὶ τοῦ ἁγ. Βασιλείου, καὶ τῆς ἁγ. Βαρβάρας, καὶ τῆς ἁγ. Παρασκευῆς, καὶ Ἀναπαύσιμον, καὶ τῆς ἁγ. Θεοτόκου, *Canon paraclet. in D. N. J. C. et in honorem SS. Angelorum et S. Joan. Praecursoris et SS. Apostolorum et S. Nicolai,*

nec non S. Gregorii thaumaturgi et S. Basilii et S. Barbarae et S. Parasceves et Mortuorum et S. Deiparae. Incip. Ἐξανέστησάς με.

Accedit etiam foliolum, fragmentum pulchri ac vetusti *Triodii* quadragesimalis pulchre exarati sæc. XI.

CODEX NONAGESIMUS NONUS

Δ. γ. I.

Cod. ms. membran. graec. saec. XI, foliis constans 176, longit. metri fere 0, 27, latitud. 0, 20, initio et fine carens, optime composito et nitido charactere exaratus; cuius dolet latere calligraphum, qui tot, tantaque diligentia res conscripsit, quot minutissimis literis et densis lineis capi poterant in magna voluminis mole. At is videtur Nilus II vel Sophronius, profecto autem unus aliquis e schola sub Nicolao I. ab. Paginae hinc inde extremae mutilae attritu et temporis iniuria pessumdatae, serius restitutae sunt. Margines priorum postea foliorum notulis vetustis consperguntur: quae vero rubra, sunt opus Joan. Rhosi.

Παρακλητικὸν, *paracleticum*, seu consolatorium, liber hic indigitatur, qui sæpius in editis Παρακλητικὴ nomine donatur.

Codex autem a fol. 1 ad 33. habet hymnos Dominicales in *Christi Resurrectionem*, unde *Anastasimi* dicuntur, qui per octo sunt dispecti tonos. Prioris hymni tantum finis exhibetur.

A fol. 33. ad 83. Hymni *catanyctici* in *Octoëchum* seu per octo item tonos, qui in officiis ferialibus hebdomadalibus locum habent.

A fol. 83. ad 89. Hymni διαφόροι seu *varii* in quosdam Sanctos, idest in *S. Nicolaum* Στεφηφόρος, in *S. Basilium* Ὡς κόσμος βασίλειος, Joseph: *pro infirmis* Η παντουργός, *in D. N. J. C.* Ακινδύνων, Clementis, in *Deip. S. Michaëlem, S. Acindynum, S. Nicolaum* Παναγία ἄχραντε, Joseph. Alius hymnus in *S. Michaëlem et SS. XL Martyres, S. Irinarchum et S. Nicolaum*, incip. Ἁγίων ἀγγέλων, abrumpitur cum primo tropario.

A fol. 89 ad finem usque subsequuntur hymni feriales.

CODEX CENTESIMUS

Δ. γ. II.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIV vel XV, constans foliis 110, longitud. metri 0, 26, latitud. 0, 21, proiecto charactere manus tachygraphicae negligentioris exscriptus.

Paracleticon est, vulgo tributum S. Joanni Damasceno, id est officia hebdomadalia in honorem potissimum *Deiparae Virginis*.

Incipit liber initio mutilus ab extremis duobus tropariis Odae IV hymni secundi, nempe ad Vesperas Dominicae iuxta tonum primum, et prosequitur ad finem usque operis, cui subnectitur hymnus paracleticus in *S. Jo. Chrysost.* incip. Μετανοίας σάλπιγξ.

ANIMADVERSIONES

Explicit liber his verbis: Ω θεὲ τῶν ὅλων, χριστέ μου, παράσχοιο χάριν τοῖς ἐμοῖς πόνοις. « *O Deus cunctorum, Christe meus, praebeas oh! gratiam laboribus meis.*» Latet me calligraphus; sed codex in Monasteriis Patiriensi aut S Hadriani prope Rossanum extitisse videtur. Margini super. fol. 5. scribitur: « *D. Joannes Rossi seg. Gnlis et Abbas S. Mariae de Patirion.* » Et alibi italice luditur corrupta voce *Patire, Monrii nomen.* « *O Voi che militate sotto il vesillo del Patire ..... osservate li suoi precetti.* » Et alibi: Ἐγὼ κύριος Κυρίλλος Καρόζζα τοῦ Ρυσιάνου. « *Ego d. Dominicus Carozza e Rossano,* » qui aliam supra marginem de se latine scribit: « *Ego D. Dominicus Carrozza clericus professus ivi causa studendi ad sancti Adriani Monasterion.* »

CODEX CENTESIMUS PRIMUS

Δ. γ. III.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis 139, longitud. metri fere 0, 19, latitudinis 0, 15, mutilus initio et fine, nigrescens et attritus ob plura etiam folia palimpsesta. Charactere non bono exaratus, maiores vero literae minio pictae, et rerum capita ornatu quodam praetexuntur.

Paracleticon hebdomadale est, dispositum per octo tonos, excipiens *Anastasimum* cum *Catanyctico* feriali coordinatum (Cfr. Cod. Δ. γ. I). Occurrit codex a tono tertio et deficit in octavum non expletum. Stichéra musicis notis praesignantur multa.

Ad finem versus insertas habes tres membranas albas meliori charactere, aljus profecto manu exaratas et forte saeculis vetustiores duobus. Excipitur officium universum in *S. Pancratium martyrem*, die XI Mensis Julii, et hymn. incip. Μνησθῆς μου παγκράτιε.

CODEX CENTESIMUS SECUNDUS

Δ. γ. IV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 233, long. metri 0, 18, latitud. 0, 13, optimo charactere et elegantia exscriptus

qui e schola Monasterii nostri prodiisse videtur. Rubra sandarachae, nigra vero atramento flaviuscolo dantur, nec desunt ornatuli.

Paracleticon ex octo tonis est, dispositum per singulos hebdomadæ dies. Desunt quaedam tono primo, pauciora etiam octavo. Margines superiores recentiore, sed bono charactere notulis ditantur.

CODEX CENTESIMUS TERTIUS

Δ. γ. V.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIV, constans foliis 150, long. metri 0, 27, latitud. 0, 20. Charactere non male composito exaratur, cuius literae grandiores vivido minio pictae, et Δ maior gothicam praesefert scripturam.

Octoëchum est cum *Anastasimo*, quod diebus Dominicis habet etiam hymnos, sed ceteris feriis non excipit nisi cathismata et stichéra, quæ utraque saepe notis musicis ad cantum instruuntur. Mutilus codex excurrit a matutino dominicali in tono primo ad finem usque scilicet ad hebdomadam in tono octavo universam.

Tum veniunt *Exapostilaria* et *Eothina*, quae secunda sunt idiomela quaedam dominicalia, musicis notis saepe signata. Hos postremo subeunt stichéra alia per octo tonos, ex quibus aliquid tantum desideratur.

CODEX CENTESIMUS QUARTUS

Δ. γ. VI.

Cod. ms. membran. graec. saec. XI ineuntis, constans foliis 180, longit. metri 0, 24, latitud. 0, 18, optimae notae, manum praeseferens Sophronii mon. (Cfr. Codd. Δ. β. II et XVII.) et fere totus bene asservatus. Desunt hinc inde aliquot extrema folia.

Octoëchum cum *Anastasimo* componitur, sed per singulos hebdomadarum dies non exscribuntur nisi tantum hymni, quibus auctorum nomina apposita invenies, in usum hymnologici operis conficiendi opportuna.

Hirmorum vero, qui saepe integre minio perscribuntur, si qui tantum notati fuerint, recentior calligraphus illos ad oras pagellarum extendere studuit.

CODEX CENTESIMUS QUINTUS

Δ. γ. VII.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIV, constans foliis 115, long. metri 0, 11, latitud. 0, 8, initio mutilus. Literarum forma minuta neque valde composita. In pagellis palimpsestis latent fragmenta. Cod. hymnici perpulchro et minuto charactere praediti saec. X in quibus frustula apparent officii *S. Juliani M.* d. XXI Junii, nec non hymni in quemdam *S. Andronicum*, qui videtur ineditus.

Excipit *Anastasimon* ea ferme ratione, qua Cod. superior. Δ. γ. V, nisi quod cum *Exapostilariis* componuntur etiam *XI Evangelia* dominicalia. Deinde veniunt Μακαρισμοὶ, *Beatitudines*, cum tropariis per octo tonos; tum psalmus CVIII.

ANIMADVERSIONES

Absoluto Codici adduntur quaedam leviora, idest in pagella anter. fol. 112 compositiones tres medicæ latino idiomate scriptæ graecis literis. Pagella vero a tergo et huic subsequentes habent *Litanias de Sanctis* græco item charactere exaratas. In his invocantur inter sanctos monachos *Nilus* et *Barptolomaeus*, qui designant locum, ubi Codex scriptus est, scilicet Cryptam ferratam, nec non *SS. Franciscus* et *Dominicus*, qui aetatem Codicis magis confirmant.

CODEX CENTESIMUS SEXTUS

Δ. γ. VIII.

Cod. ms. membran. saec. XIII, constans membranis scriptis 187, longitud. metri 0, 18, et latitud. 0, 14, quarum multae sunt ex aliis scriptis Codicibus desumptae. Bonus calligraphus exscripsit, literis initialibus ex minio confectis instruxit, ornatibus et mæandris multicoloribus decoravit.

Anastasimum datur eadem ferme ratione qua Codices proxime superiores, nisi quod hymnis in *Christi Resurrectionem* adduntur hymni in *Deiparam*. Deficit Codex paullo ante finem, cum abruptum sit unum folium, habens *macarismos* feriales, ita ut integer dici possit.

CODEX CENTESIMUS SEPTIMUS

Δ. γ. IX.

Cod. ms. membran. graecus, spissus foliis 109, longitud. metri ferme 0, 19, itemque latit. 0, 14. Ex duobus codicibus *Anastasimis*

confarctus est et male ordinatus, quorum alter recentior est, cui subsunt palimpsesta sæc. XIII. Ex his primus arrectiore, secundus vero porrectiore charactere gaudet, saeculo plus uno invicem remoti, sed aetatem uterque inter saec. XII et XIV praeseferunt. Duobus in locis sufficitur defectui Cod. foliis aliquot chartaceis saeculo XVI exaratis.

ANIMADVERSIONES

Pagella 20 ad calcem habet male inscriptum: Ἐγὼ καρλ. σικηλ. αγ. κανόνας τῆς κυριακῆς ἐπυσκέπησα (sic), *Ego Karolus Siciliae ss. canones Dominicae inspexi*, idest sacris ritibus adstiti. Karolus unicus h. nom. fuit Siciliae rex, alter enim Karolus Germaniae imperator profecto non est. Dux ille Andegaviæ, Provinciæ comes, imperavit ab an. 1265 ad an. 1282, cujus imperio finem attulere illæ quae vulgo dicuntur *Vesperæ Siculæ*. Interea Codex hic unus esse videtur, qui Regis subscriptionem exhibeat.

CODEX CENTESIMUS OCTAVUS

Δ. γ. X.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 175, long· metri 0, 16, latitud. 0, 13, sed extrema iampridem lacera restituta sunt.

Series magna est et plurimi facienda hymnorum in *Christum*, sed praesertim in *Deiparam* pro periculis cunctis deprecandis, unde et Παρακλητικοὶ κανόνες, *Canones paracletici* appellantur.

ANIMADVERSIONES

Hymnus extremus, cui nonnihil elapsum est, alia eademque seriore manu conscriptus videtur.

Fol. 138 v. hymnus inest, qui praeter morem in tropariis *theotociis* habet acrostichidem Θεῷ χάρις, *Deo gratias*.

Fol. 119 et seq. hymnus habetur recitandus in *exitum animæ e corpore*, cuius singulis tropariis praemittitur versiculus aliquis ex Psalmis *pœnitentialibus*. Prior horum græce est: *Miserere mei Deus* etc. alter vero *Quoniam declinaverunt sicut fumus dies mei*: atque ita deinceps.

CODEX CENTESIMUS NONUS

Δ. γ. XI.

Cod. ms. membran. graec. saec. X, complectens folia 125, long. metri 0, 20, latitud. 0. 15, mutilus fine et initio, cuius etiam folia decem priora udore vel tineis corrosa sunt. Character quidem bene est

compositus, et grandiores literae exstant vario colore suffusæ; sed scriptura ubique flavescens, passim etiam evanuit, quapropter ne belle quidem, alicubi renovatur.

Canones catanyctici seu hymni poenitentiales sunt, sive feriales per singulos dies hebdomadae, praeter dominicos, iidem ad octo tonos dispositi excipiuntur. At quaedam suo ordine turbata deprehendi. Uti vero in more est antiquis calligraphis *canonariis*, singulis hymnis praefigitur cum acrostichide, si noscatur, cuiusque auctoris nomen: in hisce autem nostris eminet *Josephi magni hymnographi*, qui Codici sæculo vix uno praeiverat.

CODEX CENTESIMUS DECIMUS

Δ. γ. XII.

Cod. ms. membran. graecus saec. X, spissus foliis 65, longitud. metri 0, 18, latitud. 0, 14, non bono satis charactere, neque eodem ubique exaratus; unciali autem abundat, praesertim in rerum titulis, initiales vero literae pleraeque suffunduntur minio.

Excipit Canones catanycticos, de quibus sat multa superius, sed media quaedam folia temporis vetustate elapsa sunt.

In fine vero, non inde multo post, idem calligraphus hymnum appinxit in *S. Parasceven Virg. et Mart.* sub die IX Novembris, incipientem: Εσκοτισμένη ήδοναῖς, sed fine deest.

ANIMADVERSIONES

Ante hymnum S. Parasceves calligraphus hæc inscripsit: Ετει ,ϛυοη' ἡμέρα ϛ', ὥρα πρώτη ἰνδ. ιγ. Ἐγράφη τὸ τροπολόγιον τοῦτο ὑπὸ χειρή (sic) τοῦ ταπεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ Κυρίλλου πρεσβυτέρου. διὰ τὸν κυριὸν εὔχειό μοι τῷ ξύϛη. ἀμήν. *Anno* 6478 (970) *die VI hora Indict. XIII. Scriptum est Tropologium hoc manu miseri et peccatoris Cyrilli presbyteri Ad Dominum ores pro me scalptore. Amen.* Animadverte, sis, rursus, ξύϛης pro γραφεὺς voce uti monachum Cyrillum. Confer Cod. A. δ. II et epigraphem Cod. Γ. γ. V.

Deinde *Tropologium*, vocabulum novum, censeo, adhibet calligraphus, forte pro παρακλητικὸν (paracleticum). Hoc autem verbum innuit quod aliquem aliquid *consolatur*, τροπολόγιον vero indicat quod de *moribus*, vel de *ingenio* (a vocibus τρόπος et λόγος) agitur. Quidquid porro *consolatur*, ingenium, mores, animum afficit, et quidquid de rebus *consolatoriis* παρακλητικοῖς dicitur, idem de moribus (τρόποις) dicitur, sermo (λόγος) instituitur.

CODEX CENTESIMUS DECIMUS PRIMUS

Δ. γ. XIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 87, long. metri 0, 20, latitud. 0, 16, mutilus initio, medio et fine, ac prae ve-

tustate attritus et maculatus. Character ligatus quidem sed latior et aequalis, optimi prorsus calligraphi, qui ornatulis decoravit ea sandaracha, qua et grandiores literas omnes descripsit.

Bifariam divisus liber, primum excipit stichéra et troparia anastasima, quae occurrunt a tono primo inflexo. Hæc pone sequuntur hymni dominicales pro singulis tonis, tum in *Christum Dom.* cum in *Deiparam*, quemadmodum exhibet Cod. Δ. γ. VIII. Postremo veniunt *Eothina*, idiomela ad *Laudes*, et *Exapostilaria*, sed quaedam illis deest. Deterior seriorque calligraphus Codici nonnihil appinxit, ut mihi videtur, *De Patrum historiis*, sed pauca restant.

ANIMADVERSIONES

Quod mea maximi interest, *stichéris* toni octavi ad Vesp. fol. 27. v. subnectuntur duo alia, quae habent acrostichidem secundum *alphabetum*, quaternas omnino literas singulis tropariis.

Penultima pagella a tergo, multis signis fœdata, præbet ad calcem hanc inscriptionem saec. forte XV. Ἐγὼ ἀδελφὲς συμεὼν μοναχὲς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου καὶ τοῦ ἁσ. πατρὸς ἡμῶν Βαρθελομαίου καὶ τοῦ ἁσ. πατρὸς ἡμῶν Βα... εὐχ.... *Ego frater Symeon monachus SS. Deiparæ et S. Patris N. Barptolomaei et S. P. N. Ba.... orate....* Animadvertam obiter hac formula innui posse monachum tum Cryptoferratensem, tum Pateriensem; etenim utrumque Cœnobium hisce titulis insignitur, *Deiparae Dominae et Barptolomaei patris*, imo et *Basilii:* verum hoc potius quam illud Monasterium dictum esse arbitror.

CODEX CENTESIMUS DECIMUS SECUNDUS

Δ. γ. XIV.

Cod. ms. membran. graecus saec. X vel XI ineuntis, habens folia 134, longitudinis metri 0, 20. latitud. 0, 15, spatiatis literis exscriptus, grandioribus vero lineatis flavoque leviter suffutis.

Excipit hymnos feriales *Octoëchi* ab hymno feriae IV in tono primo ad Od. V hymni feriae V in tono octavo.

CODEX CENTESIMUS DECIMUS TERTIUS

Δ. γ. XV.

I. Fragm. Cod. graeci saec. XIII, spissum foliis septem continuis, longitudinis m. 0, 20, latitudinis 0, 14, cuius characteris forma non valde abhorret ab ea, qua gaudent Codd. Jo. Rossanensis; et scriptum est in *palimpsesto*. Excipit *Doxas anastasimas* ad Vesperas a ton. I ad VI, quibus musicæ notae superinducuntur.

II Fragmentum alterius Cod. fere saec. XIV, excipiens duo folia unita, long. metri fere 0, 20, latit. 0, 14, deteriore charactere exscriptum; in quo habentur *Exapostilaria cum Doxis anastasimis* ad Matutinum terna cum ternis.

III Folii lacinia in palimpsesto saec. XI habens quosdam *anastasimos* cantus, ad eamdem cum signis musicis, uti primum fragmentum, ætatem et forte manum quoque spectantes.

CODEX CENTESIMUS DECIMUS QUARTUS

Δ. γ. XVI.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVIII, constans foliis 242 intonsis, longitud. 0, 27, latitud. pl. metri 0, 20. Primo excipit a fol. I. ad fol. 137 apographon *Paracleticae in Deiparam* excriptum a Philippo Vitali, quod ipse contulit ad curandam *primam* editionem Damascenici operis, Romae typis *De propaganda Fide* an. 1735. Hoc pone sequuntur quaedam alia stichéra eruta a Cod. 95. pag. 192, Bibliothecae Barberinianae.

Secundo a fol. 138 ad fol. 175 hymni in Hebdom. maiorem exarati, cura eiusdem Philippi Vitali, a D. Placido Schiappacasse.

Tertio a fol. 178 ad fol. 215 exscripti habentur alii Canones, præsertim ex *Triodio*, manu Vitalii nostri, cui suam apposuit aliquantisper ipse Placidus.

Quarto denique a fol. 216 ad finem versus subsequitur farrago lectionum variantium Codices inter et Editiones *Regularum breviorum* S. P. N. Basilii M. opus eiusdem Philippi Vitali.

CODEX CENTESIMUS DECIMUS QUINTUS

Δ. γ. XVII.

Cod. ms. chartaceus, graecus saec. XVI, constans quaternionibus 16 cum uno duernione, seu foliis 132, longit. metri 0, 33, latitud. fere 0, 24, excipiens integrum Octoëchum feriale, quod ob quamplurimos Josephi hymnos, in praetexto titulo eidem omnino tribuitur. Ex charactere usus vetustae palæographiæ satis inspicitur. Marginales adiectiones sunt D. Lucæ De Felicibus.

ANIMADVERSIONES

Fini omnium subnectitur mnemosynon: Τοῦτο βιβλίον γέγραπται ἀπὸ τῆς χειρὸς τοῦ Ραγουσίου Σαντορίου Αλταμουρίου εἰς τὴν ἡμέραν κς' τοῦ μηνὸς σεπτεμβρίου ἐν τῷ ἔτει ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ χριστοῦ ,α φ.μ.ζ. *Hic liber scriptus est manu Rhagusii Santorii ex oppido Alto-muro die XXVI mensis Septembris, anno a Nativitate Christi M.D.XL.VII.*

CODEX CENTESIMUS DECIMUS SEXTUS

Δ. γ. XVIII.

Cod. ms. chartaceus, graec. saec. XVI exeuntis, constans foliis 246, longit. metri 0, 38, latitud. 0, 27, opus laboriosi praestantisque calligraphi Lucae De Felicibus (vel etiam Felice) hieromonachi et praepositi Cœnobii nostri, qui floruit saeculum inter decimum sextum et proxime subsequens.

Quae in Codicibus plus minus dispersa ex officiis infra annum hucusque notavimus, hoc in opere apte una simul disponuntur.

Cum igitur cuncta officia per octo tonos sive *dominicalia*, sive *ferialia*, eademque tum in *Dominum* tum in *Deiparam* discurrant, hoc in libro iuncta sunt, singulisque suis assignata veniunt diebus; verum hoc in libro non continentur, nisi quae a primo ad quartum tonum procedunt.

Postremo omnium Michaël Lodolinus, praefixo ornatu, hymnum in *Deiparam* incip. Τριςάτας κρατιούς, Joseph, nunc cunctis feriis VI in Completorio dicendum, nisi feriale sabbatum subsequatur, aut secus Rubricae praescribant, perbelle appinxit.

CODEX CENTESIMUS DECIMUS SEPTIMUS

Δ. γ. XIX.

Cod. ms. chartac. graecus, constans foliis 250, longit. m. 0, 35, latitud. 0, 25, exscriptus ab iisdem, qui in superiore prostant, Luca Felice et Michaële Lodolino.

Excipit continuatam seriem Officiorum, quam ibidem ad tonum quartum dumtaxat perductam supra vidimus, hic vero in tonum octavum et ultimum absolutam.

ANIMADVERSIONES

Quamvis Lodolinus multo plura hic exaraverit, quam in praecedenti volumine, tamen cessit Patri suo Lucae potiorem laudem, qui expleto operi subscripsit ista: Ετελέσθη αὕτη ἡ βίβλος ὀκτάηχος τῇ ἕκτῃ ἐπὶ εἰκάδι Μαΐου τοῦ μηνὸς, τῇ ἑορτῇ τῆς ἐνδόξου ἀναλήψεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ τῷ χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ ἔτει ἀπο τῆς αὐτοῦ γεννήσεως ἐν τῷ μοναστηρίῳ τούτῳ τῆς Κρυπτοφέρρης, γραφεῖσα ὑπ' ἐμοῦ κύρου Λευκᾶ Φήλικος Τιβουρτίνου ἱερομονάχου τῆς αὐτῆς μονῆς. Ερρωσθε οἱ ἀναγινώσκοντες, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ. *Absolutus est hic liber octoëchus sexto supra vigesimum die mensis Maii, festo gloriosae Ascensionis D. N. J. C. anno Nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo, octogesimo octavo, in hoc Monasterio Cryptaeferratae, exaratus a me Domno Luca Felice hieromonacho eiusdem monasterii. Valete qui legitis, et orate pro me.*

CODEX CENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS

Δ. γ. XX.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, constans foliis 40, long. metri 0, 28, latitud. 0, 21, exaratus a philopono calligrapho Vitalio, et bifariam divisus, excipiens ista quae syllabus dabit, scilicet:

I Stichéra anastasima seu dominicalia in Vesperas tantum per octo tonos absoluta.

II Hymni ex *Paracletica Mariana* S. Jo. Damasceni pro sabbatis tantum, octo prorsus iuxta totidem tonos.

ANIMADVERSIONES

Fol. 1. partis secundæ exscriptum habet a calligrapho, atque e Typico (Cod. Γ. α. I.) erutum, mnemosynon de consecratione Ecclesiae *magnae*, facta a Joanne papa XIX. an. 1025, et de consecratione ecclesiae *Capituli* an. 1031.

Extremis libri foliis tres tabulae quadrae ex literis grandioribus confectae (Cfr. Animadv. Cod. Δ. α. LV) capiuntur. Prima sententiam continet: Κρυπτοφέρρης ἡ δέλτος μονῆς πέλει, *Liber est monasterii Cryptaeferratae*. Altera vero: Φίλιππος ῥωμης καὶ ἱερομόναχος, *Philippus Romae et hieromonachus*. Tertia denique: Ταύτην ἔγραψα δέλτον ἐν Κρυπτοφέρρῃ, *Hunc Cryptaeferratae scripsi librum*.

Tabulae vero subiacet inscriptio: Ετελειώθη κυρία μου αὐτοῦ δέλτος ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἑπτακισχιλιοστῷ διακοσιοστῷ λέ. καὶ ἀπὸ τῶν ἐγκαινίων τῆς ἐκκλησίας ταύτης ἑπτακοσιοστῷ δευτέρῳ τῇ ἡμετέρᾳ ταύτῃ ἀρχομένῃ ἰνδικτ. ε', μηνὸς δεκεμβρίου ιζ', ὥρᾳ ζ' μετὰ τὴν ἡλιοανατολήν. Ετελειώθη δὲ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔτει, μηνὶ καί ἡμέρᾳ, ἐν οἷς ἐτελειώθη καὶ τὸ Αναστασίμου βιβλίον. Καὶ Φίλιππος ὁ σὸς, Θεοτόκε μῆτέρ μου, ἔγραψεν, ἡγουμένου ὄντος Επιφανίου τῆς ῥώμης. *Absolutus est meus proprius liber anno a creatione mundi septiesmillesimo, ducentesimo, trigesimo quinto, et a consecratione huius Ecclesiae (Cryptoferrat.) septingentesimo tertio (anno 1727), hac nostra ineunte indictione V, mensis decembris d. XVII, hora VII, post ortum solis. Absolutus est iisdem anno, mense et die, quibus absolutus est liber Anastasimi* (Vid. Cod. prox. seq.). *Et Philippus tuus, o Deipara mater mea, scripsit, cum esset hegumenus Epiphanius Romanus.* De recta supputatione anni, quo Ecclesia nostra dicata fuerit, cfr. Prolegomena.

CODEX CENTESIMUS DECIMUS NONUS

Δ. γ. XXI.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII, complexus foliis 86, long. metri 0, 42, latitud. 0. 28, exaratus a Philippo Vitali, continens praecipue multa de Officio anastasimo, uti ex catalogo.

I Stichéra, hymni et *ἀναβαθμοὶ* (cantus graduales) in diem Dominicum per octo tonos.

II Stichéra alia item in *Resurrectionem Domini*, quae praeseferunt acrostichidem graeci alphabeti, in terna troparia singulis octo tonis divisa.

III Macarismi in eamdem commemorationem, iidemque in octo tonos tributa.

IV Hymni item octo qui, auctore Cosma, nomen obtinuerunt *Σταυρανασ-άσιμοι*, seu in honorem *Crucis et Resurrectionis*.

V Hymni duo Cosmae *rhythmici*, totidemque Joannis Damasceni *jambici* in *Nativitatem* et in *Baptismum* eiusdem D. N. J. C. Alius item in *S. Baptisma*, opus S. Andreae Cretensis.

VI Opera liturgica S. P. N. Nili junioris, scilicet hymnus in *S. Benedictum* ab. M. Cassini, et magnum Contacium in *S. Nilum ab. Synaitam*, adhuc ineditum.

ANIMADVERSIONES

Praeter haec, in Codice notitiae multae capiuntur, quae respiciunt Ss. Fundatores et Ecclesiam Monasterii nostri, de quibus fusius in Prolegomenis. Auctor autem et aetas scripturae patet ex epigraphe Cod. sup. Δ. γ. XX.

Praecurrunt Codici *Exapostilaria* et *Ἑω-θινὰ*, seu matutinalia idiomela exarata ab Athanasio Pellegrini; cuius memoriae causa Vitalius confingit hoc dystichon.

Ἀθάνατος βασιλεὺς θανάτῳ θάνατον θα-νατώσας,

Ἐν θανάτου ὥρᾳ σῶσον Ἀθανάσιον.

Rex immortalis qui morti morte mortem dedisti,

In hora mortis salvum fac Athanasium.

CODEX CENTESIMUS VIGESIMUS

Δ. γ. XXII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, constans foliis 82, long. metri 0, 34, latitud. 0, 23, exscriptus a praestantissimo calligrapho D. Philippo Vitali continet *Octoëchi* ferialis partem, eam dumtaxat quae pertinet ad tonum septimum et octavum, excipiens cathismata, hymnos et stichéra ad Vesperas atque ad Laudes.

ANIMADVERSIONES

Ex variis epigraphis liquet opus calligraphicum cœptum sub Nativitatem Domini anno 1729, absolutum fuisse anno 1730.

Libro exeunti subnectitur *Nota reliquiarum quas Illmus Dominus Benedictus Passerini Romanus dono dedit* Ecclesiae S. M. Cryptaeferratae anno 1729, cum esset ecclesiarcha idem calligraphus.

Catalogo demum hic subnexuit funebre mnemosynon Abbatis sui. Ἐκοιμήθη ὁ ταπεινὸς καὶ πανευσεβὴς δοῦλος τοῦ Θεοῦ καθηγούμενος Δημήτριος Τίτος τῆς Τυσκουλανῆς πόλεως γέννημα καὶ θρέμμα, ἐν τῇ εὐαγεστάτῃ παλαιᾷ ἡμῶν μονῇ ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς Κρυπτοφέρρης μετὰ πάσης θεοσεβείας ἐν ἡμέρᾳ Κυριακῇ, ἤγουν ὥρᾳ α′ μετὰ τὸ τὸν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ἐν τῇ νυκτὶ τοῦ παρελθόντος σαββάτου, καὶ τῇ ιζ′ ὀκτωβρίου μηνὸς ἐν ἔτει τοῦ κόσμου ,ψσνθ′, καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ κάρκα γεννήσεως τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ,αψνα′: Οὗτος ὁ σοφὸς καὶ μεγαλώνυμος πατὴρ τῷ τῆς ἡγουμενίας φορτίῳ ἀποταξάμενος, καὶ θεαρέστως βιώσας, μόνον τὰ τοῦ θεοῦ οἰδώς, μετὰ πάσης εὐλαβείας καὶ ταπεινώσεως τὸν βίον κατέλιπεν ἐν γήρᾳ καλῷ, καὶ κατετέθη ἐν τῷ τάφῳ τῷ δεξιῷ τοῦ Καπιτόλου, τοῦτέστι βλεπόντων ἡμῶν τὸ θυσιαστήριον. *Obiit humilis et pientissimus servus Dei, Demetrius Titi abbas, Tusculanae civitatis genus et ovis, in perinsigni ac vetusto nostro Monasterio Deiparae Sanctissimae Cryptaeferratae, cum omni pietate, die dominico, hora I noctis post gallicinium Sabbati superioris, die XVII Octobris anno a mundi creatione* 7259, *a Nativitate vero secundum carnem D. N. J C.* 1751. *Sapiens hic et magni nominis pater. suppositis humeris oneri Abbatiae, et pienter vita conversatus, divina tantum sapiens, cum omni pietate et humilitate vitam finivit in senectute bona: et compositus est in sepulchrum dextrum Capituli* (in sacello S. Nili) *eo nempe latere, quo quis est altare inspiciens.*

CODEX CENTESIMUS VIGESIMUS PRIMUS

Δ. γ. XXIII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, complectens folia 151, longitud. metri 0, 27, latitud. fere 0, 21, exaratus ab eodem eximio Philippo Vitali calligrapho, excipiens in I, II, III et IV tonos priorem partem *Paracletici Mariani,* operis S. Joannis Damasceni.

Affixae imagini S. Doctoris ad sinistrum latus adest titulus auro et minio inscriptus: Ἀρχὴ σὺν θεῷ παρακλητικοῦ τῆς ὑπεραγ. θεοτόκου· στιχηρὰ καὶ κανόνες, ποίημα Ἰω. τοῦ Δαμασκηνοῦ. *Initium, auspice Deo, Paracletici in Deiparam Sanctissimam: stichéra et hymni, opus Jo. Damasceni.*

Foliis extremis appinxit scriptor stichéra ferialia ex prioribus quatuor tonis in singulas hebdomadae ferias; tum ultimo exscripsit hymnum *Paracleticum in Christum dominum et Deiparam,* incip. Σὲ τὸν πανάγαθον λόγον, conclusitque opus stichéris in festum *Deiparae sine labe conceptæ* (d. IX Decembr.).

ANIMADVERSIONES

Codicem de more multis memoriis ex Typico præsertim deductis auctor cumulavit, tum etiam breviore epigraphe de transitu Demetrii Titi Abbatis. De suo autem opere memoriam hanc ceteris infert: Ἐτελειώθη αὕτη ἡ δέλτος ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἑστα-

κισχιλιοςῷ διακοσιοςῷ λγ', τῆς δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριςοῦ γεννήσεως χιλιοςῷ ἑπτακοσιοςῷ κε'. Ινδικτ. γ'. μην. νοεμβρ. λ', ἡμερ. ς'. ὥρα θ' μετὰ τὴν ἡλίου ἀνατολήν. Εγράφη δὲ ἐν ἡμέραις τοῦ δσιωτάτου καθηγουμένου Δημητρίου ἐν εὐαγεςάτῃ μονῇ τῆς ὑπεραγ. θεοτόκου τῆς ἐπιλεγομεν. Κρυπτ. Φερρατ. διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Φιλίππου καὶ εὐτελοῦς ἱερομονάζοντος. *Absolutus est hic liber an. a mundo creato, septiesmillesimo ducentesimo XXXIII, a Christo vero D. N. nato, millesimo septingentesimo XXV, Indict. III. m. Novem. d. XXX, fer. VI, hora IX post ortum solis. Scriptus est autem diebus sanctissimi Abbatis Demetrii in perinsigni Monasterio SS. Deigenitricis, quae dicitur de Crypta Ferrata, manu peccatoris Philippi et inutilis monachi sacerdotis.*

CODEX CENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS

Δ. γ. XXIV.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII, constans foliis scriptis 53, longitud. metri 0, 41, latitud. 0, 22, exaratus ab eodem, qui superiores exscripsit Codices, Philippo Vitali, excipiens *Paracletici* in *Deiparam*, operis Damasceni, partem alteram, residuam Codicis superioris. Praetexto flavo balteo, super ipsum ovolis aliquot albis depictis divisit haec verba:

Μητρὶ τοῦ κυρίου ψάλατε μετ' εὐλαβείας καὶ χαρᾶς. *Matri Domini psallite cum pietate et laetitia.* Fine autem tabula literarum quadro disposita inscribi voluit haec alia verba:

Τήρει, κυρία μου, δέλτον σου καὶ Κρυπτοφέρρης. *Custodi, Domina mea, librum tuum et Cryptae ferratae.* Subnexuit tabulae hoc troparium in rhythmo syntomo: Μνήσθητι καὶ ἐμοῦ· καὶ πάντων τῶν ψαλλόντων· σοὶ ταύτας τὰς αἰνέσεις· μαρία θεοτόκε· ἡ μόνη ἀειπάρθενος. *Memento etiam mei et omnium has laudes psallentium tibi, o Deigenitrix Maria, quae sola semper virgo existis.*

Paracletico exscripto addit auctor stichéra ferialia ex ultimis quatuor tonis (Vid. Cod. sup.) per ferias hebdomadales distributa.

ANIMADVERSIONES

Absolutis sacris scribendis appingitur ex Typico ad d. XVII Decembris memoria de nostrae Ecclesiae consecratione, deque Templo dicato in honorem SS. Nili et Barptolomaei Patrum. Postremo additur epigraphe: Ετελειώθη αὕτη ἡ τοῦ Ιω. Δαμασκηνοῦ παρακλητικοῦ τῶν ἤχων ϖλ. α', πλ.β', βαρὺς καὶ ϖλ. δ'. ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἑπτακισχιλιοςῷ διακοσιοςῷ λδ', τῆς δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριςοῦ ἐν σαρκὶ οἰκονομίας χιλιοςῷ ἑπτακοσιοςῷ κς', καὶ ἀπὸ τῶν ἐγκαινίων τῆς ἐκκλησίας ταύτης τῆς ὑπεραγ. θεομήτορος ἑπτακοσιοςῷ πρώτῳ, ἰνδ. δ'. μηνὶ νοεμβρίῳ κα', ἡμέρᾳ ε', ὥρᾳ δ' πρὸ τῆς ἡλίου ἀνατολῆς, τῇ γὰρ κα' ἑορτάζεται τὰ Εἰσόδια. Εγρόφη δὲ καὶ ἀπεγράφη ἐκ τοῦ παλαιοῦ βιβλίου τῆς ἁγ. μονῆς ταύτης ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἡγουμενίας τοῦ τιμιωτάτου κύρου Δημητρίου, κύρου Νικολάου πραιποσίτου ἐν εὐαγεςάτῃ μονῇ τῆς ὑπεραγ. θεοτόκου τῆς ἐπιλεγομένης Κρυπτοφερράτης διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Φιλίππου ἐκκλησιάρχου καὶ εὐτελοῦς ἱερομονάζοντος. *Absolutus est liber hic Paracletici S. Io. Damasceni in tonis V, VI, VII et VIII, anno a*

creatione mundi septiesmillesimo ducentesimo XXXIV, ab incarnatione vero D. N. J. C. millesimo septingentesimo XXVI, et a consecratione Ecclesiae (quae facta est an. 1025) *Sanctissimae Matris Dei septingentesimo primo: Indict. IV, mensis Novembris die* 21, *feria V, hora IV ante ortum solis (quippe eo die festum agitur Praesentationis Deiparae). Hic autem scriptus et transcriptus est ex antiquo S. Monasterii libro, diebus Rmi D. Demetrii Abbatis et Nicolai praepositi, in perinsigni Cœnobio S. Deiparae quæ dicitur de Crypta Ferrata, manu peccatoris Philippi ecclesiarchae (sacristae maioris) et inutilis monachi sacerdotis.*

CODEX CENTESIMUS VIGESIMUS TERTIUS

Δ. γ. XXV.

Cod. ms. chart. graecus saec. XIX, constans foliis 71, longitud. metri 0, 41, latitud. 0, 27, spatiato nitidoque charactere exscriptus, a quo sphalmata tamen non omnino abhorrent.

Excipit hymnos in *Deiparam* omnino octo, singulum videlicet pro singulis tonis *Octoëchi*, eosdemque quos in Codd. Δ. γ. VIII, XIII et XIV hymnis *Anastasimi* junctos una fuisse vidimus.

ANIMADVERSIONES

Elegantia quadam ex nitore foliorum et ex quibusdam ornatibus, quibus tituli praesertim praetexuntur, Codex instruitur.

Calligraphum dat libri frons ipsa verbis hisce latinis: « *Philippus Berga hieromonachus scripsit anno Domini* 1841. *Orate pro eo.*»

CODEX CENTESIMUS VIGESIMUS QUARTUS

Δ. γ. XXVI.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII, excipiens folia scripta 103, longitud. metri 0, 41, latitud. 0, 27, praestanti charactere exaratus a D. Fulgentio Austini anno 1775.

Continent *Anastasimum octoëchum*, sive Officia dominicalia in *Christi Resurrectionem* octo tonis, uti vidimus, tributa, quæ scilicet stichéris ad Vesperas et Laudes et hymnis ad Matutinum constant.

Pone sequuntur undecim Evangelia (ἑωθινὰ) matutinalia.

Tum demum tabella dominicalis, ut uno veluti intuitu inspiciatur, quem tonum quodque Evangelium quaevis repetat sibi Dominica.

CODEX CENTESIMUS VIGESIMUS QUINTUS

Δ. γ. XXVII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, habens folia scripta 71. longitud. metri 0, 34, latitud. 0, 23, optima qua solet Athanasius

Pellegrini hieromonachus calligraphia præditus. Praecipua rerum capita, praeter titulos grandioribus bonis literis inscriptos, praecurri fiunt ornatibus elegantissimo calamo ductis. Exprimunt res rerum sacrarum symbolicas, uti serta florea, palmas, cornucopias, conchas, thura, quin et cruces ac varia instrumenta martyrii, aliaque istiusmodi plurima.

Hoc Codice inchoatur novus ordo Officiorum *Octoëchi* hebdomadalis, at ille vero excipit tantum ea quae sub I et II tono in sex ferias statuuntur. Omnia de vetustioribus Codd. excerpta sunt.

ANIMADVERSIONES

Philippus Vitali, admirator assiduus tanti calligraphi, eo forte defuncto, subscripsit currenti calamo: Ἔγραψεν ταύτην τὴν δέλτον Ἀθανάσιος ὁ Πελλεγρίνος ταχυγράφος καὶ ἱερομόναχος τῆς παλαιᾶς ταύτης ἡμῶν μονῆς τῆς Κρυπτοφέρρης. *Hunc librum exaravit Athanasius Pellegrinus tachygraphus et hieromonachus huius vetusti nostri Monasterii Cryptaeferratae.*

Tachygraphi proprie ab octavo iam et nono saeculo designari cœpti sunt illi calligraphi, qui libros charactere non amplius unciali, sed ligato scribebant. De hujusmodi charactere diffuse agit (*Epit. palæographiae graecæ c. VI*) Placentinius noster, varia specimina exhibens, juxta quae tum singuli literarum typi, veteri exuta forma, alias induerunt.

CODEX CENTESIMUS VIGESIMUS SEXTUS

Δ. γ. XXVIII.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII, constans foliis scriptis 66, longitud. metri 0, 34, latitud. 0, 23, ab eodem auctore, quo superior, cademque methodo, peritia et elegantia editus.

Sequitur *Octoëchum* feriale per tonos III et IV.

ANIMADVERSIONES

Vitalius idem, sodalis et collega calligraphi, ejus memoriam ita hoc etiam in Cod. consecrat: Ταύτην τὴν δέλτον ἔγραψεν ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ καὶ ἱερομόναχος ταύτης τῆς μονῆς τῆς Κρυπτοφέρρης Ἀθανάσιος, ᾧ τὸ ἐπόνυμον Πελλεγρίνος, ταχυγράφος καὶ γέρων — Ἀθάνατον Ἀθανασίου τὸ μνημόσυνον. *Librum hunc scripsit servus Dei et hieromonachus huius Monasterii Cryptaeferratae Athanasius, cui cognomen Pellegrinus, tachygraphus et senex. — Athanasii aeterna memoria!*

CODEX CENTESIMUS VIGESIMUS SEPTIMUS

Δ. γ. XXIX.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII, complectens folia 84, long. metri 0, 33 cum dimidio, et latitud. 0, 23, exaratus ab eodem cal-

ligrapho, qui *Octoëchum* feriale continuat. Hoc autem in libro desunt ornamenta, at cura omni calligraphica nulli superiorum cedit.

Profert autem officium illud hebdomadale per tonos V et VI dumtaxat.

ANIMADVERSIONES

Fol. 82 legimus. Αὕτη ἡ παροῦσα δέλτος, περιέχουσα τὴν κατανυκτικὴν ἀκολουθίαν τοῦ τε ὄρθρου καὶ τῶν αἴνων τοῦ πλ. α' καὶ πλ. β' ἤχου, ἐγράφη διὰ χειρὸς τοῦ ἱερομονάχου Αθανασίου Πελλεγρίνου τοῦ πραιποσίτου τῆς περιφήμου μονῆς τῆς Κρυπτοφέρρης, ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ αἰδεσιμωτάτου Ιακώβου Σκιέμμαρι, τῷ τοῦ κόσμου ἔτει ζσμζ', χριστοῦ δὲ ᾳψλθ', ἰνδ. β'. ἡλίου κυκλ. κγ', σελήνης α', τῇ β' τῆς β' τῆς μεσονηστείου ἑβδομάδος. *Hic liber, excipiens officia catanyctica tum ad Matutinum cum ad Laudes in tonis I et II inflexis, scriptus est manu hieromonachi Athanasii Pellegrini, praepositi huius percelebris Monasterii Cryptae Ferratae, diebus Rmi Jacobi Sciommari, anno mundi* 7247, *Christi vero* 1739. *Ind. II, cycl. sol.* 23, *lunae* 1, *feria secunda hebdomadis secundæ mediae quadragesimae* (qui dies eo anno incidit in nonum mensis Martii.)»

Ita de opere suo calligraphus, qui mox versa pagella narrationem graece aggreditur inventionis et cognitionis sepulchri Benedicti Papae IX pl. min. eamdem, quam supra Cod. Δ. α. LXVIII referebat Benedictus Monaldini.Sed praestat exhibere graecos jambos, quos in fol. XLI subnexuit:

Ημαρτον εἰς σὲ, ὦ παντὸς κόσμου μέδων,
Ὑπὲρ τελώνην ἠδὲ πόρνην δύσμορος.
Αλλ' ὦ ταπεινὴν τὴν μοῦ ὑψῶν καρδίαν,
Καὶ τήνδ' ἁγνίσας σεπτοῖς μύροις δακρύων,
Νῦν ὑψοποιόν μοι ταπείνωσιν δίδου,
Καὶ ὀφθαλμοῖσί μου ὕδωρ καθάρσιον
Προσδέξας χειρὸς γηραλαίας τὸν πόνον,
Τῆς τῶν λογισμῶν θρῆνον ὧδε γραψάσης,
Σταυροῦ δονάμει, εὐκτίαις ἀθλοφόρων
Καὶ σὲ πανάγνως τικτούσης θεοτόκου
Σῶσόν με, σῶσον Αθανάσιον, Λόγε.

In te peccavi, o rector mundi universi,
Prae Publicano et meretrice miser,
Sed oh! qui erexisti miserum cor meum,
Et excitatricem praebuisti mihi humilitatem,
Atque oculis meis expiationis aquam,
Suscipiens laborem senilis manus,
Quae lamentationem cogitationum hic exaravit,
Virtute crucis, precibus Martyrum,
Nec non ejus quae te castissime peperit, Deiparae,
Salvum me fac, salvum fac Athanasium, o Verbum.

CODEX CENTESIMUS VIGESIMUS OCTAVUS

Δ. γ. XXX.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII, constans foliis scriptis 58, longitud. metri 0, 41, latitud. 0, 27, exaratus omni cura atque diligentia, ex quo character nitidus super nitidos papyros praenitet, a D. Fulgentio Austini, an. 1776 die III mensis Junii.

Continuatio est operis D. Athanasii Pellegrini, quem supra per tres continuos Codices suspeximus, scilicet *Octoëchi* in reliquos tonos, VII et VIII.

CODEX CENTESIMUS VIGESIMUS NONUS

Δ. γ. XXXI.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII, spissus foliis omnino 16, longitud. metri 0, 34, latitud. 0, 21, duabus at usque nitide et bene exaratus manibus.

I Exhibentur stichéra idiomela ferialia in Vesperas Dominicarum, idque juxta octo tonos.

II Hymnus paracleticus ad Completorium feriae VI dicendus, si feria VII non sit ferialis, incip. Τριστάτας κραταιούς.

III Hymnus in *Nativit. SS. Praecursoris*, opus Andreae Cretensis, incip. Σήμερον ἐκ σειρᾶς.

ANIMADVERSIONES

Duas priores Codicis partes exscripsit, ut mihi videtur, Athanasius Pellegrini, qui calligraphiam optime callens, illi pro lubitu vel antiquum typum, vel recentiorem affigit, huic autem libro alterum. Tertia autem pars est Philippi Vitali calligraphicae artis periti. Hymnus vero in *Nativit. SS. Præcursoris*, iam in schedis Romani Vassalli hierom. *ineditus* dicebatur, neque in Editione Menaeorum, Venetiis an. 1879, uti videtur, apparet.

CODEX CENTESIMUS TRIGESIMUS

Δ. γ. XXXII.

Cod. ms. chart. graec. saec. XVIII, constans foliis scriptis 170, longit. metri 0, 39, latitud. 0, 25, optimae notae, opus D. Fulgentii Austini (an. 1775), cui mos perpetuo fuit grandiores literas typis incisis nigro ad rem rubrove colore dare pictas.

Titulus praetexto ornatu hic exhibetur: Αρχὴ σὺν θεῷ τοῦ παρακλητικοῦ τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου στιχ. κανόνες, ποίημα Ιωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. *Initium, auspice Deo, Paracletici in Deiparam Sanctissimam, stichéra, canones, opus Joannis Damasceni.*

CODEX CENTESIMUS TRIGESIMUS PRIMUS

Δ. γ. XXXIII.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XVIII ineuntis, capiens folia scripta 35, longitud. metri 0, 35, latitud. 0, 24. Grandiores praeser-

tim literae et notae numericae manum exhibent P. Vitalii, cui propterea calligraphiae graecae cursum primo ingredienti totum opus adscribam.

Excipit Paracleticon S. Joannis Damasceni per duos tantum priores tonos; atque heic inexpletum eius decessit opus.

CODEX CENTESIMUS TRIGESIMUS SECUNDUS

Δ. γ. XXXIV.

Fragm. membran. Cod. ms. graeci, bono et composito charactere exarati saec. XII, spissum foliis quatuor et viginti, longit. m. 0, 21, latitud. 0. 15, quod continet hymnos et stichéra Officii dominicalis cum feriali a tono VI ad VIII, hinc inde mutilati. Grandiores literae et plures quoque minores minio suffunduntur.

Ad calcem fol. 24 manu, uti videtur, calligraphi subscribitur: Εγὼ Ιωάννης ὑφάντηρ, *Ego Joannes textor?* ita se dicens vel quod librum quasi contexuisset scribendo (Cfr. Codd. Α. δ. II. et Γ. γ. V.), vel quod revera textoriae arti operam navaret.

Ibidem inest frustulum folii ex eodem libro palimpsesto.

CODEX CENTESIMUS TRIGESIMUS TERTIUS

Δ. γ. XXXV.

Codicum mss. capsula lacinias corum plures excipiens.

I Cod. graeci fragmentum saec. XIV, spissum membranis octo continuis, longit. metri 0, 23, latit. 0, 16; cuius character videtur esse Macarii Rhegini (Cod. Δ. α. IV) in palimpsesto quod praebet duplici columna exaratum non multo antiquius caput X evang. S. Matthæi. Verum in nova scriptura habentur quaedam ex hymnis ferialibus.

II Foliolum unum lacerum alicuius hymni ferialis descriptum saec. X vel XI ineunte.

III Alia duo foliola unita quae referunt excripta saec. XIII vel serius cathismata ferialia.

IV Folium unum iniuria temporum et abusu bibliopegarum male mulctatum ex Cod. longitud. metri 0, 30, latitud. 0, 25, duplici columna exhibens bene conscriptum saec. XII vel XIII, quidquam ex officiis dominicalibus.

V Folia duo membran. exscripta saec. XIII, quibus continentur aliquot *Doxœ* et *Exapostilaria* dominicalia.

CODEX CENTESIMUS TRIGESIMUS QUARTUS

Δ. γ. XXXVI.

Cod. ms. membr. graec. saec. XIII, complectens folia 224, long. metri 0, 24, latitud. 0, 16, usu valde attritus, animalculis corrosus, in pagellis etiam passim lacerus, sed tamen ad scripti integritatem nil deficiens. Bono et nitido charactere exaratus, rubro scribendis sandaracha cunctis confectis, et ornatibus elegantibus ad praecipua rerum capita, praesertim initio, belle decoratus.

Paracleticon est *in Deiparam*, constans, praeter stichéra permulta, hymnis, senis in singulos octo tonos, omnino quadraginta et octo, quibus in fine Cod. additur unus in *Christum* Deum atque *Deiparam*. *Opus* vulgatissimum *S. Ioannis Damasceni*, scilicet ut titulus universo opere praemissus fatetur: Ποίημα Ιωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ.

ANIMADVERSIONES

Cum in usum chori Cod. valde consumptus esset, Romanus Vassalli abbas notulis animadversionibusque plurimis margines conspersit; iisque manum semel et iterum etiam Vitalius noster apposuit. Hinc exemplari praestantissimo pretium ex usu peractum esse conspicimus.

Recentiore manu, scil. saec. XIV, versiculis continuis exscripti sunt duo priores psalmi Completorii, quorum alter pessum ivit cum Cod. membrana.

Compactum est folium membranae. Breviarii latini, op. saec. XV, duabus columnis charactere teutonico exaratum.

CODEX CENTESIMUS TRIGESIMUS QUINTUS

Δ. γ. XXXVII.

Cod. ms. membran. latinus saec. XIV, constans foliis 167, long. m. 0, 16, latitud. pl. m. 0, 12, duabus columnis bene exaratus, sed literarum notis compendiisque passim abundans.

Cursus homiliarum D. Bonaventuræ super Evangelia aut Epistolas totius anni Dominicarum. Sunt sermones isti LIII, et singulis ex S. Scriptura praetexitur textus. Itaque sermo primus occurrit in Dom. I Adventus Domini ad illa Apoc. XXII, 20: *Veni Domine Jesu*: et incip. *Sancti patres propter peccatum primi parentis in inferno erant.* Desinit: *Oculus non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis adscendit, quæ praeparavit Deus hominibus qui diligunt eum: quod vobis concedat ipse.* Ultimus vero in Dom. XXVIII post Pent. ad ea verba « *Confide, filia, fides tua te salvam fecit.* Mth. IX, 22, incip. *Beatus*

Ambrosius in lib. de sapientissimo Salomone; et desinit *Quæ* (imago Juliani imp.) *tum per eo ictu fulminis est percussa et totaliter destructa.*

ANIMADVERSIONES

Liber hic igitur praestantissimus habet sermones *de Tempore* op. S. Bonaventurae Card. eosdemque, uti videtur, fortasse omnes ineditos. Id porro mihi asseverat cl. D. PAULINUS MANCIANA O. S. B. qui in inquirendis et examinandis sermonibus Doctorum saec. XIII, praecipue SS. Thomae et Bonaventuræ valde sese exercuit, et hoc an. 1882 tresdecim sermones eiusdem Doctoris seraphici in S. Franciscum Assis. ineditos Romæ edidit. Præterea hoc me monebat vir peritissimus ex hoc nostrorum numero reperiri posse aliquot in Cod. Ambrosiano (P. FELICE ALANA Opp. S. Bonav.), in Bibl. Chisiana Cod. C. 6. 169, in Angelico Cod. R. 8. 28 et in Casanat. Cod. B. IV. 6.

Scriptor huius libri suum sic prodit ad calcem sermonis ultimi nomen: *Johannes Brito scripsit librum istum.* Post quæ rubre subnectit: *Finito labore sit gloria Christo, Iste l... b..... b...* sed recisa pagella decidit scriptura, quae forte legenda erat: « Iste l*iber est* bona*venturae.* »

Appacta hinc inde folia volumini, dextra habent excerpta, credo, quædam e SS. DD. saec. XIII, pluribus exscripta manibus; sinistra vero habent indicem seu repertorium aliquod: cuncta demum sequiori manu conscripta, nimirum tamen sæc. XV, aut non longe secus.

Fol. CXII pergam. lacinia appingitur serius exarata incip. *Nota novem quae reddunt divitem inexcusabilem;* et hæc declaratio alicuius loci est ser. XXXIX in verbis iis: *Homo quidam erat dives.*

Pertinuit olim codex ad quemdam qui de se tradit: *Iste liber est mei frater Johannes* (sic).. *Johannes de Rosalo;* et infra: *Qui ascripsit sic scribat; Semper cum Domino vivat* (Cfr. Cod. A. γ. II).

CODEX CENTESIMUS TRIGESIMUS SEXTUS

Δ. γ. XXXVIII.

Cod. ms. graecus PALIMPSESTUS, qui subest Cod. E. β. V, quocum foliis 221 omnino gaudet, longitud. metri fere 0, 19, latitud. 0, 14. Pertinet ad saec. X vel XI iniens, uti videtur ex characteribus; duo quippe in eo patent, hac illac, alter magis minutus et compositus, at non item alter, totidem proinde libris compactus codex permixtis et confusis. Ast ubique apparent *Odae* hymnorum et *Stichéra* ex officiis hebdomadalibus, quae alibi vidimus.

CODEX CENTESIMUS TRIGESIMUS SEPTIMUS

Δ. γ. XXXIX.

Cod. ms. graecus PALIMPSESTUS, qui latet sub Cod. membranacco sign. E. α. VI, constans foliis 156, longit. m. 0, 22, latitud. 0, 16.

Characteris ratio minuta et composita, ad saec. X pertinens, neque illi valde dissimilis, quam prae se fert Cod. Δ. β. XI.

Initium vel finem operis non deprehendi; profecto tamen videor videre ordinem hymnorum ferialium cum dominicalibus in *Christi Resurrectionem*. Confer pagg. 50, 51 et folium 6. v.

Pagella vero fol. 132. v. exhibet quaedam in laudem Sanctorum, ex quo non male coniicies excepta esse in eo Cod. etiam *Menaeorum* fragmenta.

CODEX CENTESIMUS TRIGESIMUS OCTAVUS

Δ. δ. I.

Cod. ms. bombycinus graecus saec. XV, constans foliis 245, longit. metri 0, 20, latitud. 0, 14, initio mutilus, multisque mediis carens, et ordine passim turbatus, minuto charactere at non valde composito exscriptus, distinctus nigro et minio aut violaceo diluto colore, qui duo adhibentur in grandioribus literis atque in titulis.

Ανθολόγιον *Anthologium* est seu *Delectus Officiorum* in praecipuas anni festivitates, nobis conferendum cum Anthologio Venetiis edito an. 1724, ita ut citemus hymnos tantum qui desint.

Fol. I. post extremum Exapostilarium in *Deip. Nativitatem* d. VIII Septembris, mox occipit Officium in *Exaltationem Crucis* d. XIV, sed stichéra prima suffecta sunt recentiore manu saec. XVI.

Fol. 13. Officium in *Conceptionem S. Joan. Baptistae*, d. XXIII Septembris.

Fol. 17. Item in *Transitum S. Joannis Evangelistae*, d. XXVI Septembris.

Fol. 21. v. Item in *S. Demetrium M.* et in *Commemorat. magni terraemotus*, d. XXVI Octobris.

Fol. 31. Item in *SS. Cosmam et Damianum*, d. I Novembris. Hymnus incip. Δυὰς φωτοειδής.

Fol. 35. In *SS. Angelos*, d. VIII Nov. Hymnus: Ταῖς θείαις λαμπρύνσεσιν.

Fol. 39. In *S. Joan. Chrysost.* d. XIII Novembris.

Fol. 46. In *Deip. Praesent.* d. XXI Novembr.

Fol. 55. v. In *S. Nicolaum*, d. VI Decembr. Hymnus alius, Διὸ ζήλου πυρός.

Fol. 65. In *Deip. Conceptionem*, d. IX Decembris.

Fol. 70. In *Profestis Dominicae Nativit.* d. XX Decembr.

Fol. 87. In *D. N. J. C. Nativitatem*, d. XXV Decembr.

Fol. 91. In *Circumcisionem* et in *S. Basilium*, d. I Januarii.

Fol. 96. *Triodia* duo et *Diodium*, legenda ad Completoria in profestis *Epiphaniae Domini*, d. II Januarii.

Fol. 100. Hymnus jambicus in *Pervigilium Epiphan. Dom.* d. V Januarii.

Fol. 103. v. Officium in *Epiphaniam Domini*, d. VI Januarii.

Fol. 112. In *Pervigil. Hypapantes Domini*, d. I Februarii, hymnus. Ἀσωμέν σοι κύριε ὁ θεός μου.

Fol. 115. In *Hypapantem Domini*, ubi deest hymnus defectu Codicis.

Fol. 116. In *S. Blasium*, d. XI Februarii, hymnus, Αἰνέσεως συμφωνίαν.

Fol. 120. v. In *Deiparae Adnunciationem*, d. XXV Martii.

Fol. 126. Officium *Pentecostes*, sed Cod. est ibi valde mutilus.

Fol. 128. In *S. Georgium*, d. XXIII Aprilis, hymnus Ἄθλον ἱερόν, sed quaedam desunt.

Fol. 126. In *S. Marcum Evang.* d. XXV Aprilis.

Fol. 137. In *Nativitat. Praecursoris*, d. XXIV Junii, hymnus Ἡ σιωπὴ τοῦ πρεσβύτου.

Fol. 145. In *SS. Petrum et Paulum app.* d. XXIX Junii, hymnus Δεσποτικῇ προχειρήσει, sed quaedam desiderantur.

Fol. 151. In *J. C. Transfigurationem.* d. VI Augusti.

Fol. 162. In *Deip. Dormitionem*, d. XV Augusti.

Fol. 170. In *Magnum Sabbatum* stichéra ad Vesp. tum *in Paschatis Matutinum*, cum hymno.

Fol. 175. In *Dom. S. Thomae.*

Fol. 181. v. In *Dom.* (mulierum) *unguentariarum.*

Fol. 189. In *Dom. Paralytici.*

Fol. 190. v. In *fer. IV mediae Pentecostes.*

Fol. 195. In *Dom. Samaritanae.*

Fol. 199. v. In *Dom. Cœci a nativitate.*

Fol. 203. In *Ascensionem Domini.*

Fol. 210. In *S. Pentecosten.*

Fol. 215. In *Dom. Omnium Sanctorum.*

Fol. 220. In *SS. Corpus Domini*, ut in Horologiis editis nostris, sed deest *Hymnus* ad Completor. In Matut. dantur per extensum *Psalmi* (Antiphonae), sed non iidem atque in illis.

Fol. 229. Missæ in *S. Triadem*, in *Deiparam*, in *Crucem Dom.* et in *comm. Sanctorum.*

Fol. 230. Orationes quaedam ex *Euchologio.*

Fol. 233. Officium in *SS. Hadrianum et Nataliam Mm.* die XXVI Augusti, ut in Menaeis editis Venetiae 1569.

Fol. 240. Hymnus communis in *Angelos*, in *Praecursorem* et alios *Sanctos*. P. Αναρχε λόγε, ἱεραῖς δεήσεσι, sed deficit in Ode IX.

Fol. 245. Benedictio *ignis* die S. Paschatis. Κύριε θεὲ παντοκράτορ.

ANIMADVERSIONES

Primus et quidem maximæ Cod. partis calligraphus subnexuit operi f. 228. v. hanc epigraphem: Ετελειώθη τὸ παρὲν βιβλίον διὰ χειρὸς Συμεὼν ἱερομενάχου τῆς μονῆς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας τῆς νεοδηγητρίας τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βαρθολομ. ,αυπζ'. ἰνδ. ε'. μην. ἰουλίῳ τὴν κε'. O χριςὲ καὶ θεὲ τῶν ὅλων, παράσχοιο χάριν τοῖς ἐμοῖς πόνοις. *Absolutus est hic liber manu Symeonis monachi sacerdotis Monasterii SS. Deiparæ semperque Virginis Mariæ Neodegetriæ, S. P. N. Barptolomæi* 1487, *Indict. V mensis Julii d. XXV. O Christe meus et Deus meus da gratiam laboribus meis.* Codex proinde olim pertinuit ad Monast. vulgo *Del Patire* prope Rossanum, quod inter et nostrum Cryptoferratense multa amicitia, dum adhuc staret, intercessit.

Scriptor *Euchologii* pone sequentis latet, eo etiam credo, quod pagellæ desiderantur. At qui exararit Officium in S. Hadrianum, ita se sua manu subscripsit: Ετελειώθη τὸ παρὸν κανὼν διὰ χειρὸς θωμασίου ἱερέως τῆς αὐτῆς ἱερωσύνης. *Absolutus est hic Canon* (Officium) *manu Thomae sacerdotis eiusdem sacerdotii* (eiusdem Ecclesiæ monachorum), qui confecit partem Cod. Γ. β. VIII.

Ad calc. f. ita 97 scribitur: «*L'anno* 1693 *Giovedì* 8 *Gennaro di sera è stato un terribilissimo terremoto. e durò più d' un mese, ma bensì la sicilia l' assaltò* (?).»

CODEX CENTESIMUS TRIGESIMUS NONUS

Δ. δ. II.

Cod. ms. membran. graecus saec. XI vel XII ineuntis, constans foliis 113, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 15, carens initio et fine et multis passim mediis, imparibus membranis complexus, iisdemque modo attritu et udore labefactatis. Una manu scriptus videtur, non tamen eodem calamo, sed plerumque bono. Character qui grandior est, nigret adhuc, qui vero subtilior, flavescit: capitales literae ex sandaracha confectae sunt. Est *Anthologium* excipiens Officia aliquot per annum decurrentium festorum. Hymnos conferam cum menaeis Venetis ed. an. 1879; qui ibi desunt, proferam.

Fol. 1. v. Officium in *Progenitores Christi* (Dominica III Adventus). Hymnus Η προαγράπτουσα.

Fol. 5. v. In *Patres Christi* (Dom. IV Adventus) hymnus Βήματι πιλάτου.

Fol. 15. In *S. Ignatium* d. XVI Decembris.

Fol. 22. In *S. Nyphonem* d. XXIII Decembr. incip. Φυχαὶ δικαίων. Ne nomen quidem.

Fol. 27. In *Profestum Hypapantes Dom.* d. I Februarii.

Fol. 32. v. In *S. Theodorum M.* d. VII Febr. Ο ἐκ μὴ ὄντων, alter hymnus Ως φερώνυμος.

Fol. 46. In *S. Theodorum tyronem*. d. XXVII Febr. Ταῖς θείκαῖς.

Fol. 53. In *SS. Theodorum, Constantinum, Callistum, Jasonem et socc. Mm.* d. VI Martii, Βυθῷ με πεσόντα.

Fol. 56. In *SS. XL Martyres* d. IX Mart. Hymnus videtur op. Ioseph, passim mutilatus.

Fol. 59. v. In *S. Maurum M.* d. I Maii, Αἶνον θεῷ: deest etiam nomen.

Fol. 64. v. In *S. Philippum Argyriensem*, d. XI Maii, Εσχησας πέλαγος. Deest etiam nomen.

Fol. 70. In *S. Methodium ep. Cpolis*, d. XIV Junii, Μαρμαρυγὰς ἀπαστράπτων. Deficit in Ode VI.

Fol. 77. In *Profestum Transfigurationis Domini*, d. V Augusti, Δεῦτε συνανέλθωμεν.

Fol. 83. In *S. Donatum*, d. XII Aug. Δόξης ἐνθέου. Deest etiam nomen.

Fol. 88. v. In *Profestum Assumptionis Deiparae*, d. XIV Aug. Τάφῳ παρθενοδόχῳ.

Fol. 95. In *S. Theodorum Studitam*, d. XI Novembris, Θείῳ τρωθείς.

Fol. 99. In *S. Bonifacium M.* d. XIX Decem. Προθύμῳ λογισμῷ.

Fol. 103. v. In *S. Mercurium M.* d. XXV Movembris, Μετὰ τῆς ἄνω χορείας.

Fol. 107. v. In *S. Methodium ep. Patar.* d. XX Iunii, Τρίβου συντομωτάτης.

Fol. 113. v. Subnectuntur duo stichéra *in Deip. Nativitatem*, et explicit Codex.

ANIMADVERSIONES

Cl. Joannes Martinov (Annus Græco-slavicus d. XXIII Decemb.) ex monumentis Slavicis nomen et cultum et vitæ summam profert huius S. Niphontis vel *Niphonis* ep. Constantiensis in Cypro, sed postremo addit: « Illud quoque mirari subit, nomen Niphon-« tis, tot prodigiis illustre, Fastis sacris « Græcorum, quos viderim, mansisse pror-« sus ignotum. » Sed officium huius Sancti viri integrum hic vetustus Codex habet. Præfixo die 6. Τοῦ σωτῆρος πατρὸς ἡμῶν Νίφονος (sic), adsunt duo *Cathismata*, tum quatuor *stichéra*, deinde *Canon* sine acrostichide, ignoti auctoris. In hoc indicia sane multa fiunt de eius conversione ad Deum (Od. I, trop. 2), de tentationibus atque de omnigenis tribulationibus (Cath. II, Stich. IV), maxime vero de Spiritus S. charismatibus et visionibus fere continuis (Od. V, trop. 1. Od. VII integra, Od. VIII, trop. 2); ita ut hæc plane conveniant cum iis quæ, eodem teste Martinov, narrantur in Menologio Mosquensi et in Prologo. Deinde quae hoc in Canone desunt Contacium et Oecus, reperies in Cod. E. β. IV die XXIII Decembris. Unum autem incip: Τῷ φόβῳ τοῦ θεοῦ, alter vero: Τὸν φωτισμὸν ἐλάμψεώς σου. Postremo etiam lætor quod nuper in schedis Jos. Cozza de Codd. Vaticanis reperi sub Cod. membran. græcum 2086, olim in Bibliotheca S. Basilii in Urbe, exciptam Vitam huius Sancti sub hoc titulo: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσ. ἐπισκ. Νύφωνος.

CODEX CENTESIMUS QUADRAGESIMUS

Δ. δ. III.

Libellorum varia congeries uno excepta chartaceo volumine, quod pertinet ad saec. XVIII, et ad plures scriptores, variis rebus dives, quas syllabus exhibet.

Fol. 1 Stichéra quaedam ex Anastasimo ton. III, latine versa a D. Benedicto Monaldini.

Fol. 3. Hymni seu Κανόνες aliquot in *Deiparam*, latine interpretati a D. Gregorio Piacentini ex Paracletico S. Jo. Damasceni.

Fol. 9. Hymnus jambicus S. Jo. Damasc. in *Christi Nativit.* partim latino carmine conversus, partim commentario italice donatus, ex collatis studiis D. Dominici Mancinelli et D. Monaldinii.

Fol. 20. Hymnus in *S. Barpt. abb. Cryptofer.* latine versus, uti arbitror, ab eodem Mancinellio.

Fol. 23. Hymnus graece exscriptus, opus S. Barptol. abb. in *S. Barbaram V. et M.* instructus latina versione a D. Monaldinio.

Fol. 32. Hymnus S. Barptol. abb. in *S. Sabinum M.* cum interpretatione latina eiusdem Monadinii.

Fol. 36. Hymni S. Barpt. abb. in *S. Martinam V. et M.* rursus in *S. Barbaram*, in *S. Bonifacium M.* et *in S. Lucam evang.* latine versi a PP. Mancinellio et Monaldinio.

Fol. 49. Latina interpretatio aliquot locorum hymni *acathisti*, nec non florilegium latinum hymnorum S. Barpt. abb. ex collatis eorum Patrum studiis.

Fol. 64. Hymni in *S. Syncleticam*, graece cum latina versione, duplici columna exarati labore et studio D. Gregorii Piacentini.

Fol. 71. Officium in *b. Sacromartyrem Josaphatum.* Ita inscribitur versio quàedam latina ab. eod. Placentinio exscripta, uti censeo, ex officio *Rhutenico.* Nil enim quidquam commune habet cum officio graeco, quod supra retulimus (Cod. Δ. α. L), et tamen consonat cuidam fragmento quod olim vidi latine versum ex tropario Rhutenico.

Fol. 73. Officium integrum in *S. Astium ep. Dyrrachii*, opus Josephi hymnogr. graece erutum, uti videtur, e Cod. ρκδ'. (124) SS. Salvatoris in civitate Messanensi, ab eodem Placentinio, qui illi subnexuit quaedam inedita ex Officiis in *Deip. Conceptionem.*

Fol. 78. Aliquot Codicum Biblioth. indicatio ex P. Monaldinio.

Fol. 81. Nonnulla excerpta ex Codd. qui mihi videntur Messanenses, cura P. Placentinii.

Fol. 87. Fragmentum Sticharii mensis *Iunii* exscriptum a Monaldinio, quocum explicit Codex.

CODEX CENTESIMUS QUADRAGESIMUS PRIMUS

Δ. δ. IV.

Cod. ms. chart. graec. saec. XVII, continens folia scripta omnino sex et viginti, longitud. metri 0, 25, latitud. 0, 19, bonae sane notae tum quoad scribendi cum quoad ornandi rationem. Scripsit autem D. Dominicus Varcari, ut ad calcem epigraphes atque epistolae dedicatoriae se ipsum subscribit, ubi legitur: ὁ ταπεινότατος δοῦλός σου Κῦρ. Κυριακὸς βαρκάρος ἱερομ. *Humillimus servus tuus D. Dominicus Varcarus monachus sacerdos.*

Initialis epigraphe ita se habet: « Τό συνεχόμενον τούτοις ἐν παύροις φύλλοις συντόμως ἔχει τὸ διελθεῖν ἐπίςω δὲ ὅμως συνέχειν σύνοψίν τινα τῶν ἑορτῶν τῆς ἁγίας δευτέρας τῆς μεγάλης Ν (Πεντηκοςτῆς) τῆς τε τοῦ ἀποςτόλου Βαρθολομαίου ἐν μονῇ τῆς θεοτόκου Μαρίας τῆς ἀδιαφθόρου ἑορταζομένων. *Quod paucis hisce foliis continetur, opus compendiosum est, quod percurrens exhibet quamdam synopsim festorum quae aguntur tum feria II Magnae Pentecostes, tum in festo S. Bartholomaei ap. in Monasterio Mariae Deiparæ intaminatae.* Pagella versa excipit auctoris epistolam dedicatoriam D. Apollinario Passarini ab. Basiliano.

Fol. 2. Veniunt stichéra ad Vesperas in crastinam feriam II *Pentecostes*: atque inde dantur epistola et versiculi (graduales) psalmorum in Missa. Quae pone subsequuntur, sunt alia stichéra in Vesperas eiusdem feriae.

Fol. 7. Stichéra ad Vesperas in festum *S. Bartholomaei Ap.* sub die XXV Augusti, atque inde habentur propria Missae illius diei tum Epist. tum versus psalmorum.

CODEX CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS

Δ. δ. V.

Cod. ms. chartac. graeco-lat. saec. XIX, spissus multis libellis longit. fere metri 0, 27, latitud. vero 0, 20, quos plures manus exararunt; at bifariam potissimum divisus.

Pars prima excipit quosdam hymnos iampridem in honorem Sanctorum a Patribus nostris conflatos, qui vel e Codd. transcripti, vel in latinum sermonem versi sunt. Huic operi manum praesertim suam applicuit Caesareus hierom. Cryptoferraten. qui, cura cl. Iosephi Cozza, super novo opere, *Monumenta Tusculanensia* insudans, hymnos hosce animadversionibus sane eruditis instruere aggressus est.

Pars altera huius Ms. habet tum graece, tum latine hymnologiam in *S. Ambrosium ep.*, quam postea idem calligraphus cl. Iosephus Cozza, rogatu Editorum Opp. S. Doctoris, vulgavit typis Tusculani ea mente, uti illi magnae Editioni pro coronide subtexeretur.

CODEX CENTESIMUS QUADRAGESIMUS TERTIUS

Δ. δ. VI.

Liber plura fragmenta complectens codicum ad diversas spectantium aetates, uti mox syllabus dabit.

I Fragmentum Codicis membran. graeci exaratum optimo charactere saec. XII, spissum foliis 38, longit. metri fere 0, 22, latitudinis 0, 16. Excipit quosdam hymnos a VI hebdomada post Pascha ad feriam VI post Pentecostem.

II Fragm. Cod. membran. graec. non absimili charactere et eodem forte tempore exscripti, spissum foliis 10, dimensionis aliquanto maioris. Habet Idiomela quaedam varia praecipue in mensem *Januarium* et *Augustum*, cuncta notis musicis superinscripta.

III Fragm. membran. Codicis Palimpsesti item musici, eiusd. dimensionis sed saec. XIII exarati, cum Idiomelis in mensem *Septembrem*: folia octo in palimpsesto. Vetustior autem scriptura columnae binae ad saec. X vel XI adscendit, et excipit quaedam de *Evangeliis*. Duo autem unita folia duplici gaudent palimpsesto; prior enim character uncialis est et pertinet ad saec. VIII, posterior autem est ligatus, neque serior saec. X, uterque rem habent *evangelicam*.

IV Fragmentum Cod. membran. graeci *Evangeliarii* cum Menologio, quod suo ordini tribuimus in Cod. Δ. δ. XX.

V Fragm. Cod. membran. saec. XIV, excipiens folia duodecim, dimensionibus paullo inferius fragm. praecedenti. Ibidem exarata sunt stichéra dominicalia et ferialia, inter quae eminet hymnus integer *anastasimus* ton. I inflexi.

CODEX CENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUARTUS

Δ. δ. VII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, constans foliis scriptis 32, longitud. metri 0, 28, latitud. 0, 21, exaratus bono charactere. Scripsit Philippus Vitali an. 1725.

Complectitur Officia in S. *Basilium Ep. et Eccl. Doctorem*, seu potius est congeries non certe absolutissima sticherorum et Hymnorum in eumdem Sanctum. Praecurritur Codex imagine S. Doctoris edita ex ærea incisione. Tres porro hymni dantur: primus Εν ταῖς λαμπρότησι, Ioseph; alter Σοῦ τὴν φωνήν, Ioan. Monachi; tertius Ως κόσμος βασίλειος, inacrostichus praeter od. IX, quae acrostichid. habet Ιωσήφ. Dubito vero ne sit S. Josephi archiep. Thessalonicensis, fratris S. Theodori Studitae. Ex his alter tantum datur Menaeis Venet. (1879) editis.

CODEX CENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUINTUS

Δ. δ. VIII.

Capsula libellorum, quos conscripsit saec. XIX Antonius hierom. Cryptoferratensis, et habent aliquot graeca Officia Sanctorum ab eodem concinnata. Iam vero sacra modulamina sunt plura, dum rhythmice elucubrata, etiam rhythmice scripta, uti hymnographi fides in iis compingendis prae oculis periti cuiusque esset. Sunt igitur haec Officia, singula stichéris et hymnis et quaedam etiam suis instructa synaxariis, in honorem horum Sanctorum, scilicet *S. Petri* ep. Sebasteni, *SS. Basilii et Emmeliae* parentum S. P. N. Basilii, *S. Iosaphati* ep. et m. *SS. Theoduli Stylitae et Andreæ Sali*, *S. Euphrasii* m. *S. Antonii* Cauleae ep. Cpolis, *S. Dorothei* archim. *S. Macrinae* eiusdem S. Basilii aviae. Notandum vero in *S. Iosaphatum* non haberi nisi hymnum acrostichum versibus jambicis, opus calligraphi. V. Cod. Δ. δ. XVIII.

CODEX CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEXTUS

Δ. δ. IX.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIV, constans foliis 63, long. metri 0, 25, latitud. 0, 17, mutilus initio et fine, valde nigrescens praesertim ad pagellarum oras. Character minutus, varius et notis abundans: grandiores literae atramento ductae minio iterantur, quo parvæ ipsae etiam suffunduntur. Videtur conscriptus in Monasterio nostro, uti Cod. Δ. δ. VI.

Interpretatio Canonum dicitur seu aliquot hymnorum in solemniores Domini festivitates.

Fol. 1. Ab Ode III ad finem usque est interpretatio hymni in

Domin. Palmarum, qui incipit. Ὠφθησαν αἱ πηγαὶ, qui in Cod. supra Δ. β. VII tribuitur Cosmae.

Fol. 5. Interpretatio Triodii in *fer. II Hebd. maior.* Τῷ τὴν ἄβατον: inscribitur Cosmae.

Fol. 7. v. Eadem in Dyodium *feriae III* eiusd. hebdom. Τῷ δόγματι, qui eidem adiudicatur.

Fol. 8. v. Item in Triodium ipsius auctoris pro *feria IV* illius hebdom. incip. Τῆς πίστεως.

Fol. 11. In Canon. *fer. V maioris*, Cosmae tributum, Τιμηθείσῃ τιμᾶται.

Fol. 17. In Triod. *fer. VI Mai.* opus Cosmae, Πρὸς σὲ ὀρθρίζω.

Fol. 19. In Can. *Sabbati maioris*, opus Cosmae et Marci (ep. Hydruntini), Κύματι θαλάσσης.

Fol. 24. In Canonem jambicum *Paschatis*, opus Joan. Damasceni, Ἀναστάσεως ἡμέρα.

Fol. 29. v. In Canonem *Dom.* τοῦ Ἀντιπάσχα, seu *S. Thomæ*, quæ Latinis dicitur *in Albis*, opus Damasceni, Σήμερον ἔαρ.

Fol. 32. In Can. *Ascensionis Domini*, op. Damasc. Ἀσωμεν πάντες.

Fol. 37. In Can. de *Spiritu Sancto*, op. Cosmae. P. Ἐργῳ ὡς πάλαι.

Fol. 42. In Can. jambicum *Pentecostes*, op. Jo. Damasceni, Θείῳ καλυφθείς.

Fol. 45. In Can. *Transfigurationis*, op. Cosmae, Ῥήματα ζωῆς.

Fol. 49. In Can. *eiusdem festivitatis*, op. S. Ioan. Damasceni, Μωσῆς ἐν θαλάσσῃ.

Fol. 54. In Can. *Deip. Dormitionis*, opus Cosmae, Πεποικηλμένη τῇ θείᾳ.

Fol. 59. In Can. *eiusd. festivit.* Παρθένοι νεάνιδες.

Fol. 93. In Can. *Exaltationis S. Crucis*, opus Cosmae, Σταυρὸν χαράξας. Sed brevi deficit mutilus Codex.

ANIMADVERSIONES

Ex notitia operum Jo. Damasc. in Fabricii Bibliotheca, nec non e notis quibus illa apud Le Quienum instruitur, multi recensentur Canonum Damasceni eiusdem et Cosmae interpretes. Hi sunt Georgius Choniades, Eustathius, Prodromus, Zonaras, Marcus Eugenicus et Georgius sive Gregorius Corynthius. Verum ex comparatione Codicis nostri ad opp. illorum, quidam sunt excludendi, inter quos Prodromus, a quo ex collatis eius fragmentis diversum prorsus esse deprehendi interpretem nostrum. Consulendus esset ex iis mihi Corynthius unus, sed in Bibliothecis, uti mihi videtur ex Fabricio (Bibl. graec.), latet adhuc.

Praeterea in Synaxario S. Joan. Damasc. d. XXIX Novemb. de Cosma ista memorantur: (Ἰωάννης) ἐγένετο μοναχὸς μετὰ καὶ Κοσμᾶ· οὗτινος πολὺς ὁ λόγος τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἑορταῖς ποιημάτων καὶ μελῳδιῶν· καὶ μάλιστα ἐν ΜΕΓΑΛΗ, ΕΒΔΟΜΑΔΙ τοῦ ἁγίου Πάσχα. (Joannes) *monachum induit cum Cosma, qui quidem valde disertus est in poëmatibus et canticis in festa sanctorum, maxime vero in Hebdomadam maiorem S. Paschatis* (Vid. Cod. B. γ. 1).

CODEX CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEPTIMUS

Δ. δ. X.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVII, constans foliis scriptis 80, longit. metri 0, 27, latitud. 0, 20, quem Philippus Vitali ita describit:

« In hoc Ms. habentur, Prosomia, Cathismata, Canones, Condacia, » Oeci et Photagogaria sive Exapostilaria a Divo Bartholomaeo S. Nili » matheta (discipulo) in honorem plurimorum SS. composita, nec non » a Didascalo (magistro) D. Romano Vassalli Hegumeno hic in unum » congesta una cum suis adnotationibus, ac fideliter ex nostris antiquis » Codicibus transcripta, mense Decembris, anno a Nativitate Domini » Nostri Jesu Christi M. DC. LIII. die XXV, ut ex mnemosyno quod » legitur fol. 70. a t. in fine. »

Ex authographo autem ipsius Abbatis subnexo hic exscriptis Officiis habemus: *Hic finiunt Canones atque Troparia quae per me D. Romanum Vassallum Abbatem et Visitatorem Provincialem anno 1653 inveniri potuerunt in Menologiis MSS. tam Choro deservientibus, quam in aliis qui asservantur in Bibliotheca*; *sunt enim omnes Canones præinserti* (quorum est auctor D. Bartol.) *a 16 Menaeis MSS. in pergamena, descripti mense Decembris 1653, die 25 Christi* Θεογονίας.

Collectio explicit in fol. 73. Postea in sex omnino foliis alio charactere exarantur *Canones* duo, opus Georgii, scilicet *in Deiparae vestem* et in eiusd. S. Virginis *Dormitionem*.

ANIMADVERSIONES

Hymnus S. Barptolomæi, in honorem *S. Theodori*, cuius festum primo Sabbato Quadragesimali a Græcis potissimum recolitur, editus est a D. Philippo Vitali in appendice ad Triodium edit. Rom. 1738. Alter in *S. Apollinarium* ep. et m. itemque tertius in *S. Vitalem* editi sunt et versione latina donati ab Josepho Cozza hierom. in opere cit. (Cfr. Cod. Δ. α. XI). Alium in *SS. Petrum et Paulum* vulgavit, latine interpretatus, Emus Card. J. B. Pitra in sua «*Hymnographie de l'Eglise grecque*, *Rome* 1867.» Alium denique in *S. Martinum Turon.* item cum interpretatione latina Joseph Cozza donum obtulit Ep. Pictaviensi (Cfr. Cod. Δ. δ. XXIII).

Jam vero, sin minus a Romano Vassalli, fortassis a D. Gregorio Piacentini (Cfr. Cod. Δ. δ. III), certius autem a D. Epiphanio Mazio, deinde a Theodoro Toscani, Jo. Cozza atque aliis monachis nostris edi voluerunt hæc opera liturgica S. Patris Monasterii sui (Cfr. Cod. Δ. δ. IV et XXIII): sed editiones, quae parari cœptæ sunt, huc usque latent.

CODEX CENTESIMUS QUADRAGESIMUS OCTAVUS

Δ. δ. XI.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVI, constans foliis 114, long. m. fere 0, 30, latitud. 0, 21. Si characteris minuti formam, si cle-

gantiam grandioris et ornatuum artem respicies respectu ætatis, aliquid quidem erit quod suspicias.

Titulus recentiore rudique manu praetextus exhibet: Κανονάριον τῶν ἐπισήμων ἑορτῶν: sive *Collectio canonum* (hymnorum) *pro festis diebus insignibus*. Quae festa apud nos dicantur *insignia*, confer in Horologio edit. an. 1772 t. I. p. 495. Ast haec auctor *solemniora* melius dixisset, uti ex syllabo patet.

Fol. 1. In *Deiparae Nativitatem.*

Fol. 9. In *Crucis exaltationem.*

Fol. 17. In *Nativitatem D. N. J. C.*

Fol. 24. In *Epiphaniam Domini.*

Fol. 31. v. In *Hypapantem Domini.*

Fol. 39. v. In *Sacratissimum Paschatis diem.*

Fol. 43. v. In *Ascensionem Domini.*

Fol. 47. v. In *diem Pentecostes.*

Fol. 54. v. In *Corporis Christi festivitatem*, Βλέψον ψυχή.

Fol. 59. In *App. Petrum et Paulum.*

Fol. 68. v. In *D. N. Transfigurationem.*

Fol. 80. In *Deiparae Dormitionem.*

Fol. 90. In *Christi Nativitatem*, opus Andreae, Ἀγαλλιάσθω ἡ κτίσις.

Fol. 93. v. *In Christi Baptismum*, opus Andreae, Σήμερον ὁ Θεός.

Fol. 99. Ακολουθία τῆς ἁγ. Μεταλήψεως, *Officium pro S. Communione* altera manu exscribitur.

Fol. 101. Μακαρισμοὶ, *Beatitudines*, seu tantum quibus interponuntur versus ex *octo Beatitudinibus evangelicis*. Hæc et quae sequuntur, tertia manus exscripsit.

Fol. 102. *Officia* tum *profesti* tum *festi in Deip. Annunciationem*, quibuscum explicit liber.

ANIMADVERSIONES

Prioris calligraphi certe præstantissimi me latet nomen et ætas, quam ego saeculum etiam XV attingere non dubitarem. Tertium autem scriptorem character indicat nobis Lucam De Felicibus, cuius praeclara opera calligraphica Codices plures nobis iampridem commonstrarunt.

Alter calligraphus ratione scribendi accedit ad priorem. Opus, quod tantum innui, est Officii quoddam genus in *S. Communionem*, hoc pacto statutum: Μετὰ τὸν στίχον λέγομεν τὸ Βασιλεῦ οὐράνιε. Τρισάγιον. Παναγία τριάς. Πάτερ ἡμῶν. Κύριε ἐλέησον ιβ'. Δεῦτε προσκυνήσωμεν, τρίς. Τὸν (ψαλ. ν'.) πεντηκοστάριον καὶ εὐθὺς τὸν Κανόνα ἦχ. β'. πρὸς τὸ Δεῦτε λαοὶ.. Ἄρτον ζωῆς: « Post stichum dicimus illud *Rex* « *cœlestis*, *Trisagium*, *Sanctissima Trinitas*, « *Pater noster*, *Miserere Domine*, duodecies: « *Venite adoremus Dominum*, ter. *Quinquage-* « *simum* (psalmum L) et continuo hymnum « toni II iuxta modulum: *Venite populi* (qui « hirmus integre exscribitur), incip. *Panis* « *vitæ*. etc. » Hymno absoluto sese notula subscribit calligraphus: Αθανάσιος μοναχός — *Athanasius monachus*, quem facile existimarem Athanasium Miani vel Damiani, qui Abbatiæ praefuit anno 1577.

Quidquid de calligrapho sit, opus eius apographon est ex libris Græcorum, quippe illam *Acoluthiam* editam video in *Horologio*

græco-Venetiis ed. an. 1870, pag. 456, quæ probata item a Curia Romana edita saec. superiore jam fuerat typis de Propaganda Fide a Philippo Vitali in libro præcipue inscripto: Ακολουθίαι τῶν Αγωνύμων. etc. fol. πγ'. (83).

CODEX CENTESIMUS QUADRAGESIMUS NONUS

Δ. δ. XII.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVII, constans foliis scriptis 328, longitud. metri fere 0, 28, latitud. quasi 0, 21, charactere nitido et composito exaratus.

Anthologium, seu delectus Officiorum ex cunctis anni Ecclesiastici mensibus, factus nescio qua calligraphi mente. Sunt enim *officia* plura (omnino sex et quadraginta), quam soleant esse in his libris.

ANIMADVERSIONES

Folia aliquot abrepta fine libri suffecit Philippus Vitalius qui subscribit: Φίλιππος Βιτάλις ἔγραψεν τῷ ἕκτῳ μηνὶ· ἑπτακισχιλιοστῷ διακοσιοστῷ λς' τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως: *Philippus Vitali scripsit mense sexto anni septiesmillesimi, ducentesimi trigesimi sexti a creatione mundi* (a Ch. nat. an. 1728).

Calligraphum vero Codicis universi, inita comparatione characteris, liquet extitisse D. Lucam Rosa Marenensem, qui Praepositus monasterii nostri an. Dom. 1622 conscripsit etiam Cod. Γ. α. XVIII.

CODEX CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS

Δ. δ. XIII.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII, constans foliis scriptis 97, metri 0, 27, latitud. 0, 20, bono exaratus charactere. Grandiores literae figuris saepe confinguntur.

Uno Codice capiuntur iuncta Officia *SS. PP. NN. Nili et Barptolomaei*, prioris quidem in diem festum XXVI Septembris, alterius autem in diem XI Novembris, quemadmodum uterque recolitur apud Monachos Italo-Graecos.

Praecurrit Officio S. Nili synaxarium eiusdem, nescio cur, columnaliter exaratum in medio pagellae. Hymnus habetur in *S. Nilum*, opus S. Barptolomaei discipuli, Κρατυνθείς: alter vero, opus Sophronii monachi, Σωφρόνως ἀπαναστάς: tertius etiam hymnus in honorem *SS. Jo. Theologi et Nili ab.* opus item Barptolomaei, Εορταζέτω ἡ κτίσις.

Tum subsequitur Officium *S. Barptolomaei*, cuius primus hy-

mnus, opus Lucae ab. incipit: Τὴν σὴν πρὸ πάντων. Alter venit, opus eiusdem, Δόξης ῥ'ῥήτου. Hymni et stichéra sunt omnia inedita.

Exscribuntur item Synaxaria *S. Barptolomaei* et *S. Martini ep.* cuius memoria eodem die recolitur.

ANIMADVERSIONES

Conficitur Codex cum epigraphe Calligraphi, quae ita se habet: Ετελειώθη αὕτη ἡ βίλτος ἐν ἔτει τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἐωτακισχιλιοςῷ διακοσιοστῷ λγ'. τῆς δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριςοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ ἐωτακοσιοςῷ κε', ἰνδ. τρίτη, μην. Νοεμβρίῳ ι', ἡμερ. σαββάτου, ὥρᾳ β' μετὰ τὴν ἡλιανατολήν. Εγράφη δὲ ἐν ἡμερ. Δημητρίου Τίτου τοῦ καθηγουμένου ἐν τῇ εὐαγεςάτῃ τῆς ὑπεραγ. θεοτόκου τῆς ἐπιλεγομένης Κρυπτοφερρατ. διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Φιλίππου, εὐτελοῦς ἱερομοναζοντος. *Absolutus est hic liber an. a creatione mundi septiesmillesimo ducentesimo XXXIV, a Nativitate vero D. N. J. C. millesimo, septingentesimo XXV, Indict. tertia, mense Novembri, die X Sabbato, hora II post ortum solis. Scriptus est autem diebus Demetrii Titi Abb. in insigni Monasterio SS. Deiparæ, cui cognomen est Cryptaferrata, manu peccatoris Philippi, inutilis hieromonachi.*

CODEX CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS PRIMUS

Δ. δ. XIV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, spissus foliis scriptis 22, longitud. metri 0, 35, latitud. 0, 24, optimo et nitidissimo exaratus charactere, qui stilum praesefert D. Placidi Schiappacasse.

Anthologii pars ex S. Barptolomaei hymnographia in praecipuas *Septembris* mensis festivitates; scilicet:

Fol. 1. v. Hymnus in *Deiparae Nativitatem*, Χοροὶ ἀλαλάξατε.

Fol. 10. Contacium magnum in *Exaltationem S. Crucis*, cum acrostich. Ωιδή.

Fol. 12. Hymnus (cum stichéris) in *S. Nilum ab.* Εορταζέτω ἡ κτίσις, cuius in ode IX mox a tabula calligraphus manum amovet.

CODEX CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SECUNDUS

Δ. δ. XV.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, foliis tantum 18, longit. m. 0, 35, latitudinis 0, 25, exscriptus a calligrapho, bene scribendi rationem callente, qui Benedictus Monaldini videtur ex collatione Codicem istum inter et alium, quem modo referam sign. Δ. δ. XXV.

Titulus praetexitur: Κανόνες εἰς τὸν ὅσ. πατέρα ἡμῶν Βαρθολομαῖον τῆς Κρυπτοφέρρης ἐν Ρώμῃ. *Hymni in S. P. N. Barptolomæum Cryptoferres*

prope Romam. Longam nempe viam sibi praestituerat monachus, plures enim hymni in honorem S. Patris confecti sunt, sed vix ingressus iter, uno dumtaxat exscripto, cui initium: Δεῦτε πιστοὶ, opus Rossanensis (Cod. B. β. III), ab opere substitit.

CODEX CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS TERTIUS

Δ. δ. XVI.

Libellus ms. graec. exaratus saec. XVIII, manu Philippi Vitali, exceptusque foliis tantum octo.

Continet Officium in *S. Macrinam Virg.* Basilii Magni sororem, cuius festum apud utramque Ecclesiam recolitur d. XIX m. Julii.

Hymnus quidem qui incipit: Νυμφίον τὸν ἄχραντον (opus Theophanis), et stichéra quaedam eidem praecurrentia, edita reperiuntur etiam in Menaeis Venetis an. 1879. At *Stichéra* sex et praeterea Contacia tria et Exapostilaria duo desunt in editione.

CODEX CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS QUARTUS

Δ. δ. XVII.

Cod. ms. membran. graec. saec. XVIII, constans foliis 31, long. metri 0, 30, latitud. 0, 23, optimae sanae notae. Character apertus, nitidus, compositus, grandiores literae ex minio et auro ingeniose confectae, et rubro plura quoque exarata.

Officia ecclesiastica sunt in *S. P. N. Basilium Magnum*, quae in d. I Januarii, quaeque in XIV Junii iuxta Italo-graecos recurrunt.

Hymni tres iidem dantur, atque in Cod. Δ. δ. VII. At hic Codex praestat illi tum rerum ordine, cum propter additas Lectiones vespertinas et Evangelium matut. in d. XIV Junii.

ANIMADVERSIONES

Ad calcem hymni tertii exscriptum arcanis literis legimus: κσθπ4ς-λω ωπυθκκθπθωωε ψβω π)χκσφε)ϑβω ξλνθυλω εζϑθτε, idest: Πλάκιδος Σκιαπωακάσσε τῆς Κρυπτοφέρρης μναχὸς ἔγραψε. *Placidus Schiappacasse monachus Cryptaeferratae scripsit.*

Postremo: Τέλος αὕτη ἡ βίβλος ἔλαβε τῇ δεκάτῃ τοῦ Ιουνίου μηνὸς ὥρ. κβ′, ἐν ἔτει τοῦ Χριστοῦ ,αψλβ′, διὰ χειρὸς Πλακίδου τοῦ Σκιαπωακάσσε ἀναξιοιερομοναζοντος τῆς Κρυπτοφερράτας ἐπιλεγομένης μονῆς, ἡγουμενεύοντος τοῦ τιμιωτάτου πατρὸς κυρ. Δημητρίου Τίτου Τουσκυλανοῦ. *Finem hic liber recepit d. decima mensis Junii, h. XXII, anno Christi* 1732, *manu Placidi Schiappacasse, hieromonachi indigni e Monasterio quod dicitur Cryptaferrata, Rmo P. D. Demetrio Titi Tusculano Abbate.*

CODEX CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS QUINTUS

Δ. δ. XVIII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XIX, constans foliis scriptis 33, longitud. metri 0, 39, latitud. plus 0, 26, bono charactere, sed paullum proiecto exscriptus, literis etiam ornatis ad maxima rerum capita decoratus.

Initio libri titulus est ΝΕΟΠΟΙΗΤΟΙ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΙ, *Officia recentiora*, at quorum in honorem concinnata sint, belle complectitur Troparium hoc proœmiale: Η *πεντὰς τῶν πατέρων ἑορταζέσθω· παρ' ἡμῶν, ὦ ἀδελφοί, εὐπρεπεστέρως· σὺν* ΜΑΧΡΙΝΗ*ι ὁ* ΠΕΤΡΟΣ *ὁ* ΣΕΒΑΣΤΗΝΟΣ *· καὶ* ΕΜΜΕΛΕΙΑ*ι ὁ πρέσβυς* ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ *·* ΙΩΣΑΦΑΤ *σὺν μάρτυρι· χριστῷ ὑπὲρ ἡμῶν· ἀεὶ γὰρ πρεσβεύουσι.* » *Quinarius patrum festo celebretur a nobis, o fratres, decentius, cum* Macrina Petrus Sebastenus *et cum* Emmelia Basilius *senior, nec non cum* Josaphato *martyre, ipsi enim iugiter Christum pro nobis exorant.*

Fol. 2. Ακολουθία τῆς ἁγ. μητρὸς ἡμῶν Μακρίνης μάμμης Βασιλείου τοῦ μεγάλου. *Officium S. M. N. Macrinae aviae Basilii Magni.* Stichéra dantur ad Vesperas et ad Laudes cum hymno, Ἆσμα μελῳδοῦντά με.

Fol. 6. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Πέτρου τοῦ Σεβαστηνοῦ. *S. P. N. Petri Sebasteni* (et fratris S. Basilii M.). Cum stichéris ad Vesp. et ad Laudes adest hymnus, Τὸν ἱερὸν Πέτρον.

Fol. 12. Τῶν ἁγίων καὶ δικαίων πατέρων Βασιλείου τοῦ μεγάλου. *Sanctorum et justorum patrum Basilii M. Parentum.* Post stichéra ad Vesp. sequitur hymnus, ὨΙδαῖς πνευματικαῖς. Hunc excipiunt *Syntoma* ad Laudes.

Fol. 17. Τοῦ ἁγ. ἱερομ. Ιωσαφὰτ ἐπ. Εἰς τὴν κ' τοῦ Οκτωβρίου. *S. Josaphati ep. et m. die XX Octobris.* Item stichéra, *syntoma* et hymnus incipiens: Ἐν ταῖς λαμπρότησι.

Fol. 22. Τοῦ αὐτοῦ ἁγ. ἱερομ. Ιωσαφὰτ εἰς τὴν ιβ' τοῦ Νοεμβρίου μηνός. *Eiusdem S. Josaphat ep. et m. die XII mensis Novembris.* Habentur stichéra ad Vesperas et hymnus ad Matutinum exordiens: Πνεῦσον τὸ πνεῦμα.

Fol. 27. Εἰς τὸν αὐτὸν Ιερομ. κανὼν ἰαμβικός. *In eumdem sacrum Martyrem hymnus jambicus.* P. Μάκαρ Ιωσαφάτ, cum acrostichide duobus distichis excepta.

ANIMADVERSIONES

Cunetas *acoluthias* absolvit mnemosynon satis prolixum his confectum verbis: Τούτων τῶν ἀκολουθιῶν αἱ μὲν εἰς τὸν ἱερομ. Ιωσαφὰτ ἐποιήθησαν ἀπὸ Θεοδώρου καὶ Ιωσὴφ συνασκητῶν ἡμῶν εἰς ἔτος ,αωξζ', ὅταν ὁ ἁγ. ἱερομάρτυς ἐν τοῖς τῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἁγίων δίπτυξιν ἐτέθη. Αλλ' στι Θεοδωρος τὸν κανόνα τὸν εἰς κ'. Οκτωβρίου μηνὸς διὰ τὸν θάνατον οὐκ ἐτελείωσεν, ὁ Ιωσὴφ τὸν μὲν ἐποιετίλεσεν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα τῆς ἀκολουθίας ἐκείνης ἐπλήρωσεν. Αλλὰ πρὸς τούτοις τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ἱερομ. εἰς τὴν ιβ'. τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ὁ

αὐτὲς ξυνεθετο ἅπασαν, ἐν ᾧ καγὼ Αντώνιος μοναχὸς περὶ τοῦ εἰς ταὐτὸν Ιωσαφὰτ κανόνος ἰαμβικοῦ ἐπόνησα, οὗ ἐξέγραψα εἰς τέλος τῶν ἀκολουθιῶν. Ωνπερ τρεῖς ἄλλας, τουτέστι τῆς ἁγ. Μακρίνης, τοῦ ἁγ. Πέτρου τοῦ Σεβαστηνοῦ, καὶ τῶν ἁγγ. Βασιλείου καὶ Εμμελείας, ἐγὼ διὰ τὸ συμπληρῶσαι τὰς ἀκολουθίας τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ Βασιλείου τοῦ μεγ. ἁγγ. πατέρων, ἐπείησα εἰς ἔτος ,αωο΄ καὶ τὰ ἑξῆς. Νῦν δὲ τὰ πάντα τῶν ὡέντε ἀκολουθιῶν τούτων ἐν ἔτει ,αωοβ΄, ἑβδόμῳ καὶ εἰκοστῷ μὲν τῆς ἐν τῇ ῥώμῃ ἀρχιερωσύνης τοῦ ϖάπα ἡμῶν Πίου, δευτέρῳ δὲ τῆς ἡγουμενίας τοῦ πατρὸς ἡμῶν Νικολάου μετέγραψα κατὰ τὰ Γενέθλια τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἐν ἁγίοις ἀναπαυομένῳ δόξα πρέπει αἴνεσις καὶ τιμὴ σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγ. Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν. *His ex officiis quæ sunt in honorem S. Josaphati Mart. composita sunt a Theodoro et Josepho synascetis nostris, anno* 1867, *quo S. Mart. diptychis Ecclesiae Catholicae accensus est. Sed cum Theodorus morte praereptus non absolvisset hymnum S. Mart. in diem XX Octobris, Josephus hunc quidem explevit, alia vero cuncta eiusdem officii suffecit. Sed iste praeter haec officium S. Mart. in diem XII Novembris omnino composuit, cum ego Antonius monachus huic hymno jambico in eumdem S. Martyrem operam dabam, quem deinde hisce officiis subnexui scribens. Tria vero alia officia scilicet in S. Macrinam, S. Petrum Sebastenum, ac SS. Basilium et Emmeliam, ut explerentur sacra omnia officia in sanctos patres qui de domo Basilii Magni prodiissent, composui anno* 1870 *et sequentibus. Nunc autem quidquid scripti paginis istis comprehenditur, anno* 1872, *vigesimo septimo sacri Romæ principatus P. N. Pii, et secundo Nicolai Abbatis exscripsi per sacra Natalitia Jesu Christi: Quem in sanctis requiescentem decet gloria, laudatio et honor cum Patre et S. Spiritu nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.*

Porro hymni in S. Josaphat, opus Theodori et Josephi, editi sunt typis Congregationis de Propaganda Fide an. 1868. Cetera vero omnia, opus Antonii hieromon. sunt adhuc inedita.

CODEX CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SEXTUS

Δ. δ. XIX.

Cod. ms. chartac. græc. saec. XIX ineuntis, exceptus foliis scriptis prorsus 73, longitud. metri 0, 40, latitud. 0, 27, exaratus grandiore charactere, cuius literæ capitales typis ex aurichalco effictae sunt rubro colore.

Acoluthias multas de *Communi Sanctorum* has complectitur Codex scilicet:

Fol. 1. In *unum S. Confessorem.*
Fol. 4. In *plures Confessores.*
Fol. 7. In *unum Apostolum.*
Fol. 10. In *plures Apostolos.*
Fol. 14. In *unum Prophetam.*
Fol. 17. In *plures Prophetas.*
Fol. 21. In *unum Martyrem.*
Fol. 24. In *plures Martyres.*
Fol. 28. In *unum Episcopum.*
Fol. 31. In *plures Episcopos.*
Fol. 34. In *unum Episcopum martyrem.*
Fol. 37. In *plures Episcopos martyres.*

Fol. 41. In *unum Martyrem monachum.*

Fol. 44. In *plures Martyres monachos.*

Fol. 47. In *unam Martyrem mulierem.*

Fol. 50. In *plures Martyres mulieres.*

Fol. 53. In *unam Sanctam mulierem.*

Fol. 37. In *plures Sanctas mulieres.*

Hæc officia alterum excipit fol. 61 nempe in « *Venerabile et Immaculatum Corpus et Sanguinem Domini Salvatoris Nostri Jesu Christi* ». Cuncta sunt in ordinem horarum canonicarum disposita: Vesperae, quibus praeter stichéra affiguntur Lectiones, Completorium cum hymno, Αρτος ζωῆς,et Matutinum cum suo Evangelio et hymno, Βλέπε ψυχή.

ANIMADVERSIONES

Explicit liber cum his subnexis verbis: *Τέλος θεῶ καὶ χάρις. Αγνῆ αὐτοῦ μητρὶ Μαριὰμ χαῖρε. Finis Deo et gratia. Castae ipsius matri Mariæ salve.* Tum: Εν τῷ ἔτει ἀπὸ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ ,ΑωΔ'. *Anno ab Incarnatione Christi MDCCCIV.*

His postremo subnectitur Mnemosynon epigraphice sic exaratum:

Εν τῇ τοῦ θεοῦ Εκκλησίᾳ
Αγιωτάτου Πίου ἑβδόμου βασιλεύοντος
Εν ταύτῃ τῆς Κρυπτοφέρρης μονῇ
Τιμιωτάτου Καρόλου Ματθαίου
Αρχιμανδρίτου, ταπεινοτάτου μοναχοῦ
Φουλγεντίου Αουστίνου συγγράψαντος,
Τοῦτο τὸ βιβλίον ἐτελειώθη.
Υμεῖς δὲ πάντες οἱ ἀναγινώσκοντες
Καὶ διὰ τῶν ἐμοῦ πόνων
Τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν φυλάσσοντες
Ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θεῷ πρεσβεύσατε.

In Ecclesia Dei Sanctissimo Pio septimo regnante, in hoc Cryptaeferratae Monasterio Rmo Karolo Matthaeio archimandrita, infimo monacho Fulgentio Austino scribente, hic liber absolutus est. Vos autem omnes qui legitis,et per labores meos oculos vestros custoditis (nitidus enim character), *pro nobis Deum precamini.*

CODEX CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS

Δ. δ. XX.

Cod. ms. membran. graec. saec. XVIII, constans foliis 42, long. metri fere 0, 31, latitud. fere 0, 24, praesertim in titulis decoratus et in literis grandioribus, ut Cod. superior XVII.

Officia complectitur in *S. Nilum Abbatem* sub die XXVI Septembris, et continuo in *S. Barptolomaeum Abb.* sub die XI Novembris (Cfr. Cod. Δ. δ. XIII).

Fol. 1. In honorem *S. Nili* habentur ad Vesperas stichéra et lectiones et iterum alia stichéra, ad Complet. hymn. Κρατυνθεὶς, ad Matutinum post Cathisma et post Evangelium hymnus, Σωφρόνως ἀπαναστὰς. Fini appingitur rubrica de agendi festi ratione, eruta ex Typico.

Fol. 27. In honorem *S. Barptolomaei* praeter stichéra dantur lectiones propriae eædem, atque in festo *S. Nili*, ad Completorium hy-

mnus. Τὴν σὴν πρὸ πάντων, ad matutinum vero alter incip. Δόξης ἀῤῥήτου. Hunc excipiunt *syntoma* et sticheron *idiomelon* ad *Gloria Patri.*

ANIMADVERSIONES

Calligraphi nomen in hac tabula quadra comprehendit jambicus versus: Αὕτη ὑπὸ πλακίδου δέλτος ἐγράφη. *Hic liber a Placido scriptus est.* Literis vocum effictæ cruces hinc inde habent: Ω χριστὲ, πλάκιδον ταχὺ Τὸν δοῦλόν σου σῶσόν με. *O Christe, Placidum statim Servum tuum salvum me fac.* Huiusmodi figuram speciminis gratia mox proferimus.



CODEX CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS OCTAVUS

Δ. δ. XXI.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XIX, foliis 65 constans, longit. metri fere 0, 37, latitud. 0, 34, exscriptus ab eodem calligrapho, qui Cod. Δ. δ. XVIII exaraverat, sed grandioribus literis ad usum chori magis opportunum, et diligentia maiori et orthographiae graecae legibus plane servatis. Ornatibus passim sive in literis conficiendis, sive in subnectendis scripturis auctor librum suum decoratum esse voluit.

Eadem cuncta, eodemque ordine disposita continentur, quae in illo Cod. superiore; sed praeterea quaedam addita sunt e tropariis, et exapostilariis, et multa denique correcta.

Mnemosynon restitutum est, et Index rerum additus. Exscriptus est Codex an. 1873.

CODEX CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS NONUS

Δ. δ. XXII.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XV, constans foliis duodecim, longitud. metri 0, 30, latitud. fere 0, 22, exaratus bono charactere. Sed color ruber, quo initiales literae, atque alia multa conficiuntur, est valde dilutus.

Excipitur Officium integrum in *Nativitatem Deiparae*, ad cuius Matutinum exhibetur hymnus incipiens: Χοροὶ ἀλαλάξατε, opus Barptolomaei ab. ineditum.

Ad Laudes habentur quatuor *syntoma*, inserta ultimis versiculis Ps. CL, de qua insertione vide quid dictum sit in Cod. Δ. α. XXXIII.

ANIMADVERSIONES

Cui porro tribuendus sit Codex Cryptoferratensis, præbet initio titulus: Ακολουθία ψαλλομένη εἰς τὸ Γενέσιον τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ὀγδόῃ. † Μετεγράφη ἡ παροῦσα ἑορτὴ διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ιωάννου πρεσβυτέρου Ρώσου τοῦ Κρητός. α.υ.4. ω'. σεπτεμβρίῳ ἑβδόμῃ· ἐν τῇ μονῇ τῆς Αββαδίας τῆς ὀνομαζομένης Κρυπτοφεράτας. *Officium psallendum in Nativitatem SS. Dominæ nostræ Deiparæ et sempervirginis Mariæ, mense Septembri octava (die).* † *Transcriptum est hoc festum manu mea Joannis presbyteri Rhosi Cretensis millesimo, quadringentesimo, nonagesimo sexto, Septembre, septima (die) in monasterio Abbatiae quae cognominatur Cryptaeferratae.*

De Joanne Rhoso, scriptore percelebri, confer Prolegomena ad saec. XV.

CODEX CENTESIMUS SEXAGESIMUS

Δ. δ. XXIII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XIX, constans foliis 105, long. m. 0, 27, latitud. fere 0, 20, integer praeter unam tantum lacunam.

Apographon est Hymnorum, quos S. Barptolomaeus Abbas et alter conditor Monasterii nostri conscripsit in honorem plurium Sanctorum, iuxta primum opus qnod fecerat D. Romanus Vassalli. Cfr. Cod. Δ. δ. X.

Sed cum inter hasce hymnologias S. Ab. sit ista copiosior omnium,

quamvis nondum fortasse expleta, juvat hic cunctam subtexere Sanctorum seriem, quos hymnis et canticis suis hactenus repertis pientissimus ille percoluit.

SEPTEMBRIS d. XIII in *Deip. Nativ.* hymnus Χοροὶ ἀλαλάξατε.

D. XIV in *S. Crucis exaltationem* Contacium cum hac acrostichide Ὠδὴ, incip. Τῷ ἀηττήτῳ φοβερᾷ.

D. XXVI in *SS. Joannem theologum et Nilum ab.* Εορταζέτω ἡ κτίσις: Ῥίζας παθῶν, hymni duo uniti, et alius tantum in *S. Nilum* Κρατυνθείς.

OCTOBRIS d. XVIII in *S. Lucam evang.* Μαρμαρυγαῖς.

NOVEMBRIS d. I. in *S. Cæsarium m.* Τῷ τοῦ Χριστοῦ φωτισμῷ.

D. IX in *S. Matronam* Τάξεσι μετ' ἀγγέλων.

D. XI in *S. Martinum* Τριαδικῆς μοναρχίας.

D. XXII in *S. Cæciliam* Τῆς ἀρχιφώτου.

D. XXX in *S. Andream ap.* Σὲ τὸν πρωτόκλητον.

DECEMBRIS d. IV in *S. Barbaram* Εν οὐρανίοις.

D. VI in *S. Nicolaum* Υπερκοσμίου χαρμονῆς.

D. XII in *S. Sabinum* Εν φωτὶ τῷ θείῳ.

D. XVII in *SS. Danielem*, et *Tres Pueros Encœnia Deiparae* Τὸν λόγον τὸν ἄναρχον.

D. XIX in *S. Bonifacium M.* Contac. magn. acrost. Ὠδὴ. incipit: Ὡς ὁ τυφλός.

D. XXIII in *Profestum Nativit. Domini* Ο οὐρανὸς εὐφραινέσθω. (Tetraodium).

D. XXVI in *Deip. puerperam* Χαίρει πᾶσα ἡ γῆ.

D. XXXI in *S. Martinam* Χοροῖς σὺν ἀγγέλων.

JANUARII d. IV in *S. Amnam syncleticam* Τῷ σῷ ἀχράντῳ.

D. XXII in *S. Anastasium m.* Βυθὸς ἀκατάληπτος.

D. XXXI in *SS. Cyrum et Joannem* Ρυπιζόμενον τῇ ζάλῃ.

FEBRUARII d. II in *Hypapanthen Domini* Τὸν πάντα θεὸν κρατοῦντα.

D. V in *S. Agatham* Λελαμπρυσμένη.

D. XXIV in *S. Joan. Theristen* Σῶτερ τοῦ ἐλέους.

MARTII d. IX in *SS. XL Martyres* Σύγημα ἱερόν.

APRILIS d. XXVIII in *S. Vitalem* Βήματι τοῦ χριστοῦ.

MAII d. X. in *SS. Alphium et Socc. Mm.* Contac. Magn. Τὸ τοῦ Χριστοῦ.

JUNII d. XI in *SS. Barptolomaeum et Barnabam app.* Δόξης ἀῤῥήτου.

D. XXIX in *SS. Petrum et Paulum app.* Δόξης ἀπαύγασμα.

JULII d. XXIII in *S. Apollinarium* Αφράστου καὶ θείας.

AUGUSTI d. XV in *Deip. dormitionem* Idiomelon Συντρέχει ὁ χορός.

D. XXV in *S. Barptolomæum ap.* Υπέρτιμον.

Sab. I, quadragesimali in *S. Theodorum M.* Δῶρον θεοῦ.

ANIMADVERSIONES

Cura cl. Josephi Cozza hoc in volumine collecta, ordine mensium digesta et e Codicibus nostris exscripta sunt cuncta bono charactere a D. Philareto hieromonacho, præter hymnos fol. 88 et fol. 100, exaratos a D. Germano Ciuffa hieromon. nec non quidquam aliud vel ab ipso auctore libri vel ignota mihi manu exaratum.

Canonum autem si quempiam alium reperire facile desperes, profecto alia plura nedum stichéra sed Contacia conscripsisse arbitror S. Barptolomæum, ea potissimum ratione ductus, quod in Codd. Cryptensibus multa Contacia magna et acrosticha dantur hymnis Sanctorum etiam in Editione Veneta exceptis, quæ ibidem non inveniuntur. Huiusmodi porro Contacia perpetuo habent acrostichidem Ωιδή.

Insunt etiam assuta Codici foliola quæ exhibent latinam interpretationem hymni S. Barptolomæi in *S. Martinum* ep. quam fecit ipse Josephus an. 1866, et dono dedit Rmo D. Pie ep. Pictaviensi, postea Cardinali, De Editionibus aliquot hymnorum v. Cod. Δ. δ. X. Adde quod cl. D. Hen. Rickenbach O. S. B. sibi exscripsit hymnum in *Deip. Nat.*

CODEX CENTESIMUS SEXAGESIMUS PRIMUS

Δ. δ. XXIV.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XIX, foliis multis spissus, excipiens *Kalendarium pro Clero Vicariatus Apostolici Constantinopoleos*, autographum Theodori Toscani hieromonachi Cryptoferratensis, qui illud composuit, et nonnullis officiis propriis instruxit.

Hoc autem Calendarium probatum a Sacra Rituum Congregatione est d. XVI. Julii 1863, editum vero Romæ typis S. Congr. de Propag. Fide an. 1864. Ibidem complexa habentur *Monumenta*, quae testantur cultum quorumdam Sanctorum, quorum memoria extat in Calendario.

CODEX CENTESIMUS SEXAGESIMUS SECUNDUS

Δ. δ. XXV.

Cod. ms. chartac. graecus sæc. XVIII et XIX, duabus exaratus manibus, spissus foliis scriptis omnino 62, longit. metri 0, 20, latit. 0, 14, bono charactere correctoque gaudens.

In libello primo excipitur vetustior hymnus, cuius hic exhibetur titulus recentiore tamen manu inscriptus: « Κανὼν εἰς τὰ θεῖα μυστήρια τοῦ παναχράντου σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἦχ. δ'. « *Canon in Divina Mysteria immaculati Corporis et Sanguinis D. N. I. C. ton. IV.* » Incip. Ελθετε, φάγετε. Desunt *mesodica*, seu quae hymnis interponi solent, *Cathisma, Contacium et Exapostilarium.*

In altero libello excipitur «*Officium in SS. Cor D. N. I. C.* hoc titulo: Ακολουθία τῆς τιμιωτάτης Καρδίας τοῦ Κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ. Adest primus omnium hymnus, Κανὼν ἦχ. πλ. β'. φέρων τήνδε τὴν ἀκροστιχίδα· Αναρχε σῶτερ, ἐν μέλεσσι καρδίαν Ἀσω βροτῶν ἔρωτι σὴν τετρωμένην. *Canon ton. II infl. ferens hanc acrostichidem*: «*Aeterne Salvator, canticis cor tuum canto, hominum amore transfixum.*» Incip: Αγαπητοῦ ᾆσμα.

Fol. 10. Veniunt ad Vesperas stichéra idiomela quatuor cum Idiomelo ad *Gloria Patri*, et ad Matutinum stichéra syntoma. Tum Exapostilarium, Troparium et aliud Idiomelon ad *Gloria Patri*, nec non alia stichéra multa.

Fol. 16. v. Κανὼν ἄλλος ἦχ. ά, φέρων τὴν ἀκροστιχίδα· Τὸ καινὸν ᾆσμα, ἀμνὲ, δός σῇ καρδίᾳ. *Hymnus alter ton. I, ferens acrostichidem*: «*Novum canticum, Agnus, do Cordi tuo.*» At in *Theotociis* inest acrostichis alia: Σὸς δοῦλος, *Famulus tuus.*

Fol. 21. v. Occurrunt alia stichéra et troparia septem.

Fol. 25. Stichéra aliquot ad Vesperas in *S. Josephum Deiparae virginem sponsum.* His subnectuntur alia cantica cum synaxario, quæ in illo Officio desiderantur.

Fol. 31. Ακολουθία τοῦ ἐν ἁγ. πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ μεγ. πάπα τῆς παλαιᾶς ῥώμης. *Officium S. P. N. Gregorii M. Papæ Romæ veteris.* Tum Κανὼν ἦχ. πλ. δ'. φέρων τήνδε τὴν ἀκροστιχίδα· Δούλων θεοῦ τὸν δοῦλον ὑμνῶ ποιμένα. *Hymnus ton. IV infl. ferens hanc acrostichidem.* «*Servorum Dei servum laudo Pastorem.*» In *theotociis* vero adest acrostich. Αντωνίου, *Antonii.* Incipit: Διαλογαὶ τῶν ἀδελφῶν. Duplici columna exarantur omnia, cuius pars sinistra exhibet latinam interpretationem.

Fol. 38. v. Veniunt omnia mesodica; quibus annectuntur stichéra ad Vesperas tria cum Idiomelo *Gloria Patri.*

Fol. 42. Ιανουαρίου μηνὸς εἰς τὴν κϛ'. Μνήμη τῆς ὁσ. μητρὸς ἡμῶν Παύλας τῆς ῥωμαίας. *Januarii mensis d. XXVI. Memoria S. M. N. Paulae Romanae.* Mox deinde: Εἰς τὸν ὄρθρον ἦχ. πλ. β' φερ. ἀκροστιχ. Παῦλαν τὸ λαμπρὸν χήραις ὑμνῶ σέλας. *Ad Matut. hymnus ton. II infl. ferens acrostich.* «*Paulam splendens viduis hymnio jubar.*» In tropariis autem *triadicis* et *theotociis* acrostichis: Αντωνίου ταπεινοῦ; *Humilis Antonii.* Deinde stichéra ad *Laudes* et Synaxarium.

Fol. 54. Ιουνίου μηνὸς εἰς τὴν ε'. Μνήμη τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν Δωροθέου τοῦ ἀρχιμανδρ. *Junii mensis in d. V. Memoria S. P. N. Dorothei archimandritae.* Tum mox venit hymnus seu Κανὼν in eumdem ad Matutinum exhibens acrostichidem hanc: ὨΙδὰς ὑφαίνω πατρί μου Δωροθέῳ, Αντώνιος. «*Odas contexo patri meo Dorotheo, Antonius.*» Incip. Ο θείας φερώνυμε δωρεᾶς. *Qui nomen habes a dono divino.*

Fol. 59. Pone sequuntur stichéra seu cantus alii ad Vesperas et ad Laudes, tum postremo Synaxarium.

ANIMADVERSIONES

Ad primum hymnum notavit Josephus Cozza: «*Canon iste suavissimus in sacrosancta D. N. J. C. Mysteria ex sacris Scripturæ verbis mirifice concinnatus, uti nobis opinio est, recens admodum videtur, atque ab aetate scripturae huius non longe abesse; ni forte idem sit descriptor et auctor Gregorius Piacentini, hieromonachus Cryptaeferratae, ut ex charactere apparet.*»

Reliquos omnes hymnos qui superius descripsit, olim etiam conscripsit Antonius hieromonachus Cryptoferratensis, at non uno anno, quisque autem cuique operi in cod. notatus exhibetur annus.

CODEX CENTESIMUS SEXAGESIMUS TERTIUS

Δ. δ. XXVI.

Libellus ms. chartac. graecus saec. XVII, excipiens folia 13, longitudinis metri 0, 28, latitudinis plus quam 0, 20, exscriptus a D. Philarete Fattorini, uti testatur Schiappacasse in recensione librorum (Cod. B. γ. XIV), ornatibus elegantiusculis decoratus.

Officium est in diem XIV Junii, sacrum *Basilio Patri Nostro*, compactumque est ex hymnis, et stichéris quæ antiquitus tantum in d. I Januarii confecti erant, adjectis ex Vet. Testam. Lectionibus et Synaxario ad Vesperas.

ANIMADVERSIONES

Graeci profecto neque pridem, neque nunc celebrant *Basil. Magnum* propria sollemnitate, nisi die I Januarii, quo historia consignavit transitum eius.

Ita etiam Italo-græci et Patres Monasterii nostri religiose institere usque ad med. sæc. XVII, ita ut mihi videre non videar in Horologiis pluribus ea ætate conscriptis sollemnitatem S. Doctoris isto etiam die agi cum Latinis. Ab hoc igitur anno quo Codex hic compositus est (qui tamen nos latet annus), memoriam Basilii primo affigi ad hunc etiam diem cœpisse suspicor, primoque etiam in hoc MSS. nunc apparet, secundo vero in Horologio Romæ edito an. 1677, tum demum ex eo tempore in cunctis editis et mss. libris nostris nova festivitas ista indicta invenitur. Neque tamen ab ecclesiastica Græcorum consuetudine abhorret, quod interdum festa Sanctorum duplicentur.

CODEX CENTESIMUS SEXAGESIMUS QUARTUS

Δ. δ. XXVII.

Cod. ms. chartac. saec. XIX ineunte exaratus a D. Epiphanio Mazio ab. Cryptoferratensi de quo plura, diximus in Prolegomenis.

Porro Ms. constat foliis 45, longitud. m. 0, 26, latitud. 0, 19, et excipit parvam hymnorum syllogem, quos fecisse traditur S. Bar-

ptolomaeus abbas. Singuli praeterea hymni graeci exscripti latina interpretatione donati, latinisque adnotationibus instructi sunt. Seriem hanc aperit Canon in *Deip. Nativit.* clauditque alius in *S. Cæsarium.*

CODEX CENTESIMUS SEXAGESIMUS QUINTUS

Δ. δ. XXVIII.

Cod. ms. chartac. græc. sæc. XVIII, constans foliis octo, longit. metri 0, 20, latitud. 0, 13, spissis lineis, atque admodum denso sed bono charactere exaratus.

Habetur Officium sacrum in *S. Mariam Aegyptiacam* sub die I mensis Aprilis, scilicet tum stichéra ad Vesperas, tum hymnus ad Matutinum, qui praefert acrostichidem: Δέχου ἀνάγνων χειλέων, μῆτερ, ὕμνον, « *Accipe, mater, ex immundis labiis hymnum.* » Inc. autem: Δέχου χειλέων, μῆτερ, ἐξ ἀκαθάρτων.

ANIMADVERSIONES

Eruit Philippus Vitali an. 1731, dicavitque Abbati suo Demetrio Titi officium hoc e Cod. S. Basilii magni de Urbe, adnot. num. XLVII, qui olim exscriptus a Sophronio vel a Nilo II hieromonachis, postea donatus est Leontio qui alii obtulit Monasterio, uti docet epigraphe: Αφιερώθη τὸ παρὸν τροπολόγιον παρὰ Λεοντίου ἱερομονάζοντος εἰς τὸν ναὸν τοῦ ὁσ. πατρὸς ἡμῶν Ιω. τοῦ θεριστοῦ ὑπὲρ συγχωρήσεως τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἐμῶν γονέων καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ ἐν ἔτει ,ς χ ι', ἰνδ. ι'. *Dicatum est hoc Tropologion a Leontio hieromonacho ecclesiæ S. Joannis Theristæ pro remissione peccatorum parentum meorum et mei ipsius, an.* 6610, *Indictione X (post Ch. an.* 1102*).* Vid. Prolegom. saec. XI.

CODEX CENTESIMUS SEXAGESIMUS SEXTUS

Δ. δ. XXIX.

Cod. ms. chartac. græcus sæc. XVIII, constans foliis prorsus 71, long. m. fere 0, 27, latitud. m. 0, 22, bonis characteribus exscriptus. Sylloge est fragmentorum hymnologiae, hymnos et stichéra continens.

I. Officium in *Pervigilium Deip. Conceptionis,* d. VIII Decemb.

II. Item in *S. Amnam Syncleticam,* d. IV Januarii.

III. Pars magna *Sticharii* mensis Januarii.

IV. Fragmentum *Menologii,* erutum e nostro Typico, quod exaratum est an. 1729.

V. Officium *S. Tryphonis m.* d. I. Februarii.

VI. Fragmentum *Paracleticae marianae.*

SERIES SEPTIMA

CODICES MELURGICI

SACRI ET PROPHANI

CODEX PRIMUS

E. α. I.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis 234, longitud. metri fere 0, 24, latitud. 0, 18, palimpsestis variis confarctus (de quibus inquire, sis, in Cod. A. δ. XVI.) non unius adamussim dimensionis. Membranae pingues sunt usu nigrescentes et infectæ maculis. Characteris minuti ratio est bona quidem, sed, uti fit in Codd. musicis, non optimam praebet speciem. At grandiores literae exhibent certe quidem calligraphum sagacem et artis peritum, imo et elegantem præcipue in quibusdam ornamentis aliquorum mensium initio praefixis. In universum calligraphia e schola Cœnobii nostri videtur, uti pleriique huius ordinis Codicum, et aetatem nisi etiam exemplum Joannis Rossanensis attingens.

Collectio magna est canticorum sacrorum, quibus notae Musices *orientalis* perpetuo praesignantur. Titulus recentior praefert *Idiomela*, sed cantus plures diversi generis excipiuntur in praecipuas anni universi festivitates et Sanctorum memorias. Verum initio deest quaternio, quocum desunt etiam cantus a die I ad VIII Septembris mensis, in fine autem plura folia delapsa sunt, deficit enim Codex in die XXIV mensis Julii.

ANIMADVERSIONES

Clar. Jo. Bapt. Pitra Card. in suo op. (*Hymnographie grecque*) pluries cit. *melurgos* nomine dicit sacros vates qui cantica pangerent musices legibus modulanda, ejusque notis consignarent. Cum vero hujusmodi operum Codices multos Bibliotheca Cryptoferratensis possideat, nos in serie ista describendos *melurgicos* diximus, quod nomen

ex analogia extendimus ad cantus musicos etiam profanos sive italicos sive latinos.

Jam vero in hisce libris eos pene omnes notis musicis consignari conspicimus sacros cantus, qui superius in *acoluthiis* notis videndi occurrunt, quorum nomina aliquando pro re nata sumus interpretati. Interea prima se sistunt *Idiomela*. Ita porro appellantur stichéra quaedam, quae pro lubitu hymnographi rhythmicis versibus pluribus vel paucioribus constant, et variis sæpe modulationibus flectuntur, etsi unius ejusdemque toni base quandoque innitantur. Hinc ista cantica *idiomela* dicta sunt, quippe quæ singula singulis fere gaudeant melodiis.

De reliquo si quis Codices hosce inspiciens sibi pernoscere velit, quid illa signa exhibeant, adeat musica opera hoc sæculo edita, præsertim vero gallicum illud L.-A. Bourgault-Ducoudray (*Études sur la musique ecclesiastique grecque:* Paris, librair. Hachette 1877), qui pag. 79 perhibet interpretationem musices Byzantinæ in compendium redactæ a Chrysantho De Madytos: quo in opuscolo notae graecorum musicales exscribuntur, et quid quæque valeant notatur.

CODEX SECUNDUS

E. α. II.

Cod. ms. membran. graecus sæc. XII vel XIII ineuntis, constans foliis 263, longitud. metri 0, 40, latitud. 0, 29. Integer omnino, restitutus enim fuit a Joanne Rhoso Cretensi an. 1494 in hoc Monasterio, quippe qui ad nos iam tum pertinebat, eo porro charactere alias inspecto, latiori forma, nitido, sed sandaracha valde diluta quae rubro colore fieri solent. At character vetustus optimae notae est, et in conficiendis grandioribus literis sane elegantissimus, auro et vario colore expressis. Adsunt etiam ornatus multi, maeandri maxime vividi passim, membranas nitidas decorantes.

Excipit *Idiomela* notis musicis perpetuo praesignata, eademque in praecipuas universi anni festivitates Menologio indictas, quemadmodum in Cod. superiore notatum est.

ANIMADVERSIONES

Placentinius noster in sua *Epitome Græcæ Palaeographiae* excerpsit inde specimina novem pulchriorum literarum (Cap. VIII). Sed ipse haud recte tribuit Codicem omnino Jo. Rhoso; hic enim tantum restituit Cd. folia quidem multa quae aut attritu corrupta erant vel quovis casu elapsa, aut omnino defuerant. Rhosus autem cunctis præcurrere facit tabellam de iis, quæ ipse addere adductus erat, prætexitque titulum: Ταῦτα πάντα ἔλειπαν ἀπὸ τὸ παρὸν βιβλίον (sic): *Haec omnia defecerant ab hoc libro.* Ergo liber vetustior erat, et Rhosus restaurator fuit, non auctor. Imo non longius abirem a sententia periti viri, quem consului, Codicem sæculo fortasse XI amandari posse, quod illi quidem ratio scripturæ adstipulatur, ast equidem saltem plus uno sæculo ante extitisse librum dixerim, quem proinde sæculo XV instaurari necesse foret.

CODEX TERTIUS

E. α. III.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, spissus foliis 57, longit. metri 0, 28, latitud. 0, 21, mutilus initio, fine, nec non suo ordine aliquantum turbatus. In medio vero quatuordecim prope foliorum laciniæ tantum restant. Bono charactere exaratur, quo optimi solent uti illius ætatis calligraphi, quorum peritia in grandioribus literis maxime nitet. Duo folia suffecta sunt ab altera manu.

Excipit liber *Idiomela* notis musicis superinstructa, a Dominica *Sexagesimae* ad matutinum fer. V Hebdomadæ maioris.

CODEX QUARTUS

E. α. IV.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIII, constans foliis 192, long. m. 0, 30, latitud. 0, 21. Integer prope est, et bene adservatus. Charactere quidem cedit Codici proxime superiori, sed literis grandioribus elegantiusculis huic aliquando praecellit.

Complectitur liber *Idiomela* cum notis musicis Festorum anni universi, exceptis proinde feriis conceptivis sollemnioribus. Incipit post ornatum a d. I Septembris, et desinit in XXIX Augusti, in quo suffecta sunt Idiomela in *S. Laurentium*, omissa die proprio.

ANIMADVERSIONES

Non videtur autographa, sed alia posterior manus illa quæ ad calcem fol. 188 subscripsit: (credo sæc. XV vel XVII.) † Ἐγὼ Ἀντώνιος μοναχὸς ·/· διάκονος. † *Ego Antonius monachus ·/· diaconus.* Equidem huius discipulum arbitror extitisse eum qui Cod. sup. latino sermone male utens scribebat: *Diominus magister ieromonachus Antonius meum magister. ego yaconus* (Jacobus ital. *Jacono*) *agenus desipulum tuum crecomandi um Voim.*

CODEX QUINTUS

E. α. V.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIII, constans foliis 206, long. metri 0, 33, latitud. 0, 25, integris fere cunctis. Character quidem

bonus, et grandiores literae ex minio adsunt ornatae. Sexdecim paullo ab initio folia, e palimpsesto unciali columnari, breviora quidem dimensione, sed vetustiora sunt aetate. Cfr. Cod. B. α. LV.

Excipiuntur Codice sane pulchro *Idiomela* cuncta quae Quadragesimae, quaeque Penticostarii tempore dicenda occurrunt, notis musicis omnia instructa.

In solemni matutino feriae VI maioris, praeter cantus musice signatos, habentur *Macarismi* seu Beatitudines, nec non *Triodium* in *Crucifixionem D. N. J. C.* opus inscriptum Cosmae monacho.

In fol. primo, quod compactum est Codici, inspicitur quaedam epistola *De Rufrano*, quae e characteris nota saec. XIV tribuenda esse videtur. Rufranum autem pagus quaedam erat apud Polycastrum in Calabria, marchionatus Abbatis Cryptae ferratae (Conf. cl. Ronsini, Cenni storici sul Comune di Rofrano. *Salerno* 1873).

Ad feriam IV majoris hebdomadae appingitur aliis *idiomelon* musicum, ad cuius marginem inscribitur Κασίας μοναχῆς, *Cassiae monialis.* Incipit: Κύριε ἡ ἐν πολλαῖς ἁμαρτίαις. Sed eidem idiomelo praetexitur Κασσιανῆς μοναχῆς, in *Triodio* Bononiae edito an. 1724, p. 297. At Κασσία legendum est. Vide Cod. r. β. V.

CODEX SEXTUS

E. α. VI.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIII, constans foliis 156, long. metri 0, 22, latitud. fere 0, 16, paullum mutilus initio et fine, et si nonnulla folia excipias, totus est in palimpsesto sacculi X. Character bene compositus, cuius grandiores literae ex rubro elegantiusculae quaedam sunt: at minium prima parte vividum, altera vero permixtum sandarachino colori apparet.

Codex excipit *Idiomela* signis musicis praenotata, eademque in Magnam Quadragesimam, in tempus Paschale seu Penticostarium. Occurrunt etiam alia integra a fer. II Dominicae *Tyrophagi*, usque ad diem SS. Pentecostes.

CODEX SEPTIMUS

E. α. VII.

Cod. ms. membran. graecus saec. X, constans foliis 224, long. m. 0, 19, latit. 0, 15, mutilus initio et fine, et ad angulos marginum

paullum læsus, ac praeterea ex usu maculis infectus. Scripturae autem genus valde simile est illi, quod in Codd. saeculi X labentis conspicimus.

Stichariam inscribitur recentiore quidem sed vetusta manu, et bene, nam *Idiomela* codex excipit notis musicis instructa.

Fol. 177. Idiomela sunt in officiis Sanctorum per anni cursum, quemadmodum alibi vidimus, sed in mutilo cod. incipiunt videri tantum a festo *S. Thomae ap.* die VI Octobris.

Fol. 178. Recurrunt Idiomela in *Magnam Quadragesimam* nempe a feria II hebdmod. primae ad fer. VI hebdomadæ VII, sed pauciora sunt, quam in aliis Codd.

Fol. 188. v. Τὰ Εωθινὰ (evangelia) veniunt, tum idiomela *anatolica* et alia idiomela ex *Anastasimo* et ex ferialibus officiis per octo tonos.

Fol. 216. *Idiomela* in festum *S. Jo. Theologi* d. XXVI Septem.

Fol. 218. Ad finem libri Idiomela in festum *Paschatis* et in *Gonyclisiam*, pervigil. S. Pentecostes. Appinguntur Idiomela in *S. Nicephorum M.* d. IV Februarii, tum demum serioris calligraphi deteriore stylo aliquot dantur Idiomela, quae in pagella extrema attritu legi non sinunt.

CODEX OCTAVUS

E. α. VIII.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII vel XIV, constans foliis 154, longitud. metri 0, 17, et latitud. 0, 13, mutilus initio et fine, folia priora lacera, extrema vero ad oras mutilata, pleraque passim inæqualia, consumpta et nigrescentia, eo quod sunt cuncta e palimpsestis saec. X, et infra. Character neglectior est, atramento dumtaxat efficctus. Habet nihilominus Codex plura Idiomela Quadragesimae et Penticostarii. Illa primo apparent a feriis hebdomadae *Tyrophagi*, hæc desinunt in Domin. *Mulieris Samaritanae.*

ANIMADVERSIONES

Duo præcipui generis palimpsesta complectitur liber, qui a fol. 1 ad fol. 100 habet palimpsestum sacrum, fronte inscriptum: *Penticostarium*, a folio vero 100 usque ad finem constat syngraphis, vulgo *instrumenti*, conscriptis sæc. XII; alia enim (fol. 154) exhibet an. ,ςχνη', 6658 a Ch. n. (1150), alia vero (fol. 148) an. ,ςχξδ', 6664 (a Ch. n. 1156). *Penticostarium* autem ab ea aetate non procul abest, charactere vero vel magis, rotundior enim est, quam qui in illis chartis magis projectus ac sæpe neglectus habetur.

Postremo scriptoris codicis nomen, forte injuria temporis librum pessumdantis, amisimus; sed tamen ad calcem fol. 113 ita scriptor clamat ad Dominum: Σῶτερ, προηγοῦ δακτυλικῶν μου πόνων. *Salvator, praeveni digitorum laboribus meorum.*

CODEX NONUS

E. α. IX.

Cod. ms. bombycino-membran. graec. saec. XII, spissus fol. 130, longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 20, initio mutilus sed ad oras misere corrosus muribus. Singulare est huius Codicis, quod quammulti quaterniones constent duobus membranis et totidem intus complicatis bombycinis. Minuto et pulchello exaratur charactere; quae vero rubra esse oportent, sandarachae dantur.

Excipit Idiomela in festa *Sanctorum* per annum universum, signis musices cuncta praenotata. Cod. Incipit a die XXV Novembris, et quaedam in Julio mense recentiore manu suffecta sunt, uti videtur, duobus infrà saeculis.

ANIMADVERSIONES

Calligraphus absolvit opus hoc versiculo: Τέλος σὺν θεῷ τούτου μηνολογίου. *Finis huius Menologii auspice Deo.* Menologium autem sic subsequenti versu desinit: Τέρμα τῶν μηνῶν τρεῖς τετράδος ἐνταῦθα. *Hic finis tertii quaternarii mensium.* De se autem concludit: † Ἐγράφη χειρὶ Ἰσαχίου ἁμαρτωλοῦ· καὶ ἐντελοῦς μοναχοῦ ἐν ἔτει ,ςχπη'. *Scriptus est manu Isaachii peccatoris et inutilis monachi anno* 6688 (1180): qui forte idem est atque ille qui extitit abbas Monasterii nostri primis annis sæculi posterioris. (Vedi PROLEGOMENIS). Ex data epocha primus Codex hic apparet ex foliis bombycinis; et merito is esset, quippe qui transitum a pellibus ad gossypium indicans, ex utroque componitur. Sed tamen vide, sis, quæ diximus in Cod. B. α. II.

CODEX DECIMUS

E. α. X.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIII, spissus foliis 53, longit. metri plus 0, 19, latitudinis 0, 14. Membranae rudes et pingues ex Codd. saec. X decerptae, ad marginem parum æquae, neque diligenter exscriptae. At calligraphi boni peritia apparet in grandioribus literis minio pictis, aliquot etiam flavo colore suffusis, quae scribendi rationem Rossanensis praeferunt, uti Cod. E. α. I. et alii.

Idiomela notis musicis signata in officiis dominicalibus per octo tonos. Carent initium et quaedam media. Desinenti vero, serius appactum est Idiomelon in *S. Nicolaum ep.*

CODEX DECIMUS PRIMUS

E. α. XI.

Cod. ms. membran. græc. sæc. XII ineuntis, constans foliis 20, longitud. metri 0, 28, latitud. 0, 20, initio et fine suo gaudet, dum ne forte desit aliquid medium. Lacerus ad oras, restitutus fuit agglutinatis membranulis. Bono calligrapho exaratur, qui elegantia quadam uti nititur in pingendis literulis maioribus.

Stichéra sunt signis musicis cuncta notata, nempe primum *dominicalia* ad Vesperas, deinde ἀναβαθμοὶ seu *cantus graduales* in Matutinis, juxta octo musicæ tonos, nec non idiomela *matutinália* (ἑωθινὰ) undecim.

Fol. 22. *Idiomela* quædam in fer. VI hebdom. maioris, quæ subsequuntur Lectiones ex Prophetis, ex *Apostolo* (seu epistolis b. Pauli) et Evangelio ad horas maiores illius feriae.

Postremo absolvitur liber nonnullis aliis cantibus item musicas notas præferentibus.

ANIMADVERSIONES

Prope Codicis finem appingitur subscriptio: Μηνὶ νοεμβρίῳ εἰς τὴν ια' τοῦ ἁγίου καὶ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Μαρτίνου ἐγράφη . . . . . ἔτους ,ϛχκα'. *Mensis Novembris die XI Sancti Patris Nostri Martini scriptus est . . . . . anno* 6621 (1113). Abscissio pagellæ abripuit forte nomen calligraphi, quem ex charactere aut ipsum Euthymium Messanensem (Cfr. Cod. Δ. β. X), aut saltem eiusdem monasticæ scholæ esse facile putem. Nota insuper illud τοῦ ἁγίου καὶ ὁσίου, quod latine reddi difficile potest, et una voce «*sancti*» interpretati sumus; etsi revera, vocabulo quidem ἁγίου Martinus *episcopus*, altero autem ὁσίου, *monachus* etiam indigitatur.

CODEX DECIMUS SECUNDUS

E. α. XII.

Fragmenta membran. Codd. quos sæc. plus minus XIV monachi Cryptenses in choralis cantus usum sibi exscripserunt. Folia sunt undecim longitud. fere m. 0, 18, latitud. 0, 16, eademque palimpsesta, duobus exceptis paullo grandioribus primo exaratis, quibus inest unum vel alterum idiomelon dominicale in Matutinis. Septem alia folia habent *Idiomela* idem dominicalia ad Vesperas, duo tandem postrema excipiunt quaedam *Contacia* Sanctorum. Quidquid autem in iis omnibus continetur, signis musicis notatur, quo factum est, uti hac in serie recenserentur.

CODEX DECIMUS TERTIUS

E. α. XIII.

Cod. ms, membran. græcus sæc. XIII vel XIV, spissus foliis 168. Porro iste Codex est, quem sub literis B. α. XXI ob praeclarissimum *Palimpsestum* supra citavimus inter *sermones SS. Patrum*. Quod ad rem in praesens attinet, Codex est musicus, Καθίσματα ἀναστάσιμα, scilicet *Cathismata ex officiis Dominicalibus* excipiens, cuncta notis ad cantum praefixis instructa. A folio 1 usque ad fol. 166 palimpsesti conscribitur codex, qui quidem bina ultra folia progreditur. De charactere nil digni meminero, nisi quod amplissimus est sed neglectior.

CODEX DECIMUS QUARTUS

E. α. XIV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, continens folia 40, longitud. metri 0, 28, latitud. 0, 20, composito ac nitido charactere, neque sine elegantia exaratus, praesertim quoad grandiores literas quæ, ingeniose sandarachino colore lineolis contextae fiunt.

Numeris marginalibus signatus videtur codex iampridem, cum adhuc saltem integrior esset. Quot igitur folia initio et medio desint, erues inde quod signatura apparet a num. 104 et continuatur ad num. 126, post quam notam signatur num. 216 et continua series desinit cum Cod. in num 237.

Idiomela sunt musices signis superadnotata. Ea quidem prostant in Cod. admodum mutilato a festo *S. Heliæ proph.* d. XX m. Julii, et procedunt usque ad d. XXXI Augusti in *Translationem Cincturæ Deiparæ*. Quaedam hîc, quae deerant, suffecta sunt breviore folio chartaceo, uno exscripto *idiomelo* sine notis. Tum veniunt *Idiomela* in magnam Quadragesimam, quae post alia subsequuntur a fol. 37 v. usque ad libri finem.

Postremo foliis 24 et 37 interiacent *idiomela* ex dominicalibus Officiis in *Resurrectionem*.

CODEX DECIMUS QUINTUS

E. β. I.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIV ineuntis, constans membranis scriptis 197, quibus aliquot bombycina inserta sunt, longitud.

metri 0, 17, latitud. 0, 13 et amplius. Initio quaternio, seu 8 folia, desunt. Character ducitur tantum atramento, qui grandiores nonnullas quidem habet literas eleganter effictas. In eo insunt *Contacia* per multas anni festivitates.

Fol. 135. *Hypacoae,* seu cathismata dominicalia, notis musicis praesignatæ.

Fol. 149. *Procimena* et *Allelujaria* item cum signis musices in ferias hebdomadae singulas. Ita porro dicuntur psalmorum versiculi *ante* et *post* Epistolam Missarum.

ANIMADVERSIONES

In fol. extremo exscriptionis fragmentum habet: Ἐγράφη τὸ παρὸν διὰ χειρὸς Νίφωνος ἱερομονάχου . . . . . *Scriptus est hic liber manu Niphonis hieromonachi* . . . . . Veniunt aliae literæ, sed legi non sinunt, quin et culter alias abscidit ad oras pagellæ. Nostri hunc existimant Niphonem monasterii abbatem, de quo plura egimus in PROLEGOMENIS.

Quod de vocibus *Contacio* et Οἶκος dici restat, *Contacium* est breve canticum in laudem Sancti, cuius officium sacrum persolvitur, quod continuo subnectitur Odæ VI *Canonis*. Œcus vero, seu *domus* qui semper *Contacio* affigitur, est prolixius canticum, interdum pluribus confectum modulis iisdemque acrostichis, ubi sæpe paullo effusior actorum Sancti notitia præbetur: italice referes vocabulo *stanza*, quæ strophes genus est in poësi rhythmica (Symeon Thessalon. De *sacra precatione* cap. 312. Sciommari, Vita di S. Bartol. p. XX).

CODEX DECIMUS SEXTUS

E. β. II.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIV, spissus foliis 107, long. metri 0, 13, latitud. fere 0, 11, initio et fine mutilus. Membranae fuscae, maculatae et corrosae. Pagina prima attritu deleta fuit. Scriptura superiacet alteri vetustiori, sed versibus spissis et literis minutissimis exaratae. Ibidem exscriptae videntur res liturgicae seu Epistolae et Evangelia in Missis.

Excipiuntur Contacia et *Allelujaria* notis musicis non bene exarata, uti in Cod. superiore, nisi quod haec altera, non prouti pro diebus incidunt, sed divisa et in suos tonos distributa sunt: quamobrem hac methodo peculiari Codex hic illi praestat.

CODEX DECIMUS SEPTIMUS

E. β. III.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 79, long. metri 0, 23, latitud. 0, 17. Rubra omnia sandarachino colore exarantur, grandioresque literae quadam elegantia pollent.

Contacia musica per praecipuas anni festivitates exscribuntur, sed mutilo Codice, incipiunt ab *Oeco* in *Tres pueros*, d. XVII Decembris, atque etiam Dominico die (Vid. fol. 26 Cod. E. β. I) ante Christi Nativitatem, et desinunt in festum *Cinturae marianae*, d. XXXI Augusti, paucis abreptis foliis.

Sed interea inseruntur hîc et in superior. Codd. contacia quaedam in festa *quadragesimalia* et *paschalia*.

CODEX DECIMUS OCTAVUS

E. β. IV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis 124, longitud. metri 0, 18, latitud. 0, 13, utraque cum dimidio, mutilus initio et fine. Scripturae typus oblongus sed pulchre compositus sandaracha abundat, et flavo colore etiam literae quaedam suffunduntur.

Contacia excipiuntur et Oeci, sed sine notis musicis, in Menologii memorias Sanctorum. Occurrunt nunc ab Oeco in *S. Eustathium*, die XXI Septembris, ad Contacium *S. Symeonis Stylitae junioris*, die XXIII mensis Maii.

CODEX DECIMUS NONUS

E. β. V.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIV, spissus fol. 121, longit. metri fere 0, 19, latitud. metri 0, 14, in *palimpsesto*, quem supra descripsimus in Cod. Δ. γ. XXXVIII. Hymnorum complectitur Contacia notis musicis praesignata in praecipuas Sanctorum iuxta Menologium festivitates, a d. XIV Septembris in *Exaltationem Crucis* ad Contacium in *Ascensionem D. N. J. C.* quod Contacium cum aliis in conceptivas ante solemnitates continuo subnectitur mensi Martio, mutilus enim est Codex initio et fine.

CODEX VIGESIMUS

E. β. VI.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis 180, long. metri 0, 15, latitud. 0, 11, deest fine et aliquot iam in medio exce-

ptis, bono charactere exscriptus et rectis lineis. Sandaracha confecta sunt, quae rubre alibi exarari solent, et multa habentur superaddita pulchro *palimpsesto* saeculi X.

Fol. 1. *Exapostilaria*, quibus hic initio profertur titulus ex ornatu sandarachino praenexo: Σὺν θεῷ ἐξαποστειλάρια καθημερινὰ μετὰ τῶν θεοτοκίων ὅλου ἐνιαυτοῦ. *Auspice Deo, exapostilaria quotidiana cum theotociis in annum universum.* Et reapse a I. die Septembris ad XXXI Augusti cuncta exscribuntur, nisi quod nonnulla desiderantur.

Fol. 165. Exapostilaria in Quadragesimam et tempus paschale usque ad *Dominicam omnium Sanctorum.*

Fol. 179. Stichéra syntoma in praecipuas anni ecclesiastici festivitates. Sed adsunt tantum in festum sacrae Indictionis (die I Septembris) et *Nativitatis Deip.* et deficit Codex.

ANIMADVERSIONES

Ἐξαποστειλάριον, *exapostilarion*, seu *dimissorium* ab ἐξαποστέλλω *dimitto*, est moduli speciale genus in Græcorum Officiis, quod subnectitur fini Matutini, *Canonem* inter et *Laudes*, eo quod post illum hymnum *dimittebatur* chorus (Cfr. Symeon Thessalon. *De sacra Precatione* cap. 813); itaque *Laudes* serius dicebantur sub ortum solis.

CODEX VIGESIMUS PRIMUS

E. β. VII.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIII, constans foliis 180, long. metri 0, 30, latitud. 0, 22. Est totus *palimpsestus*, exhibens prima manu unciali charactere exaratas res tum biblicas tum patristicas, de quibus singillatim egimus in Codd. A. γ. XV et B. α. LV. Est mutilus ac suo ordine parum turbatus.

Liber Contaciorum est, cui sub parva cruce et rudi ornatu, quae recentiora videntur, titulus inest: Ψαλτικὸν σὺν θεῷ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὅλου· ποίημα Ρωμανοῦ τοῦ μελῳδοῦ· *Psalticum* (liber cantus), *Deo auspice, pro anno universo*: *opus Romani melodi.* Porro incipit a Cont. in *S. Symeonem*, d. I. Sept. Τὰ ἄνω ζητῶν, et inde pergitur per Contacia et Oecos (qui œci unus vel plures subnectuntur) musicis notis omnes inscriptos, tam pro festis Sanctorum, quam pro sollemnitatibus Domini in Paschate et Quadragesima. His porro adduntur Contacia et Oeci in *Deiparam*, plures pro *Encœniis* ecclesiae nostræ Marianæ, Προσασία τῶν χριστιανῶν, nec non in *S. Nilum* d. XXVI Sept. Τὰ ἄνω ζητῶν, τῶν κάτω καταφρονήσας, et in *S. Barptolomaeum* Φαεινὸς ὡς ἥλιος, d. XI Nov.

Post haec omnia Contacia veniunt *hypacoœ* seu cathismata in *Christi Resurrectionem* pro Dominicis, notis item musicis consignatæ.

Postremo psalmorum versiculi, quos pro multis sacris Liturgiis ante vel post Epistolam cani mos erat ad certas notarum leges, ἀλληλουιάρια, scilicet nuncupati, eo quod illis vox ἀλληλούϊα inseri suffigique solet. Vide Codd. E. β. I, Γ. γ. I.

ANIMADVERSIONES

Liber hic attingit nimirum ætatem Joan. Rossanensis, qui scribens an. 1214 et 1230, (Vid. PROLEGOM.) pro suo Cod. Γ. β. XIII usus est iisdem vetustis pergamenis decerptis ex illo Cod. *patristico* perinsigni, nunc signat. B. α. LV. Sed tamen alter librum hunc conscripsit, calligraphus adhuc ignotus, cui socius in huiusmodi labore videtur mihi *Methodius*, scriptor Cod. Γ. γ. III, quem vide, sis, aliique præterea scriptores *psalticorum* plurium sæc. XIII et XIV, quibus plerasque scripturas musicales acceptas referre debemus.

Quod vero ad integritatem Cod. attinet, vel ad illum pertinent folia septem, compacta, hinc quatuor, atque inde tria, Cod. biblico A. β. XI, quemadmodum ibidem animadvertimus, quæ excipiunt idiomela quadragesimalia notis musicis superinscripta: vel certe quidem pars olim erant alterius libri, quem idem profecto vetustus calligraphus exarasset.

CODEX VIGESIMUS SECUNDUS

E. β. VIII.

Cod. ms. chartac. graecus saec. XVIII, habens folia 16, latit. metri 0, 29, longitud. 0, 20, altior enim existit quam longior, exaratus a THOMA GATTA ab. Cryptoferratensi.

Insunt in eo quaedam Cantica graeca, græce vel latine scripta, quin etiam aliquot latina, omnia vero notis latinae musices signata in usum Vesperarum et S. Liturgiæ.

CODEX VIGESIMUS TERTIUS

E. β. IX.

Cod. ms. chart. saec. XVIII exeuntis, constans foliis 49, longit. metri 0, 22, latitud. 0, 30, cui titulus inest italicus: « *Messa greca posta in musica sotto gli auspicj del Rmo. P. D. Gregorio Pieraggi abate di governo in Grottaferrata, nell' anno* 1791.» At sacræ preces Liturgiae latinis exscriptae sunt literis, pronunciationis græcæ legibus servatis, et notis item musices *occidentalis* signantur. Deest scriptoris musici nomen.

CODEX VIGESIMUS QUARTUS

E. β. X.

Cod. ms. chartac. saec. XVII, spissus foliis scriptis 242, longit. metri 0, 29, altitud. 0, 10. Opus musicum est, conscriptum a quodam Augustino Dante, complectens cantiunculas amatorias, quas omnes ipse exscripsit, sed non omnes, uti arbitror, idem compegit, vel musicis numeris dedit, quas enim composuit, literis A. D. initialibus nominis sui distinguit.

Quibusdam vero diem etiam mensis, quo illas composuerat, appinxit, scilicet: *Nonam, 10am, 11am, aut 15am... Januarii anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi secundi.* etc.

Folio vero primo titulum praefixit: « *Libro di Villanelle a voce sola, a due e a tre, ad usum Augustini Dantis 1656.* » et prima ex illis odis incipit: « *Son molti anni ch' io vi adoro.* »

CODEX VIGESIMUS QUINTUS

E. β. XI.

Cod. ms. chartac. saec. XVII, constans foliis 213, longitud. m. 0, 28. altitud. 0, 10, complectens cantiunculas eroticas musicis notis ad cantum instructas, auctore vel saltem scriptore eodem, quem in Cod. superiore dixi. Quaedam grandiores literae sunt affabre atramento elaboratae. Prima ex odis incipit: « *Io piangea presso d'un rivo.* »

CODEX VIGESIMUS SEXTUS

E. β. XII.

Cod. ms. chart. saec. XVII, excipiens folia 201, altitud. metri 0, 10, longitud. 0, 28, qui est opus musicum eiusdem generis et auctoris quem supra memoravi, elucubratum anno 1657.

Huic volumini adiacet tabula alphabetica cantionum per initialia cuiusque verba. Si quae autem suae sunt, capitalibus literis proprii nominis subnotat, in hoc autem libro omnino decem. Jam vero ex hoc incipit Codex « *Già che del giorno ardente.* »

CODEX VIGESIMUS SEPTIMUS

E. β. XIII.

Cod. ms. chart. saec. XVII, constans foliis 197, altis quidem m. 0, 10, long. 0, 28, exscriptus ab Augustino Dante musicæ scriptore, qui hoc item in libro ut in superioribus cantiunculas amatorias exscripsit, quas musicis notis numerisque tradidit, an. M. DC. LXIV.

Temporis iniuria elapsa est maxima pars Indicis odarum et postrema sat parva tantum superest. Prima omnium incipit: «*Mancavano tormenti.*»

CODEX VIGESIMUS OCTAVUS

E. β. XIV.

Cod. ms. chartac. saec. XVII, constans foliis 171, altitud. metri 0, 10, longit. metri 0, 275.

Sylloge cantionum cum notis musicis, auctore Augustino Dante, qui volumen hoc duos in libros distribuit. Priori qui habet folia 73, titulum praetexuit: «*Libro di Villanelle a 3 cori*» et indicem appinxit ordine tantum progrediente, sacris a prophanis divisis, alterum vero librum orditur hac ode: «*Presto, presto,*» itemque suo indice instruxit.

CODEX VIGESIMUS NONUS

E. β. XV.

Cod. ms. chart. saec. XVII, constans foliis scriptis 160, altitud. metri 0, 9, longitud. 0, 27, in quo habentur cantiunculae quaedam vulgares exscriptae ab eodem Musico, cuius etiam ingenio aliquot depromptae sunt, quarum quae vetustior exscribitur, anno datur 1648.

Libro incipienti duo elapsa sunt folia, desinenti vero scriptor ipse tabulam cantuum adiunxit alphabetico ordine digestam, quorum tres notantur nomine ipsius scriptoris.

Abest ab Indice hic unus sacer cantus (fol. 111-113): «*O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor similis, sicut dolor meus: dum natum video tam terribili plaga percussum, dum sponsum video exanimem, decoloratum, proprio sanguine cruentum, et ferae pessimae dentibus dilaniatum*».

CODEX TRIGESIMUS

E. β. XVI.

Fragmenta duo membranacea longitud. metri 0, 29, et latitudinis 0, 21, ex chartis musices item *occidentalis* saec. XIV vel XV.

Lineae notarum *quinae* rubro colore ductae, notae vero atramento signatae. Versus textui musicali inserti alii *gallici* vel *provinciales*, alii contra *italici*; et illi quidem ex abscissis membranis pessum iverunt, hi saltem fragmenta nobis sua reliquere, charactere bono omnes exarati, et ad praecipua sententiarum capita initialibus vel caeruleis vel rubris insigniti.

CODEX TRIGESIMUS PRIMUS

E. β. XVII.

Cod. ms. chartac. graecus. saec. XVIII, constans foliis 12, long. metri 0, 24, latitud. 0, 18, exaratus a D. Placido Schiappacasse, calligrapho optimo. In notis latinae musices consignantur græcae Liturgiæ quaedam cantica, uti ex. gr. *Trishagium*, hymnus *Cherubicus*, demum et symbolum *Credo*, quae cantanda olim erant in Missarum sollemniis.

Subnectuntur idiomelon in *Deip. Nativit.* Η παγκόσμιος χαρὰ, nec non canticum Μεγαλύνει, *magnificat*.

CODEX TRIGESIMUS SECUNDUS

E. β. XVIII.

Palimpsestum latinum e septem foliis Cod. graeci B. β. X, quibus excipitur fragmentum liturgicum Latini ritus. Non eodem ordine scripta sunt, et habentur etiam quaedam notis musicis consignata ex. gr. « *Cum inducerent puerum hiesum parentes, et ut accepit eum Symeon in ulnas suas et benedixit deum: Nunc dimittis domine servum tuum in pace. Magnificavi et vidi. Et spiritu veni ad templum sanctum tuum...* » Et alibi: « *Senex puerum portabat, puer autem senem regebat: quem accipiens Symeon puerum in manibus gratias agens benedixit dominum.* » Et mox sine notis continuo sequitur. « *Exultent pueri: communicent*

innocentes puero. Ipse vero integritatem puerorum consecravit, qui suæ matris fecunditatem occulit, sed virg. mariam.... »

Quae porro ad notas sunt canenda, parvulo charactere exarantur, quae contra absque illis, grandiori: scriptura vero huiusmodi est, quæ ad saec. XIII vel antea pertinere videatur.

CODEX TRIGESIMUS TERTIUS

E. β. XIX.

Cod. ms. graecus saec. XVIII, habens folia duodecim longit. m. 0, 24, latitud. 0, 18 scriptus musicis notis, uti videtur, a D. Placido Schiappacasse, excipiens quosdam cantus in S. Liturgiam, in Matutinum et Vesperas.

Accedunt fini recentiora latina opera item musica, hymnus in S. *Nilum ab.* inc. « *Fulget serena gaudio,* » et alius in S. *Barptolomæum ab.* incip. « *Plaudunt beati Cœlites,* » quos quidem primo composuit Antonius hierom. musicis vero numeris instruxit Antonius Vergelli, magister phonascus apud Collegium Canonicorum Marenensium, an. 1870.

CODEX TRIGESIMUS QUARTUS

E. γ. I.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIV vel XV, de quo elucidationem contexui sub Cod. sign. B. β. VII.

Collectio est modulorum eius generis, quæ Σύντομα, *syntoma,* sive *idiomela concisa* appellantur, eademque crebro occurrunt in festis cunctis solemnioribus.

At in mutilo codice incipiunt tantum a die XIII Septembris in festum *Dedicationis templi Anastasiani* Jerosolymis. Quamplurima et in plures Sanctos referuntur, ita ut sit dignissima sylloge, quae consulatur, tum Menologii causa, tum praesertim ob sacram hymnologiam.

In fine autem Codicis recurrit canon seu hymnus in S. *Michaëlem archangelum*, opus Josephi hymnogr. Αὐλῶν ἀγγέλων. At cum syntomis *paracleticis* quatuor explicit hic inter plures sane praestantissimus Codex.

CODEX TRIGESIMUS QUINTUS

E. γ. II.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis 332, longitud. metri 0, 24, latitud. 0, 15, optime asservatus, pergamena alba ligatus, frontem auro ornatus et integer. Membranae candidae, bonus character, qui tametsi semper nitidissimus sit, elegantia tamen praestat scriptura, literis etiam minio exaratis. Ornatus vero ex mæandris rubris prae singulis rerum potioribus capitibus texuntur.

Folii primi versi fastigium ornamento datur parallelogrammatico ex ovolis sandarachinis, medius quorum inest rei titulus hisce verbis: Ἀρχὴ τοῦ Εἱρμολογίου. *Initium Hirmologii.*

Porro *Hirmologii* nomine indigitatur collectio modulornm, quorum instar Græci modulantur cantus ecclesiasticos, praesertim hymnos.

Hi autem moduli seu *hirmi* per octo tonos ordine digeruntur; singulis vero ordinibus jambi aliquot præsunt, et *hirmi* eruti sunt omnes ex hymnis vetustiorum praeclarorumque hymnographorum, nempe Andreæ Cretensis, Cosmæ, Joannis Damasceni, et Stephani, sororis filii, Germani patriarchae, Theodori Studitae, Cyfriani monachi, Georgii, Heliæ patr. nec non cuiusdam Κοιάστορος seu Quæstoris, cuius hymnus est in *Dom. Palmorum* incip. Νεῦσον πρὸς ἡμᾶς.

Post *hirmos* hymnorum veniunt Εἱρμοὶ τῶν μακαρισμῶν, nempe *Hirmi macarismorum*, iidemque octo distincti tonis, qui absolvuntur quinque prope paginis.

Tum postea adest supplementum aliorum *hirmorum*, quod deficit in tonum tertium, et opus universum explicit cum *hirmis* aliquot hymnorum in quosdam Sanctos.

ANIMADVERSIONES

Nomen, genus, dignitas et ætas scriptoris circumplextuntur hac epigraphe: Ετελειώθη τὸ παρὸν εἱρμολόγιον διὰ χειρὸς ἐμοῦ Θεοφυλάκτου ἀναγνώστου ὁ τοῦ Εὐτυχίου· καὶ εἴ μέλλον(τες) ψάλλειν τοῦτο, εὔχεσθε ἡμῖν διὰ τὸν κύριον, κἄν (sic) ἄρα καὶ ἔλαθεν ἡμῖν. Μηνὶ αὐγούστῳ ἰνδικτιῶνι θ' ἔτους ,ϛψπθ'. *Absolutum est hoc Hirmologium manu mea Theophylacti lectoris Eutychii filii. Qui hoc psalletis, precamini pro nobis ad Dominum* (ignoscentes), *si quid nos fortasse latuit. Mense Augusto, indictione IX, an. sexiesmillesimo septingentesimo octogesimo nono*, (qui respondet an. post Chr. natum millesimo ducentesimo octogesimo primo).

Duo in penultimo fol. verso monocondylia habentur huius ubique vocis ἱερομόναχος, subter quae scribuntur: Καὶ τοῦτο· κτίμα (sic) τυγχάνη τοῦ ἱερομονάχου καὶ ἐλαχίστου Ναθαναήλ. *Et hoc pertinet ad Nathanaëlem minimum monachum et sacerdotem.*

Ultimum vero folium in pagella prima habet ita scriptum: Οἱ πατέρες μέμνησθε τοῦ Αμασείας. *Patres mementote Amaseae* (vel Amasei). Hæc omnia quæ supra, eiusdem sunt manus ipsius Nathanaëlis. At mox infra recentior manus novo monocondylio scribit jambicum:

Οποῖον ἄνδρα γῆ καλύπτει καὶ λίθος.
Hunc virum terra tegit et lapis.

Codicem hunc vere præclarum plures docti homines invisere, scilicet Emus Pitra Jo. Baptista, vir studiorum græci ritus ætate nostra facile princeps, Joannes Tzetzes auctor clarissimus, quem nos alias honoris causa nominavimus, et ante hos Gregorius Placentinius noster, qui huius Codicis et in sua Epitome græca Palaeographiae mentionem facit (pag. 61), cuius et descriptio accuratissima exhibetur in nostris MSS. ex qua nos quoque aliquid mutuati sumus.

CODEX TRIGESIMUS SEXTUS

E. γ, III.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 308, long. metri 0, 19, latitud. 0, 14 cum dimidio, parum initio et fine mutilus, optimo charactere, nempe composito et nitido exscriptus, bene eleganterque ductis plumbo lineis (Cfr. Cod. Δ. β. VII). Rubrum non exstat nisi ex sandaracha, qua et ornatus passim contexuntur aliis alternata coloribus.

Hirmologion est ea plus minusve ratione, si tantum jambos excipias, qua proxime praecedens praestare, videmus, exhibens hymnos modularios plures per singulos octo tonos, notis musicis perpetuo instructos.

Adduntur moduli in *Macarismos*, quos postremo sequuntur stichéra *dogmatica*, item musicae data, in *Deiparam*, opus Damasceni.

CODEX TRIGESIMUS SEPTIMUS

E. γ. IV.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII, constans foliis scriptis 173, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13, soluto charactere, quamvis non imprimis nitido, at non sine diligentia exaratus, et iuvenilem calligraphorum aetatem praeseferens, uti patet ex praefixo versiculo; plures enim sunt: Εκ στόματος νηπίων κατηρτίσω αἶνον. *Ex ore infantium perfecisti laudem.*

Habet *Hirmolarion*, perinde ac *hirmologium*, sed aliquanto compendiosius, quod erutum ac transcriptum videtur ex Cod. E. γ. II, singulis enim tonis subnectitur carmen illud iambicum, quod supra dixi in Cod. E. γ. III.

ANIMADVERSIONES

Libro desinenti subscribitur: Ετελειώθη τὸ παρὸν εἱρμολόγιον διὰ χειρῶν τῶν νεομονάχων Βασιλείου, Βενεδίκτου, Θεοδώρου καὶ Κυρ. (Κυριακοῦ) τῇ κυριακῇ τῶν ἁγίων πάντων ἐν ἔτει τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ ,αψλδ', ἡγουμενεύοντος τοῦ τιμιωτάτου πατρὸς ἡμῶν Βαρθολομαι-

συ Οὐλπρίχου. *Absolutum est hoc Hirmologium manibus neomonachorum* (qui tyrocinium monasticae vitae agebant) *Basilii, Benedicti, Theodori et Cyriaci, Dominica omnium Sanctorum, anno Christi* 1734, *antistite Monasterii Rmo P. N. Barptolomæo Ulerico.*

Coniicio autem et agnosco monachos scilicet Basilium Cardoni, virum postea clarissimum opere suo De Tusculano M. Tullii, edito anno 1757, Benedictum Monaldini cuius jam mentionem feci in eius Cod. Δ. α. LXVIII, Theodorum Placentinium virtute, cuius odor adhuc suave fragrat, praestantissimum, qui et epigraphem, uti videtur, conscripsit, Cyriacum seu potius Dominicum Mancinelli, quem virum eruditum πολυμαθῆ ipse Monaldinius aliquando vocat quodam in loco sui Cod. B. δ. V.

CODEX TRIGESIMUS OCTAVUS

E. γ. V.

Cod. ms. membran. graec. saec. X vel XI ineuntis, constans foliis longitud. 0, 15, latitud. 0, 11, vacat fine et duobus tribusve infra quaternionibus, praeterea nonnulla folia animalculis corrosa existunt. Minuto, pulchro, elegantique, quantum ferret aetas, charactere exaratus: grandiores literae lineis plures effictae viridi colore, quandoque rubro etiam suffusae sunt. Maeandri quoque, ornamenti caussa, et crucicolae praetexuntur praecipuis rerum capitibus. Titulus initio est: Εἱρμολόγιον σὺν θεῷ τῆς ὀκτοήχου. *Hirmologium, Deo auspice, in octoëchum*: scilicet *hirmorum* collectio qui per singulos octo tonos ad canendos hymnos digesti et exscripti sunt sed notis musicis, minime praesignati.

CODEX TRIGESIMUS NONUS

E. γ. VI.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XIX ineuntis, constans foliis scriptis 93, long. metri 0, 22, latit. 0, 17. bona nitidaque calligraphia, non adeo tamen correcta, exaratus a D. Fulgentio Austini anno 1804. Grandiores quaeque literae typis ex auricalcho minio colorantur.

Praeiacet titulus: Εἱρμολάριον σὺν θεῷ ἁγίῳ. *Hirmolarium, Deo auspice sancto.* Parva *hirmorum* sylloge est ad singulas odas singulis hymnis per octo tonos adfixa, ea propemodum ratione qua resultat codex huius generis supra relatus.

CODEX QUADRAGESIMUS

E. γ. VII.

Cod. ms. chartac. græc. saec. XVII, spissus foliis 73, longitud. metri 0, 21, latitud. plus 0, 13 exaratus, uti scribendi ratio praemon-

strat, a D. Michaële Lodolino, quem auctorem notavimus aliorum ea aetate scriptorum. Voluit autem ornatum esse Codicem nonnullis passim maeandris rubro colore adhibito, quo et utitur in literis quibusque maioribus. Desunt media quaedam. *Hirmolarii* est compendium, prouti codex proxime superior exhibet.

Fol. 59 habentur *hirmi* in *Macarismos*, quos in huiusmodi aliis scriptis habemus, sed heic certe plures.

Fol. 60. Officium Completorii *parvi*, quo tamen ritu illud persolvi per id temporis solebat tempore Quadragesimali. Cfr. Cod. Γ. α. III etc.

Fol. 63. Completorium *magnum* ea ferme ratione, qua idem in editis Horologiis modo prostat, at nunc media quaedam desiderantur usu elapsa.

CODEX QUADRAGESIMUS PRIMUS

E. γ. VIII.

Codex ms. chartac. graec. saec. XIX, constans foliis scriptis 15, longitud. metri fere 0, 20, latitud. 0, 14, exaratus atramento et minio, charactere non multum absimili ab *Austiniano* in illis Codd. sane plurimis perspecto. Scriptura aliena proprium scriptorem prodit: Αθανάσιος μοναχὸς ἔγραψε, *Athanasius monachus scripsit*, cui agnomen erat Accorimboni. Ceterum de eo cfr. *Prolegomena*. Libellus *hirmos* excipit tantum eos qui quadam inflexione gaudent.

CODEX QUADRAGESIMUS SECUNDUS

E. γ. IX.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII vel XIV, constans foliis 73, longitud. metri fere 0, 12, latitud. 0, 9, mutilus initio et fine, cui praeterea multa intra desunt. Membranae insuper hudore et attritu nigrae et consumptae, utpote quae sunt ex palimpsestis variis saec. X, et ordine etiam turbatae Συμμικτα ἱερὰ dices, sed quidquid rhythmorum est, notis musicis supra signatur. Difficile inspicies quinem cantus primis foliis laceris et male scriptis (interceptis etiam propter musicen syllabis verborum) capiantur.

Fol. 3. v. Legitur Καλοφωνικὸν εἰς τὸν ἁγ. μαρτ. Δημήτριον. *Calophonicum in S. Demetrium M.* Καλοφωνικὸν est stichérum (μετὰ θέσεων

ἀρμοδίων) ad musicis notis modulandum. Hoc sacrae musicae genus et alia multa vide relata ex JOAN. TZETZE in Cod. Γ. γ. II. et VII.

Fol. 8. Εἰς τὸ ἓξ τοῦ Δεκεμβρ. μηνὸς καλοφωνικὸν τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικολάου τοῦ μεγάλου. *Die VI Decembris calophonicum in S. P. N. Nicolaum Magnum.*

Fol. 13. v. Hymnus in eiusdem honorem, Νῦν ἐξέπω, ὅστις πάτερ Νικόλαε.

Fol. 22. Hymnus in S. *Pascha*, auctore Jo. DAMASCENO, notis supra musices item signatis. P. Ἀναστάσεως ἡμέρα. Pone hymnum veniunt alii cantus in *Resurrectionem*, atque in dies sollemnes hinc illinc Paschatis proximos.

Fol. 69. Brevis in *Pascha* sermo graecus, cui inseritur interlinearis quaedam interpretatio italica iuxta dialectum Italiae meridionalis, sed graecis literis exarata.

CODEX QUADRAGESIMUS TERTIUS

E. γ. X.

Cod. ms. chartaceus graecus saec. XIX, constans foliis septem, longitud. metri 0, 23, latitud. 0, 16, bono charactere exaratus atramenti et sandarachae usu a D. JOSEPHO COZZA Mon. tum etiam Ab. Cryptoferratensi.

Excipiuntur Ἀναβαθμοὶ seu cantus graduales in *Chr. Resurrectionem* per octo tonos tributi. Subtexitur libello stemma S. P. N. Basilii, quem subter inscribitur:

Ἐγράφη τοῦτο τὸ ἐγχειρίδιον τῶν ἀναβαθμῶν ἐν τῷ μηνὶ Ἰουλίῳ τοῦ ἔτους ἀπὸ τῆς Γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ ἀφ' οὗ εἰς χρεῖαν τῶν τῆς Κρυπτοφέρρης νεομοναζόντων. *Scriptum hoc* GRADUALIUM *manuale mense Julio an. a Nativitate Christi MDCCCLV ad usum juniorum Cryptopherres monachorum.*

CODEX QUADRAGESIMUS QUARTUS

E. γ. XI.

Cod. ms. chartac. graec. saec. XVIII vel XIX ineuntis, constans foliis scriptis 47, longitud. metri fere 0, 13, latitud. 0. 9, bono charactere exaratus a D. FULGENTIO AUSTINI monacho Cryptae ferratae.

Excipit *Procimena* magnae Quadragesimae, quae inseruntur lectionibus biblicis juxta *Triodium*. Cfr. Codd. Δ. β. XIII et XIV etc.

Fini libri appinguntur quaedam Troparia quadragesimalia.

ANIMADVERSIONES

Omnium inde prima ex manu D. Austinii apparuit sylloge *Procimenorum* ista, unde et *Procimenarion* posses volumen nuncupari. Jam huiusmodi plura exemplaria exstant apud nos, ac duo etiam in Bibl. aliud scil. D. Philareti Battaglini hierom. aliud D. Josephi Cozza correctum magis, et utrumque instructum duobus *Idiomelis* canendis in *Crucis adorationem* Dom. III SS. Jeiuniorum. Verum cum hæc mss. parvi momenti rem facerem, satius duxi mentionem tantum iniicere, quam descriptionem instituere.

CODEX QUADRAGESIMUS QUINTUS

Γ. γ. I.

Cod. ms. membran. graec. saec. XII, constans foliis scriptis 44, longitud. metri 0, 18, latitud. fere 0, 14, optimae notae at fine mutilus. Charactere perminuto gaudet, sed grandiores literae ex sandaracha vermiculatae plurimae existunt. Fastigium folii primi praetexit ornatus sandarachinus, aetate elegantissimus, cui medio inscribitur: Αρχὴ σὺν θεῷ τοῦ ᾀσματικοῦ. *Deo auspice, initium Asmatici.* Porro ᾀσματικὸν a voce ᾆσμα *canticum* apud nos audit *liber cantus*, quo exhibentur praecipui hymni *orientalis* musices notis superinscripti.

Is porro liber est, prouti describimus, habetque initio Troparia cum Contaciis in *Resurrectionem*, quorum nonnulla desunt.

Fol. 16. v. *Hypacoœ*, genus aliud sacrorum rhythmorum (τῶν μεγάλων ἑορτῶν) *pro festis magnis.* Habentur etiam cathismata in S. *Nicolaum* et in SS. *Petrum et Paulum.*

Fol. 31. v. *Procimena*, de quibus alias locuti sumus, ferialia et pro hebdomada prima Paschatis.

Fol. 37. v. Κοινωνικὰ seu versiculi psalmorum post *communionem* (Latinis est oratio *postcommunio*) in Liturgia (Cfr. Sym. Thessal. de Pœnit. cap, 275).

ANIMADVERSIONES

Fol. 36. v. Hymnus *cherubicus* Οἱ τὰ Χερουβὶμ. *Qui Cherubim.* Post Evangelium concini solet hic in Liturgiis, atque inscribitur ποίημα Συμεὼν τοῦ εἱρμολόγου. *Opus Symeonis hirmorum confectoris.* Is forte est Symeon Studites, de quo Allatius in Symeonibus (Cfr. Fabric. edit. Harl. t. XI p. 299). Libri initio appacta sunt sex folia recentiora, quibus capiuntnr alii rhythmi, quos super signa musices notata sunt.

Unus autem est e nostris libris musicis, qui præferat signa *Parallages*, sed nonnulla prorsus alia ab illis, quae tradit Chrysanthus de Madytos in op. cit. (V. Cod. E. α. I) ex. gr. signum quoddam simile τῷ ϐ, vel *y*, quæ affigi solent vocalibus dictionum ad exerendos sonus *nasales* vel *gutturales.*

Fol 19. In margine transverse scriptum est: Ἀδελφὸς Ἀθανάσιος τοῦ ἀέτρ . . . . τῆς πόλεως Ρουσσιάνου. *Frater Athanasius . . . . civitatis Rossani.* Codex autem videtur esse Calaber, ac fortasse huc delatus e Monasterio S. Demetrii, in cuius honorem serior manus initio libri appinxit idiomelon.

CODEX QUADRAGESIMUS SEXTUS

Γ. 7. 11.

Cod. ms. bombycin. graecus. saec. XVIII ineuntis, habens folia 282, fere longitud. metri 0, 15, et latitud. 0, 11, charactere minuto, composito et elegantissimo exaratus, et ornatus aliquot praeferens.

Psalticum liber est, multa habens sacra notis musicis perpetuo instructa, quae exhibet Index.

Fol. 1. Αρχὴ σὺν θεῷ ἁγίῳ τῶν Κεκραγαρίων. *Initium, Deo auspice, Cecragariorum.* Iam vero Κεκραγάρια dicuntur quidam moduli ad octo tonos, in psalmis Vesperarum, quorum primus, seu ps. CXL, graece incipit: Κύριε ἐκέκραξα.

Fol. 10. Moduli ad canenda Idiomela, quae praescribuntur ad Horas minores in *profesto Christi Nativitatis.*

Fol. 21. v. Item in *profesto Epiphaniae.*

Fol. 31. v. Item in *magna Paraseeve.*

Fol. 42. v. Idiomela in *Deiparam* ad Gloria Patri, canenda in Vesperis Sabbatorum, eademque per octo tonos modulanda.

Fol. 59. Item in Δόξας matutinales, canendas diebus dominicalibus, auctore Joanne Glyce.

Fol. 74. Moduli ad canendam *magnam Doxologiam* in Matutinis (Δόξα ἐν ὑψίστοις).

Fol. 81. Item ad canendum psalmum CXVIII Μακάριοι ἄμωμοι in *funere laicorum.*

Fol. 88. Item alii in Liturgia S. Joannis Crysostomi.

Fol. 110. Item in Liturgia S. Basilii.

Fol. 112. v. Κοινωνικὰ, opus Chrysaphii *junioris.*

Fol. 144. v. Item pro missa *Praesanctificatorum.*

Fol. 147. Alii moduli in alios promiscuos cantus.

Fol. 159. Item in stichéra *Anastasima* per octo tonos, auctore Chrysaphio.

Fol. 252. v. Πασαπνουάριον (dictio ita concinnata a versiculo Πᾶσα πνοὴ, qui praefigitur antiphonarie psalmo CXLVIII) idest moduli plures ad canendas *Laudes* in Matutinis: opus Gazaei (Emmanuelis).

Fol. 269. Hirmi cum notis musicis ad canendos hymnos, de quibus hirmis vide Codd. superiores.

ANIMADVERSIONES

De hoc ecclesiasticæ Musices genere multa delibavit Dr. Johannes Tzetzes in suo opere quod Monachii in Bavaria edidit sub titulo: *Uber die Altgriechische Musik in der*

Griechischen Kirche. De vetere musica græca in Ecclesiis græcorum. Revocat autem ibidem praecipuo huius Musicae artis magistros, maxime vero (*Emmanuelem*) quemdam *Chrysaphium*, quem in nostro Codice semel et iterum nominatum habes, adiecto τοῦ νέου *junioris* agnomine. At heic insuper nomina aliorum legis, nempe *Theoduli monachi*, *Palasii* vel *Balasii* sacerdotis, *Petri* et *Gazaei* (*Emmanuelis*).

E generibus vero sane multis huiusmodi sacrorum cantuum, quae ex *Manuele Chrysaphio* prodit Tzetzes, habes in Codice τὰ χερουβικὰ seu *hymnum cherubicum* qui incip. Οἱ τὸ κερουβὶμ, octo tonis musica donatum, τὰ κοινωνικὰ, seu versus τοῦ κοινωνικοῦ item in musica etc. Ad haec adde τὰ κεκραγάρια ac denique πασαπνευάρια, quæ apud Tzetzem Chrysaphius non memorat, et Codici idcirco pretium et aestimationem augent.

In fine appingitur temporis indicatio quo absolutus fuit nempe: Ἐν μηνὶ αὐγούστου ς'. *et mensis Augusti die VI*, et paullo superius «1718.»

Infra autem alio charactere subnectitur auctor in epigraphe, quam ita interpretari arbitror: Τὸ παρὸν ὑπάρχει ποίημα καλὸν μελουργοῦ Ἱερονύμου μοδήνου ἀρχιεπισκόπου. *Hoc est opus pulchrum melurgi Hieronymi Modini archiepiscopi.*

CODEX QUADRAGESIMUS SEPTIMUS

Γ. γ. III.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis 97, long. metri 0, 23, latitudinis 0, 16, initio mutilus, aliquot etiam e medio elapsis, atque insuper absumptus ac detritus praesertim ad margines, qui tamen plures sunt restituti.

Psalticum est notis musicis perpetuo instructum, et habet quæ proferam, ad ordinem, quo male turbatus fuit, redigens.

Fol. (23) Contacium et Oecus in *S. Philippum ap.* Pone subsequuntur ad finem usque ecclesiastici anni Contacia in praecipuas festivitates *Domini, Deiparae* ac *Sanctorum.*

Fol. 63 (75) Eadem, uti in Cod. Γ. γ. I, in *Dom. Resurrectionem* iuxta octo tonos.

Fol. 56 (78) Procimena Liturgiae et Vesperarum per totum anni cursum.

Fol. 73 (95) Item Versiculi qui dicuntur ἀλληλουϊάρια, eo quod in Missis post *Alleluia* absolutis epistolis habentur. Post fol. v. 74 (96) regredere ad fol. 75 (1) usque ad fol. 93 (18) quo desinit Psalticon.

Fol. 95 v. (19 v.) Adiacent ex alia manu stichéra alphabetaria ex officio Magni canonis op. Andreae Cretensis (Cfr. Cod. Δ. β. XV). Subnecti cœptus est idem *magnus* Canon, sed mox abrumpitur propter deperdita folia.

ANIMADVERSIONES

Psaltico absoluto hæc subnectitur epigraphe: Ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ ψαλτικοῦ διὰ χειρὸς Μεθοδίου ἁλιτροῦ ἱερομονάχου ἐν μηνὶ Μαΐῳ κγ'. ἡμέρᾳ ε', ὥρᾳ θ', ἐν ἔτει ,ςψνε', ἰνδ. ε'. *Scriptus est hic liber Psaltici manu Methodii nefarii hieromonachi men-*

se Maio, die XXIII, feria V, hora IX, anno 6755 (1247) *Indict. V.* Mox autem additur:

Μεθόδιος γέγραψε τήνδε τὴν βίβλον.
Εὔχεσθε τοίνυν οἱ τυχόντες ἐνθάδε
Ὑπὲρ ψυχικῆς τοῦδε τῆς σωτηρίας.

Methodius scripsit hunc librum, propterea qui in hunc impingitis, precamini pro illius spirituali salute. Bene profecto hæc subnectit vir humilissimus, qui se cum *iniquis* reputabat.

Postremo huic cod. latet perpetuo quoddam *Palimpsestum* saec. X vel XI, descriptum in Cod. A. δ. XXI.

CODEX QUADRAGESIMUS OCTAVUS

Γ. γ. IV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIII, constans foliis membranaceis quidem 61, partim vero bombycinis 65, unius fere dimensionis, longit. scil. m. 0, 22, latitud. 0, 17. Characteres ex grandioribus literis eidem pene saeculo referri videntur, similes quippe sunt iis quos exhibent codices Joannis Rossanensis, ast iidem in minutis literis differunt inter se, et Codex posterior membrano - bombycinus nonnihil praestat priori membranaceo. Uterque *Psalticum* exhibet.

Prior igitur pars cum notis musicis habet cantus inscriptos *ἀναβαθμοὶ*, seu *graduales* dominicales, et tum stichéra ad Vesperas ad Matut. per octo continuos tonos. Veniunt deinde *ἑωθινὰ idiomela* ad *Gloria Patri* in matutinis dominicalibus, quibus inscribitur *ποίημα Λέοντος δεσπότου, opus Leonis imperatoris* (Cfr. Παρακλητικὴ ἡ μεγάλη ὀκτόηχος ed. Venetae,nec non opp. Leonis sapientis. Migne Patrol. græc. t. CVII).

Posterior pars excipit cantus quosdam musicos, *idiomela*, per praecipuos anni festos dies. Aliqua initio desunt.

Fol. 61. v. Θεοτοκία seu cantus in *Deiparam*.

Fol. 19. Modulus Θεὸς κύριος *Dominus Deus* qui habetur in Matutinis, per octo prorsus tonos.

Fol. 40. Versiculus primus ps. XLVIII Αἰνεῖτε τὸν κύριον, *Laudate Dominum*. (Cfr. cod. Γ. γ. II. fol. 252. v.)

CODEX QUADRAGESIMUS NONUS

Γ. γ. V.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIII, constans foliis 214. long. m. fere 0, 23, latitud. 0, 17, plerisque super palimpsesta vetustissima. Exaratur atramento et sandaracha, qua praeter literas capitales quidam etiam ornatus conficiuntur: sed de charactere aequa ratio ha-

beri non potest ex eo quod, cum sit liber musicus, verba intercisa propter notas et interdum iisdem notis intercepta sunt.

Titulus autem praeiacet: Αρχὴ σὺν θεῷ τοῦ ψαλτικοῦ. *Deo auspice, initium Psaltici.* Porro habet cantica plura signis musicis notata per anni universi praecipua festa tum Sanctorum cum Domini in *Triodio* et *Pentecostario,* nec non Deiparae Virginis.

Fol. 1. Procimena et contacia.

Fol. 136. Cathismata.

Fol. 135. Procimena.

Fol. 189. v. Cœnonica, de quibus alias loquuti sumus.

Fol. 200. v. Psalticum in *Gonyclisiam* S. Pentecostes.

Fol. 212. Pauca etiam musica adiecta sunt ab alio calligrapho.

ANIMADVERSIONES

Fol. 211. v. Codici desinenti haec appinguntur: Οἱ ἐν τούτῳ παντί(μως) προσομιλοῦντες τῶν δύο δύω ταύθοιτερ εὐξιάζ..π τοῦ προτάξαντος καὶ τοῦ ξύσαντος πόνου(ς), ὅπως εὕρωμεν πλημμελημάτων λύσιν.. Ἐγραψα χειρὶ εὐτελὴς Σωφρόνιος ἱεροζύγος. Χριστὲ τέϊς προῖαλλε χάριν καμάτεαιν (sic) ἐμοῖο. Sensus huius epigraphes magis κατὰ σύνεσιν quam verbo deduci potest: *O vos omnes qui bini psallitis, precamini pro eo qui opus hoc construxit et expolivit, ut inveniamus remissionem peccatorum. Exscripsi haec manu (mea) humilis Sophronius monachus. Christe emitte gratiam tuam laboribus meis.*

Nota vero illud ξύσαντος pro γράψαντος a verbo ξύω *rado:* nam membranae ante quam exararentur, radendae erant. Vid. vocem ξύσης in Cod. Δ. γ. XII. De verbis ξέω et ξύω habet aliquid Cod. Z. α. VIII p. 108.

Codicem hunc retulit T. Toscani in op. *ad Typica græcorum... animadversiones,* tum Jo. Cozza, qui ex plurimo palimpsesto eruit tantum *Biblica* fragmenta, et inseruit operi iam pluries enarrato. Vide supra Cod. A. γ. III in serie Biblica.... (Membranas) *radens* Sophronius iste diversus est a Cryptoferratensi, quamvis uterque coævus, degebat enim in Monast. SS. Salvatoris prope Messanam, ex quo inferre fas in Cryptense Cœnobium cum aliis fuisse illatum.

CODEX QUINQUAGESIMUS

Γ. γ. VI.

Codicum gossypinorum fragmenta saec. XIII, quae constant foliis multis laceris nonaginta, longit. m. 0, 25, latit. 0, 17. Trium forte Codd. reliquiae eiusd. aetatis sunt, nempe unius quinterniones quinque, alterius quaterniones sex, tertii folia 35 pene dissoluta. De sacra musice agunt, et notis praesignata exhibent troparia *Anastasima* cum Cœnonicis, Oecis et Contaciis per sollemniores anni festivitates, et in *Gonyclisiam* Pentecostes, qui ritus redit fol. 23 et seqq.

Pertinuisse igitur saltem alterum fragmentum videtur ad quemdam monachum Nicolaum Santoro ex oppido *Coriolano,* quod millia passuum octo a Rossano distat.

CODEX QUINQUAGESIMUS PRIMUS

Γ. γ. VII.

Cod. ms. gossypinus, græc. saec. XIII vel XIV, complectens folia 163, longit. m. 0, 21, latitud. 0. 15, fine quidem et aliquot chartis mediis carens. Ita praeterea teredine corrosus atque perfossus, ut margines praesertim dissolutas, primigenam in gossypii naturam rediisse credas. Bene tamen exscribitur, et minio colore capitales literae et alia cuncta notanda distinguuntur.

Librum indicat parvo ornatui suffixus titulus: Σὺν θεῷ ᾀσματικόν. *Deo auspice asmaticum*, excipitque modulos, pluresque cantiones musicis notis praesignatas.

Fol. 1. Troparia et cathismata dominicalia.

Fol. 20. Cathismata in annuas festivitates.

Fol. 43. Procimena pro Vesperis ferialibus ac Dominicalibus.

Fol. 51. v. Cœnonica plura (Cf. Cod. Γ. γ. I et II).

Fol. 73. Moduli ad canendos psalmos Matutini, et *Penticostaria*, seu exclamationes interponendæ ultimis versiculis et τῷ Gloria Patri psalmi L, qui graece *penticostarius* dicitur.

Fol. 94. *Theotocia* (Cfr. Cod. Γ. γ. IV).

Fol. 130. Alii hymni hinc veniunt in praecipua festa.

Fol. 154. Denique moduli quidam et versiculi psalmorum post Epistolas in Liturgiis canendi.

ANIMADVERSIONES

Cod. non modo extitisse sed scriptum esse in usum monachorum Cryptensium inde aperto liquet, ubi nonnulla dantur exarata in *Encœnia* templi, nempe *cœnonicon* Κύριε ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, continuo ante aliud simile canticum in *Pervigilium* Christi Nativitatis, dum revera illa commemoratio incidit in diem XVII m. Decembris. Deinde characteris ratio typum praesefert Cryptoferratensis calligraphiae quae per id temporis saec. XIII vigebat.

Quamquam liber totus eadem manu sit exaratus, in eademque re, ut profert Index, versetur, in fol. 71 ad calcem subscribitur: Τέλος τοῦ ᾀσματικοῦ. Τῷ ἐν τριάδι (sic) δόξα. *Finis Asmatici. Gloria illi qui in trinitate subsistit.*

Fol. I. Transverse ad marg. notatur quaedam epocha, qua id unum melius arripitur: Ινδ. ια'. *Indict.* 11. Summoque margine recte scriptum legitur τριακόσια *tercenta:* haec omnia alio charactere exarata.

In fol. 20. habetur πλαίῳ pro πλαγίῳ, quod indicat pronunciationem gutturalem scriptoris, quae etiam nunc obtinet apud Hellenicos. Id etiam habetur in Cod. Γ.γ. V, p. 184.

Fol. 94. Post parvum ornatum hic præfigitur titulus: Κράτημα Ανδρονίκου ἀπὸ χωροῦ (sic). *Cratéma Andronici chori-magistri.* Porro Κράτημα et plur. num. κρατήματα, est genus quoddam ecclesiasticae musices juxta Manuelem Chrysaphium. Cfr. Tzetzem Jo. *Altgriechische Musik in der Griechischen Kirche:* Mynchen 1874.

CODEX QUINQUAGESIMUS SECUNDUS

Γ. γ. VIII.

Cod. ms. altit. m. 0, 23, latit. 0, 30, complectens, foliis triginta quinque, Symmicta musices *occidentalis* tum sacrae cum prophanae, scilicet:

Fol. 1. Manuductio per notas musicas, ut cantibus sacrae Liturgiae græcæ, prouti olim ante sacrorum Rituum restitutionem apud nos agebatur, harmonia organorum iungatur: parvum opus saec. XIX conscriptum.

Fol. 6. Consonantiae musicae suis notis consignatae, quae technico nomine *Partimenti* inscribuntur, auctore D. Francesco Durante, qui saeculo superiore extitit.

ANIMADVERSIONES

Profecto neminem e musices cultoribus ingenium latet ac virtus Fr. Durante hac in arte viri praestantissimi, cuius laudibus summorum hominum *Biographiae* plenae sunt, et cuius quam plurima opera possidet *Conservatorium* Parisiense (Cfr. Feller *Dizion. biografico* Vol. IV, p. 314). Codex autem noster utrum apographon habeat an autographon periti videant: emptum vero esse an. 1779 brevis ibi testatur epigraphe.

SERIES OCTAVA

CODICES LITERARII

CODEX PRIMUS

Z. α. I.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIV, constans foliis 113, long. metri 0, 23, latitud. pl. 0, 17, initio sed magis in fine mutilus. Membranæ rudiores, quaedam cultro incisae, usu et attritu foedatæ. Typo male efficto exaratus codex, et ad margines adnotationibus minutissimo alio charactere adspersus.

Excipit *rem grammaticalem*, tribus divisam sectionibus, quarum prima, cui quaedam principio desunt, exit in hanc epigraphen: Τέλος τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου. *Finis octo partium sermonis.*

Pars altera (fol. 27) titulum habet: Αρχὴ σὺν θεῷ τῶν ἀρσενικῶν, καὶ θηλυτικῶν καὶ οὐδετέρων λέξεων. Α′ κανών. *Initium, Deo auspice, dictionum masculini, fœminei et neutri generis. Regula I.* Ο Αἴας· Τί ἐστι κανών· Λόγος ἐν τέχνῃ δηλωτικὸς τῆς ὑποκειμένης οὐσίας τοῦ πράγματος ἀπευθύνων ὁμοιότητι πρὸς τὸ καθόλου τὸ διεστραμμένον τῶν λέξεων. Πόθεν κανών; *O Ajax. Quid est regula? Est sermo in arte grammaticae, qui demonstrat subsistentem essentiam rei, ad certam similitudinem redigens illud, quo in universum diversa sunt verba. Unde regula?* et hic definitionem affert comparando τὸν κανόνα ad libellam fabri lignarii. Porro *Etymologicon* est in tres partitum sectiones, scilicet nominum *masculini* generis usque ad fol. 81. v. *fœminini* usque ad fol. 91, *neutri* postremo usque ad fol. 97 expletum.

Tertia demum (fol. 98) inscribitur: ῥῆμα ὁριστικόν, ἐνεργητικὸν, ἁπλοῦν πρωτότυπον συζυγίας πρώτης τῶν βαρυτόνων. *Verbum indicativum, activum, simplex, paradigmaticum primae coniugationis Barytonorum*, et incipit. Τύπτω, ποίου μέρους λόγου ἐστὶν, ἢ ῥήματος; ποίου γένους; Τύπτω (verbero) *quae pars est sermonis aut verbi? cuiusnam generis?* et analysis ex *modis* ipsius verbi pergit ad finem inexpletum codicis.

Fol. 65. v. Scriptor libri ita se prodit: Ἐγὼ Συμεὼν μοναχὸς τῆς μονῆς τοῦ ὅσ. πατρὸς ἡμῶν Βαρθελομαίου καὶ τῆς ὑπεραγ. θεοτόκου. *Ego Symeon monachus monasterii S. P. N. Barptolomæi et Deiparæ sanctissimæ.* Eumdem crediderim sacerdotem, namque alibi cœperat superius latine de se scribere: *Ego dominus*, qui monocondyliis nomen suum margini frequenter inscribit.

Adnotatoris marginalis nomen quidem latet, at eius scripturam aliis etiam in Codd. conspexisse videor.

Fol. 96. Scriptor quidam tertius meliore charactere ad calcem subnexit aliquam adnotationem. Nempe, cum Grammaticus in textu pene adseruisset, quod non existant dictiones trisyllabæ neutri generis in ος desinentes præter ὄφελος (quæ vox quidem esset indeclinabilis), studiosus vir adnotavit: † Ορα, καθηγητὰ, τί λέγει ἐνταῦθα τὸ βιβλίον τοῦτο, ἵτι ὡς μοι δοκεῖ, ψεύδεται. εὑρίσκω μὲν γὰρ καὶ ἕτερον εἰς ος τρισύλλαβον ὄνομα οὐδέτερον. Τὸ μέγεθος, τοῦ μεγέθεος γὰρ καὶ μεγέθους. *Videsis, lector, quod heic dicat hic liber, quoniam, mea sententia, fallitur: etenim reperio etiam aliud nomen neutrum in ος trisyllabum,* μέγεθος, μεγέθεος enim et μεγέθους.

Postremo, ut aliquid præterea de auctore Grammatices huius afferam, dixerim ego me non immerito existimare Herodianum Apollonii filium, cuius in *Grammaticorum* ineditorum catalogo recenset Fabricius (Edit. Harles t. VI, 307-389) tractatum inscriptum: Ονοματικὸν sive ὀνοματικοὶ κανόνες, seu Etymologium magnum. At in Codice paullo compendiosius id operis occurrit, quam quod *Etymologium magnum* sit appellandum, sed forte aliquis potuit in compendium adducere opus. At enim dicetur Grammaticam hanc per *interrogationes* expositam, posse etiam tribui vel Georgio Diacono vel Emm. Chrysolorae (Fabr. loc. cit.).

CODEX SECUNDUS

Z. α. II.

Cod. ms. membran. graecus saec. XII, constans foliis 123, long. metri 0, 25, latitud. fere 0, 17, charactere ligato non valde nitido, notisque referto exscriptus. Pergamenae sunt impares, attritae, aliquot corruptæ maculis et teredine, adnotationibus insuper scripturisque malis ad margines fœdatæ. Non autem caret ornatulis ex minio, quo maiores pinguntur quoque literæ, quas valde similes vidimus in Cod. Δ. β. X.

Grammatica est superiori par, sed integra, paucis tantum intra abreptis. Incipit ab octo partibus orationis hac praemissa epigraphe: Αρχὴ σὺν θεῷ τῶν ἐρωτημάτων. περὶ προλεγομένων Τὰ προλεγόμενα· Ο κανών. *Principium, Deo auspice, interrogationum super prolegomenis* (praeliminaribus notionibus). *Prolegomena: Regula.*

Fol. 25. *Etymologium*, quod idem videtur atque in Cod. superiore, sed tria prope folia initio dempta sunt.

Fol. 63. Tractatus de verbis *(barytonis)*: Αρχὴ σὺν θεῷ ῥημάτων. *Principium, Deo auspice, verborum.* Τύπτω, ῥῆμα ὁριστικὸν· Τύπτω (verbero) *verbum indicativum....*

Fol. 112. v. Continenter post *Barytona* appinguntur regulae de verbis *perispomenis*, seu contractis, incip. Ποιέω.

Fol. 115. v. De verbis in μι, incip: Τίθημι, et post perbrevem tractactionem explicit codex.

ANIMADVERSIONES

Præter characteris rationem præsto est ad ætatem Codicis prodendam epigraphe alterius manus ad calcem fol. 122. v. ÷ Κυριακῇ ηὸῆν τοῦτο βιβλίον ιπερασ... ρ χ δ'.(sic) *Die dominico liber hic scribi desitus est an.* 1124. Nota quod in dandis annis mundi quandoque fuit omissa prima nota millenaria (Cfr. MONTFALC. Palæogr. graec. p. 38).

Maiores tractatus absolvebantur epigraphis brevibus charactere grandiori exaratis. Idem coneluditur opus hac inscriptione iambica:

Τῇ προσκυνητῇ Τριάδι νέμων κλέος,
Τέλος τέθεικα τῇδε τῇ βίβλῳ, φίλοι.

Adorabili Trinitati gloriam tribuens, finem imposui huic libro, o amici.

Alia quoque manus nonnulla exscripsit, e quibus ista collegimus: Αὕτη ἡ βίβλος ἐγράφη διὰ χηράχα (sic) χηρ. γεωργίου.... *Liber hic exaratus est a Cheracha vid...* GEORGII (?) Re enim vera aliquis e GEORGIIS Grammaticis (Cfr. Fabric. op. cit. p. 141) primus conscripserit, at utrum CHÆROBOSCUS, videant eruditi. Sed inscriptio non videtur autogr. Idem autem scriptor f. 51 scribebat: Πόθεν Γεώργιος; ἀπὸ τοῦ γέα καὶ τὸ ἔργον. *Unde Georgius? a γέα* (terra) *et* ἔργον (opus).

Vetustior manus in fol. 52. v. exscripsit: Σιγν. χειρῶν νικολάου υἱοῦ πρεσβυτέρου λέωντος (sic): *Signa manuum Nicolai filii Leonis presbyteri.*

CODEX TERTIUS

Z. α. III.

Cod. ms. membran. graec. saec. X, constans foliis 46, longitud. metri 0, 20, latitud. 0, 15, charactere non adeo recto et composito exaratus, sed grandiores melius effictae minioque suffusae sunt literae. Habentur etiam ornatus ex viridi, rubroque colore nodulorum instar maioribus praefixi capitulis.

Titulus inscriptus initio Διονυσίου γραμματικοῦ docet esse DIONYSII THRACIS *Grammatices* apographon, sed cum mox addatur ἀρχὴ τῶν ηʹ μερῶν τοῦ λόγου. *Principium octo partium sermonis*, ac tum περὶ λέξεως *De dictione*, continuo hanc intelligimus editionem aliam sin minus esse ab ea quae ex Cod. Holsteniano, speciminis caussa, profertur a Fabricio (Bibl. graec. l. V. c. 7. t. VII).

Fol. 1. post illud Περὶ λέξεως subsequitur caput Περὶ ὀνόματος, *De nomine.*

Fol. 4. v. Περὶ ῥήματος, *De verbo.*

Fol. 5. Περὶ μετοχῆς, *De participio.*

Fol. eod. v. Περὶ ἄρθρου, *De articulo*, et ibid. περὶ ἀντωνυμίας, *De pronomine.*

Fol. 6. v. Περὶ προθέσεως, *De propositione*, et ibid. Περὶ ἐπορῥήματος, *De adverbio.*

Fol. 7. v. Περὶ συνδέσμου, *De coniunctione.* In fine subnectitur rubre: Τέλος τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου, *Finis octo partium sermonis.*

Fol. 8. Περὶ προσῳδιῶν, *De quantitate dictionum.*

Fol 9. v. Διονυσίου γραμματικοῦ τὰ προλεγόμενα. Περὶ τέχνης γραμματικῆς. *Dionysii grammatici prolegomena. De arte Grammatices.*

Fol. 10. Περί γραμματικῆς, *De Grammatice.* Ibid. Περὶ ἀναγνώσεως, *De lectione.*

Fol. eod. v. Περὶ τόνου, *De accentu.* Ibid. Περὶ στιγμῆς, *De interpunctione*, in quo scriptor circumplectitur illud Τί διαφέρει στιγμὴ ὑποστιγμῆς, *Quid differt punctum a commate.*

Fol. 11. Περὶ ῥαψῳδίας, *De rhapsodia* Ibid. Περὶ (συλλαβῆς), *De* (syllaba). Ibid. Περὶ μακρᾶς συλλαβῆς. *De syllaba longa.*

Fol. eod. v. Περὶ βραχείας συλλαβῆς, *De syllaba brevi*, et ibid. Περὶ κοινῆς συλλαβῆς, *De syllaba communi.*

Fol. 12. Περὶ συζυγίας, *De coniugatione.*

Fol. eod. v. Πῶς συνέστη ὁ ἀλφάβητος, *Quomodo compositum est alphabetum.* Hic articulus deest in Cod. Fabricii.

Fol. 13. v. Περὶ τῶν κδ' στοιχείων, *De XXIV elementis.*

Fol. 15. Τὰ ὀνόματα τῶν κδ' στοιχείων, *Nomina XXIV elementorum.* Incip. Α. φωνηὲν δίχρονον προτακτικὸν τοῦ ι καὶ υ. *A vocali duorum temporum quae preponitur* i *et* y... Β σύμφωνον ἄφωνον μέσον τοῦ π καὶ φ. B *consonans muta media* p *inter et* ph, atque ita deinceps. Hic etiam articulus deest in Fabricio.

Hisce appinguntur quaedam poetica iambica alphabetaria.

Fol. 15. v. S. Gregorii Theologi incip. Αρχὴν νόμιζε τῶν ὅλων εἶναι θεὸν, *Principium omnium credas esse Deum.* etc. Edit. Morelli t. 2. p. 186.

Fol. 16. Ignatii Diaconi Cpolitani incip. Ακουσον ὦ παῖς τῆς ἐμῆς συμβουλίας. *Audi, o puer, consilium meum.* Huic carmini affiguntur nomina XXIV literarum alphabeti graeci.

Fol. 17. Lexicon cui praefigitur titulus: Ατιστοιχάριν τῶν κ' τεσσάρων στοιχείων, *Dictionarium digestum per XXIV literas.* Incipit: ab A cum vocab. Αλήθεια-τὸ λη η', τὸ θεῖ δαφθόγγῳ. usque ad vocem Τύλη in τ, cum qua deficit Codex.

CODEX QUARTUS

Z. α. IV.

Cod. ms. membran. græc. sæc. XII, constans foliis 77, longitud. metri 0, 18, latitud. 0, 14, in *palimpsesto* exaratus minuto charactere, rectis lineis densisque ducto. Abundant nexus et notæ scripturæ, ut in Cod. Z. α. II, et desunt omnino grandiores literæ, quas serius atramento suffecit deterior manus.

Est *Etymologium* initio, at non credo multum, deficiens. Fini vero subnectitur tractatus de *verbo*, περὶ τοῦ ῥήματος, qui extremis mutilus item cernitur.

ANIMADVERSIONES

Si conferantur Etymologium hoc et illud quod inest Cod. Z. α. II, deprehenditur primum pluribus constare dictionibus, alterum vero prolixius esse in sermone de singulis.

Palimpsesta duplicis ætatis et generis sunt: aliud compositum et minutum præsefert sæc. ut credo undecimum, alter vero paullo apertius certe pertinet ad sæc. decimum. inspexi vetustiorem scripturam cui subsunt quidam sacri hymni: aliud *palimpsestum* Codd. *hymnicis* allegendum.

CODEX QUINTUS

Z. α. V.

Cod. ms. membran. græc. sæc. X, constans foliis 144, longitud. metri 0, 18, latitud. 0, 14, charactere exscriptus adeo parum ligato, qui ab *unciali* non multum differre dici possit. *Lexicon* græcum, verba excipiens ab Α ad Ω. Desunt quidem, uti videtur, pauca initio, sed ad finem attingit in fol. 109 a tergo.

Aliud opus hoc est, quam quod prodetur sub nomine *Joannis philoponi* in Cod. Z. α. XXX. f. 67. Incipit: Αὗ ἡ μετοχὴ παροξύνεται, αὖ ὁ, αὐτὸς, αὖ τὸ περισπᾶται.

Fol. 109. v. Catalogus verborum in psalmis.

Fol. 111. Onomasticon *propriorum* nominum in V. T. cum paraphrasi singulis subiecta. Initio mutilum, nunc incip. a voce: Θώδα· σκόληξ φουαὶ. ᾧδε εἰμὶ.

Fol. 114. v. Nomina *Apostolorum*, aliaque ex N. T. cum interpretatione.

Fol. 115. Nomina *fluminum* cum interpretatione.

Fol. eod. v. Nomina *montium*. Huic catalogo subnectuntur aliae multæ voces propriæ et communes.

Fol. 117. *Dictiones ex libro Proverbiorum.*

Fol. 118. v. *Dictiones ex libris prophetarum.*

Fol. 120. v. *Dictiones ex libro Sapientiæ.*

Fol. 121. *Dictiones e libro Sapientiæ Sirach, seu Ecclesiastici.*

Fol. 123. *Dictiones multæ quæ ex diverso accentu significationem mutant.*

Tum alia glossaria multa veniunt, quæ syllabus affert, haud absimilia ab illis, quæ recitat Fabricius (Bibl. græc. ed. Harl. t. IV), sed ex titulis codex plura exhibere videtur.

Fol. 127. *Dictiones præcipuæ ex IV evangeliis. Mox e S. Matthæo.*

Fol. 128. *Dictiones e S. Marco.*

Fol. cod. *Dictiones e S. Luca.*

Fol. eod. v. *Dictiones e S. Joanne.*

Fol. 129. *Dictiones ex undecim Odis* (psalterii).

Fol. 131. *Dictiones* (ex aliquo sacro libro), quibus deest initium.

Fol. cod. v. *Dictiones apostolicæ*, seu ex Actis Apostolorum et epp. b. Pauli.

Fol. 133. *Interpretatio vocum iuxta alphabetum, quæ continentur in libro S. Dionysii Areopagitæ, episcopi Athenarum.*

Fol. 135. v. Tractatus de *Propositionibus*, erutis ex Plutarchi *Moralibus* tam extra, quam in compositione aliarum vocum. Desunt in fine quaedam.

CODEX SEXTUS

Z. α. VI.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XIII, constans foliis 42, longitud. metri 0, 21, latitud. 0, 16, bono charactere exaratus, cuius initiales literae rubro colore finguntur. Inter singulos *alphabeti* ordines intercedunt ornatus multicolores.

Codex videtur olim pertinuisse ad monasterium Patiriense in Calabria prope Rossanum, nam ad calcem folii 32. v. deterior seriorque manus exaravit: S. Μαρία δὲ πατοίροιω, *S. Maria de Patirio.*

Passim supra vel subter columnas dictiones aliae seriore ætate sunt adiectæ et explicatæ.

Lexicon est mutilum initio et fine et medio. Incipit enim a quaternione VII et a vocabulis ex lit. E, et desinit in vocabula per lit. O, interceptis vocabulis cunctis incipientibus a litt. A, M et hinc inde aliquot a litt. K et N. Quævis pagella in tres dividitur columnas; prima excipit *dictiones*, altera seu media *significationes*, in tertia vero appinguntur quædam *animadversiones*. Porro columna tertia, si eadem manu, at non eodem tempore exscripta videtur, atramentum enim est magis dilutum et flavescens.

CODEX SEPTIMUS

Z. α. VII.

Cod. ms. chartac. græcus sæc. XV, constans foliis scriptis 63, longitud. paullo minus 0, 22, latitud. 0, 15, diverso charactere exaratus, mutilus autem principio, et mediis multis carens.

Excipit primo *Lexicon*, singulis pagellis in duas columnas divisis, quarum prima *dictiones*, altera *significationes* complectitur.

Porro incipit ab ἄδην et finem attingit, sed media quædam desiderantur.

Fol. 47. *Dictiones ex Proverbiis*, quibus finis deesse videtur. Cfr. Cod. z. α. v, et Fabric. loc. ibi cit. p. 641.

Fol. 50. Alio charactere serioris ineptique hominis exaratum adspicis fragmentum cuiusdam animadversionis moralis.

Fol. 54. desin. Occurrunt græce narrationes miraculorum S. Nicolai ep. Myrensis, quarum prima et altera desunt: III caret titulo: IV inscribitur: *De homine incredulo*: V *De aqua... in monte Cæsareo:* VI *De clericis qui volebant prandere apud virum sanctum*: VII *De quodam qui male patiebatur a dæmone*: VIII *De navi, quæ diaboli opere futurum erat ut submergeretur*: IX *De homine cæco*: X *De veneratione sancti viri, et quomodo reversus est Myra:* XI *De quodam qui habebat spiritum immundum*: XII *De quodam qui vexabatur a spiritu immundo*: XIII *De viro cui non erant filii*: XIV *De dormitione seu transitu viri sancti.*

Ad calcem folii 62. v. legitur: Παῦλος μοναχὸς καὶ καθηγούμενος τοῦ ἁγίου παντλ. (παντελεήμωνος), *Paulus monachus et abbas (monasterii) S. Panteleemonis.*

CODEX OCTAVUS

Z. α. VIII.

Cod. ms. chartac. italic. saec. XVI, constans foliis scriptis 45, longitud. metri pl. 0, 20, latitud. 0, 14, bono charactere et ad typorum normam expresso exaratus auctore anonymo.

Est allocutio ad summum Pontificem pro expeditione contra Turcas, regnante Solymano II, proindeque scripta, arbitror, inter illius imperii an. 1520 et an. 1566. Quæ tamen temporis periodus constrigenda est uno principatu Andreae Gritti Venetiarum Ducis, qui ducatum gessit ab an. 1523 ad an. 1537; ita ut haec oratio, uti vero magis simile apparet, anno fere 1532 habita dicenda sit ad Clementem VII Pont. Max. cuius hortatu Grimaldus Ep. Veronensis pontificia legatione functus est apud ipsum Senatum eod. an. 1532 (Conf. Ann. Baron. ad illum an.), dum (fol. 41) orator fatetur se pluries hac super re ad Collegium Venetum esse alloquutum.

CODEX NONUS

Z. α. IX.

Cod. ms. membran. græc. sæc. XIV vel XV, constans foliis 56, longitud. metri fere 0, 19, latitud. 0, 14. Membranæ leves et candidiores, character minutissimus at proiectus ligatusque, ut currenti calamo videatur expressus. Prae udore pagellæ multæ vestigia scriptionis plura amisere.

Lexicon quoddam est, quod primum apparet ex incœpta serie literae κ ad ω.

Folio 52. Adest aliud *Dictionarium*, cuius titulus est pene deletus, et finis deest, deficiente cod. cum primo ordine τοῦ *alpha* nondum expleto.

CODEX DECIMUS

Z. α. X.

Cod. ms. chart. italic. sæc. XVIII, constans foliis omnino 209, longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 20.

Authographum D. Benedicti Monaldini complexum octo epistolis, in quibus contra Hieronymum Constantini contenditur Cepham illum, quem olim arguit b. Paulus (Gal. II, 14), alium longe esse quam Apostolorum Principem. Nescio cur potissimum auctor non ediderit scriptum, quod etiam ipse deseruisse mihi videtur, eo quod necesse esset ut alius monachus, Nic. Oliverius abbas, idem colligere et in volumen redigere studeret. Id autem tradit ipsius operis inscriptio præmissa a Carolo Matthei abbate, scilicet: « *Manoscritto e Composizione del q.*^{m} *P. D. Benedetto Monaldini M*^{ro} *e Curato del Monastero di Grottaferrata, ricuperato dal p. ab. D. Nicola Olivieri, in risposta all' Opera: Questione di fatto, se il Cefa ripreso da S. Paolo, possa con ragione credersi il principe degli Apostoli S. Pietro - dedicata a sua Eminenza Carlo Rezzonico da Girolamo Costantini, q.*^{m} *Antonio Veneto. In Venezia 1763.*

CODEX DECIMUS PRIMUS

Z. α. XI.

Cod. ms. chartac. græc. sæc. XV, constans foliis 42, longitud. metri 0, 21, latitud. 0, 14, mutilus initio et fine, et maculatus. Cha-

racter non bonus, sed rectis lineis ducitur, evanescens, et passim restitutus.

Exercitationes videntur in *Syntaxim græci idiomatis*, pro quibus exempla ex SS. Patribus, vel ex Hymnographis proferuntur; opus fortasse alicuius studiosi monachi. Inest operi etiam *Glossarium*.

CODEX DECIMUS SECUNDUS

Z. α. XII.

Cod. ms. chartac. ital. sæculi XIX, constans foliis 30, longitud. metri 0, 266, latitud. fere 0, 20, in columnas binas divisus, quarum externa tantum in singulis paginis exaratur. Excipit iuxta titulum præfixum: « *Sull' anno Ecclesiastico Greco-Slavo del R. P. Giovanni Martinov d. C. d. G. Osservazioni del P. D. Teodoro Toscani Monaco Basiliano di Grottaferrata.* » Est autographon auctoris qui aliis, ut diximus in *Prolegomenis*, operibus claruit.

Huius autem operis hactenus inediti obiectum facile deprehendes ex præmisso textu Const. SS. Apost. quem ex graeco latine versum unice proferam: *De martyribus vero præcipimus vobis ut in omni honore sint apud vos... Sed hæc dicta sunt de veris Christi martyribus non autem de falsis.* » Hæc porro præcinuit P. Toscanius, quod in eo opere aliquot homines sanctitatis ficto immeritoque titulo insignitos esse vidisset, qui, sua sententia, ne catholico quidem nomine digni erant.

CODEX DECIMUS TERTIUS

Z. α. XIII.

Capsula scaporum, in quibus est autographon operis cujus titulus: *Il Ritmo Italiano di Monte Cassino del secolo Decimo-Studi di* D. Antonio Rocchi *Mon. Basiliano*. Opus editum est typis M. Cassini an. 1875, et bifariam divisum, scilicet in *Dissertationem*, et in *Notas* ad textum. Igitur in dissertatione e variis argumentis a *Palaeographia*, *Lingua* et *Versificatione* Rhythmi ipsius, nec non a *Narratione* eiusdem contenditur hunc compositum fuisse saec. X exeunte; in *Notis* vero perpenditur illius peculiaris dialectus, vocabulis singulis ad trutinam analysis etymologicae revocatis.

Ipsum autem Rhythmi textum auctor præterquam interpretetur, præbet sub primigeno charactere *Longobardico-Cassinensi*, chromolithogra-

phice expressum. Hoc igitur fac-simile atque editionem universam maximo studio ac diligentia curarunt PP. Cassinenses, praesertim R. D. Cæsar Quandel, vir cum ingenio, eruditione et humanitate, tum denique omni virtute ornatissimus, quem ineunte anno 1880 acerbo funere suis abreptum nunc honoris et grati animi ergo nominatum esse volui.

ANIMADVERSIONES

De hac lucubratione multa multi dixerunt periti homines et eruditi, et in diversas abiere sententias. Sed literarium Periodicum *La Civiltà Cattolica* in Ser. IX, vol. VII, quatern. 605 sub die IV Sept. illius anni, cum aliquid ex ipso opere primo delibasset de historia literaria eiusdem rhythmi, quem plures auctores non tamen elucidatum iampridem ediderant, «Se non che il ch. Ba« siliano P. Antonio Rocchi, addidit, ha vo« luto farne oggetto di studii anche più ac« curati e minuti, esaminandolo verso per « verso; e ciò nel doppio intento, di deter« minarne approssimativamente l' epoca, e « di tirarne quelle conseguenze che esso of« frirebbe intorno alle origini ed all' anti« chità dell' uso della lingua italiana. Quanto « alla prima quistione, egli con buone prove « stabilisce che l' età del Ritmo è dell' ulti« mo scorcio del secolo X; e quanto alle « conseguenze, egli d' apprima ne conferma « quella sì ragionevole congettura, che la « nostra lingua dovesse già essere stata co« munemente in uso almeno nel secolo X; « e dipoi, che la sua origine non solo fosse « direttamente latina, com' è tenuto da tutti, « ma *per ventura* esclusivamente latina, non « incontrandosi nel Ritmo parole di altra « origine. »

CODEX DECIMUS QUARTUS

Z. α. XIV.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVII, constans foliis centum et octoginta septem, longitud. metri 0, 14, latitud. fere 0, 9, bene adservatus, polito, pulchello et minuto charactere conscriptus.

Ad margines jacent rerum, quae in textu tractantur, rubricae, vel adnotationes et graecae etiam aliquot dictionum etymologiae.

Titulus præscribitur fastigio « *In artem Rhetoricam compendiaria excussio* » quae dividitur in quatuor libros hac ratione.

Libellus primus - *De Arte Rhetorica.*

Libellus alter - *De Inventione*, duas in partes divisus.

Libellus tertius - *De dispositione*, duas item tributus in partes.

Libellus quartus - *De elocutione*, cui subnectitur tractatus « *De Epistolis conscribendis.* »

ANIMADVERSIONES

Codicem hunc Panormi in Sicilia esse conscriptum, duo sunt indicia mihi. Primo quidem exemplum Epistolæ dandæ (Cap. *De conscribend. Epist.* fol. 175) pro quo adsumitur Panormum, secundo quod in quodam præcurrenti folio exscribitur Epigramma græcum

in *S. Rosaliam*, patronam urbis Messanensis.

Εἰς τὴν ἁγ. Ρωσαλίαν

Ἀρτυ σε τέξεν, ὄρος δ' ὑπεδέξατο σῶμα θανεύσης,
Ἐξ ὄρεος ψυχὴ οὐρανὸν εἰσανέβη.
Οὐχ ὡς ἐφθιμένοις θνητὴ θάνες, ἔφρα δ' ἐν ἄρσις
Παρθενικοῖσι χοροῖς, παρθένε, κόσμον ἄγῃς.

Eodem, ut mihi videtur, græco charactere in fine libri appinguntur quædam περὶ τῆς τῶν ἐπιστολῶν ἐπιγραφῆς, *De inscribendis epistolis.* Tum primum exhibetur exemplum: Εἰς τὸν πάππαν ῥώμης. *Ad Pontificem Romanum*, indeque pergitur ad aliarum patriarchalium sedium pontifices, etc.

Porro character aliquantulum concordat Allatianæ scripturæ. Connivet etiam Codicis epocha, qui (fol. 175) recte existimari potest exaratus MDCLXVI, cum Romæ sederet Alexander PP. VII (fol. 186), tandemum quod ex Metropolitis unus tantum, Ignatius nempe Chiensis (fol. 186 v.) nominatur: Chium autem patriam cl. Allatii fuisse accepimus.

Verum si epigraphe id opus esse cl. Allatii multa suadeat, haud tamen profecto assererem Codicem latinum ipsum ab eo fuisse exscriptum, præsertim cum Allatius ea ætate pene octogenarius esset. Quidquid sit, ad Bibliothecam Basilianam in urbe MS. hoc pertinuisse docet epigraphe hæc in principio libri: Ἐκ τῶν τοῦ ἁγίου βασιλείου τῆς ῥώμης. Ἐν ἔτει ᾳψλς'. *Ex libris S. Basilii urbis Romæ: an. MDCCXXXVI;* inde enim, cum Codices in Vaticanam inferebantur, reliquiæ nonnullæ ad Cryptoferratensem deportatæ sunt.

CODEX DECIMUS QUINTUS

Z. α. XV.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XVIII, constans foliis scriptis septuaginta, longitud. metri fere 0, 20, latitud. 0, 14, bono charactere et cum diligentia exaratus.

Præcurrit opellae inscriptio haec: « *Ad usum Joannis Nicolai de Salvatore, dum* (esset) *in Collegio Aquilae Societatis Jesu, sub disciplina P. Josephi Soffredi in eodem Collegio humanarum litterarum praeceptore, anno ab Orbe redempto M.DCC.XX.IV.* »

Tractatus *Rhetorices* habetur haud absimilis Cod. superiori, nisi quod desideratur quidquid ibi de *literis* conscribendis praescribitur. At multo plura dantur exempla tam ex latinis, quam ex italicis scriptoribus, praesertim poetis.

CODEX DECIMUS SEXTUS

Ż. α. XVI.

Cod. m. chartac, saec. XVII desinentis, complectens folia pl. m. 10, longitud. metri 0, 20, latitud. fere 0, 14, pluribus manibus exaratus, praecipue vero a D. Nicolao Olivieri.

Exterius inscribitur: *Institutio Rhetorices et alia Miscellanea.* Verum incipit liber ex quadam *Tractatione Poëseos*, sat brevi, quam subsequitur *Rhetorices tractatio*, exemplis undequaque comparatis instructa.

Fol. 51. Inscribitur: *Ricordo per li Problemi.* Est brevis tractatus italicus pro *Chriis* activis vel passivis vel mixtis conscribendis. Cfr. P. Kleutgen S. I. *Ars dicendi.* P. IV, l. V.

Fol. 66. Farrago rerum, exemplorum et sententiarum sive ex historia, sive ex auctoribus poetis vel oratoribus sacris et prophanis, quae ad *progymniasmatum* usum multum conferre possunt.

CODEX DECIMUS SEPTIMUS

z. α. XVII.

Cod. ms. quamplurimis scapis constans, quibus continetur opus elucubratum a DD. Theodoro Toscani et Josepho Cozza, monachis Cryptoferratensibus *De hymnologia Graecorum in Deiparae Conceptionem immaculatam*, quod editum Romae fuit typis S. Congreg. de Propaganda Fide an. 1862.

Autographi pars maxima exarata est a D. Raphaële Magalli, quem in *Prolegomenis* et in *Catalogo* (Cod. r. β. XXVII) nominavimus, at non pauca conscripta habentur etiam ipsorum auctorum manibus. Igitur in hoc MS. dantur post *Praefationem* Hymni sex graece exscripti, et versionibus, latina quidem prosa, italica vero versa oratione donati, quibus succedunt mox Notae ex ipsius Eccl. graecae Patribus deductæ.

Eodem ordine postea exhibentur *stichéra mesodica* cuncta hymnorum ac *troparia* cum interpretationibus, notisque suis. Tum deinde veniunt *recentiora* opera hymnographica, nec non *Typica* et *Synaxaria:* Syllabus denique scriptorum, et Index rerum maxime spectabilium.

Hoc autem opus a multis praeclaris viris laudatum est, praesertim vero a Pio IX Pont. Max. s. m. qui, cum illud ab auctoribus libentissime munus accepisset, quam plurimum gratulatus, illos argenteo numismate donavit.

CODEX DECIMUS OCTAVUS

z. α. XVIII.

Cod. ms. chart. latin. saec. XVIII, constans foliis scriptis 89, longitud metri pl. 0, 18, latitud. pl. 0, 12, bono charactere scriptus.

Dictionarium latinum, in tria olim divisum volumina, quorum primum deest, alterum vero habet vocabula per lit. C inchoantia usque ad dictiones ex lit. E. Singulae pagellae tribus constant columnis, et

prima excipit *voces*, media habet *explicationem* latinam, tertia vero earumdem *significationem* italicam.

CODEX DECIMUS NONUS

Z. α. XIX

Cod. ms. chartac. lat. saec. XVIII, spissus foliis scriptis 235, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13. Continuatio est *Dictionarii latini*, quod vidimus in Cod. superiore, quodque eadem prorsus manu ac methodo conficitur a lit. F. ad lit. Z. explicitque cum voce *Zytum*, *ti*, vel *Zytus*, *ti*, post quam subnectitur *Finis*.

CODEX VIGESIMUS

Z. α. XX.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVII, spissus foliis scriptis num. 62, longitud. metri 0, 20, latitud. pl. 0, 13, bono minuto charactere ac spissis lineis exaratus. Tres priores quaterniones ad margin. externum sunt udore corrupti. Pagella prima exhibet has interpunctas literas: D. F. G. P. M. C-F. An. Dom. 1720, eadem autem versa habet: «*Ad usum D.Gregorii Piacentini*».

Symmicta *oratoria* sunt, quae haec exhibent.

Fol. 1. Selectiores ex *Tito Livio* dicendi formulæ, per literas alphabeticas digestae.

Fol. 54. v. Syntaxis ex *T. Livio*, seu collectio dictionum, quae conferuntur ad Regulas latinæ syntaxeos.

Fol. 56. v. Syntaxis ex *M. T. Cicerone*, *Italicismi*, Obserbationes gramm.

Fol. 58. v. Phrases spirituales ex *P. Maffejo* in vita *S. Ignatii*.

Fol. 60. Verba composita, *ex Cicerone*.

Fol. eod. v. Selectiora ex *Ciceronis* orationibus loca. Ad marginem notantur figurae loquutionis, itemque partes orationum, in textu autem citantur priora verba et orationes, ex qua apocopae illae sunt hauriendae.

Fol. 62. v. Postremo his subnectitur brevis catalogus orationum ex ipso *Cicerone*, aliisque quos auctor existimaverat, optimis latinis scriptoribus. Hac cum re explicit Codex.

CODEX VIGESIMUS PRIMUS

Z. α. XXI.

Cod ms. chartac. graeco-latinus saec. XVIII, constans foliis scriptis 67, longitud. metri 0, 29, latitud. 0, 20, charactere exaratus lato et aperto, quem conformare typis nititur auctor, et ornare minio et auro, elegantiusque sic opus perficere.

Interpretatio hymni jambici in *Epiphaniam Domini* incipientis. Στείβει θαλάσσης, qui S. Joan. Damasceno jure tribuitur, scholiis perpetuis ad omnia fere verba instructa.

Praecurrit operis dedicatio *Dominico Fazzino S. T. Mag. Basilianorum Abbati bis Generali.* Incipit. *Miraberis, R.me Pater, me paucos menses graecis literis operam dantem, ausum esse interpretari carmen illud, quod in S. Theophania Johannes Damascenus conscripsit. etc.*

ANIMADVERSIONES

Fol. 67. v. Mnemosynon appingitur hisce græcis verbis: Ετελειώθη αὕτη ἡ παροῦσα βίβλος διὰ χειρὸς τοῦ εὐτελοῦς μονάζοντος Επιφανίου Μαρτήλλου τοῦ ἀναγνώστου ἐν τῇ Θεσσάλῳ μονῇ τοῦ ὅσ. πατρὸς ἡμῶν Βαρθολομαίου Τρυγονίτου, ἡγουμένου ἔντος τῆς αὐτῆς μονῆς του αἰδεσιμωτάτου πατρὸς κύρ. Φιλαρέτου Αὐγουστίνου, ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ζσνα', Ινδ. ς', ἡλ. κύκλ. κζ', σελ. ιε', μηνὶ μαρτίῳ. Οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ διὰ τὸν Κύριον. Αμήν. *Absolutus est hic liber manu inutilis monachi Epiphanii Martelli lectoris (clerici) in Cœnobio, quod Deus salvum faciat, S. P: N. Bartholomœi Trygonitae, cum esset abbas in eodem Monasterio R.mus Pater D. Philaretus Augustini, anno a creatione mundi* 7251, *Ind. VI, cyclo solari* 27, *lunari* 15, *mense Martio. Qui legitis orate pro eo ad Dominum. Amen.*

Scriptum ergo absolutum est an. a Nativ. Christi 1743 in Monasterio Trygonensi in territorio S. Euphemiæ dicœcesis Militensis in Calabria. Opus latinitate et eruditione præstat; et si quid leve in analysi sapiat, indulgendum est juveni monacho, qui nihilominus profecto hinc sui expectationem Monasterii patribus magnam movebat.

CODEX VIGESIMUS SECUNDUS

Z. α. XXII.

Cod. ms. chartac. graeco latinus saec. XVIII, constans foliis scriptis 18, longitud. metri 0, 40, latitud. 0, 27, bono charactere praesertim graeco exscriptus et prorsus orthographice: maiores autem literae utriusque scripturae auro suffusae sunt. *Epicedium est in Deiparae dormitionem*, scilicet carmen in memoriam *b. Transitus Deiparæ*, deductum ex narratione *Pseudo-Joannis* Evangelistae; et composi-

tum eadem rhythmica methodo, qua Sergius confecit hymnum *acathistum* in *Deiparae Adnunciationem*.

Igitur interpres carmen graecum eruit e Codice Cryptoferratensi.. et latina interpret ation e donavit, ut respicientis sinistro oculo textus graecus, dextro autem latina versio alternis paginis sese exhibeant.

Lucubrationem suam auctor *Ludovico Belluga S. R. E. Cardinali amplissimo dicavit*, occasionem inde se nactum esse profitens, quod E.mus Princeps hoc invisens Cœnobium ritus Graecorum et modulos, praesertim quos auctor aliquot latinos fecerat, suspexisset.

ANIMADVERSIONES

Quis porro auctor et calligraphus extiterit, extremæ græcæ pagellæ subnexa epigraphe docet: Μετεγράφη ὕμνος εἰς τὴν τῆς θεοτόκου κοίμησιν ἐκ τῆς παλαιᾶς βίβλου τῆς πανσέπτου μονῆς τῆς Κρυπτοφέρρης διὰ χειρῶν τοῦ ἱερομονάχου κυρίου Βενεδίκτου τοῦ καὶ μεθερμηνεύσαντος αὐτὸν εἰς τὴν ῥωμαϊκὴν διάλεκτον, ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ,ζσν', ἰνδ. ε'. *Exscriptus est hymnus hic in Deiparæ Dormitionem e vetusto libro Ven. Monasterii Cryptæ Ferratæ, manu hieromonachi D. Benedicti* (MONALDINI) *qui et illum transtulit in dialectum romanam, anno a creatione mundi* 7250 *(Christi* 1742*) Indict.* 5.

CODEX VIGESIMUS TERTIUS

Z. α. XXIII.

Cod. ms. chart. saec. XIX, constans foliis 119, longit. m. 0, 26, latitud. 0, 20, conscriptus ab ANTONIO ROCCHI hierom. Cryptoferratensi. In Codice haec continentur:

Fol. 1. Tractatus Grammaticae Graecae, vulgari sermone conscriptus iuxta methodum veterum grammaticorum, aliquot tantum immutatis vel adiectis rebus. Inest etiam tractatio quaedam prolixior de usu Pronominum (fol. 18-32).

Fol. 51. Tractatus ejusdem Grammaticae item italicus ad methodum recentiorum Grammat. praesertim *Georgii Curtii*, sed tantum pro Etymologia, uti etiam prior, redactus:

Fol. 69. Tractatus latinus «*de Particulis graecae orationis*» Dictionarii instar copiose digestus, et classicorum auctorum, uti superior de *Pronominibus*, ditatus exemplis.

Fol. 103. Dictionarium italo-graecum de iisdem Particulis.

Fol. 111. Appendix ad Particulas graecas.

CODEX VIGESIMUS QUARTUS

Z. α. XXIV.

Cod. ms. membran. graecus saec. XIV, excipiens folia 84, long. metri 0, 23, latitud. 0, 15 in *palimpsesto*, exarata charactere formae satis deiectæ et negligentioris: sed multa initio et fine, nec non media desunt. *Palimpsestum* vero in Cod. Z. α. XXIV. expendemus.

Cod. excipit fragmentum *Iliadis* HOMERI a lib. IX, lit. I (non procul a fine) cuius versus: Εἰ δὲ κ' ἄτερ δώρων πόλεμον φθισήνορα δυήῃς, ad finem usque Poematis lib. XXIV l. Ω, cuius integrioris omnium ultimus apparet versus: Μὴ πρὶν ἐφορμηθεῖεν εὐκνήμιδες ἀχαιοί... Postremum vero paginae verbum est ἵππο δαμοῖο, quo desinit liber et *Ilias*. Margines notis minoris formae consperguntur.

CODEX VIGESIMUS QUINTUS

Z. α. XXV.

Cod. ms. membran. graec. saec. XIII, constans foliis 27, longit. metri 0, 31, latitud. 0, 23, bono charactere exaratus, qui nunc præ vetustate flavescit, mutilus praeterea initio et fine, et cultri nescio cur pluribus foliis perfossus ictibus. Multo copiosior olim erat, nam folium nunc extremum a tergo signatur num. 266, neque tamen illo absolvebatur opus. Breve est igitur *Commentarium* cum analysi etymologica, seu *Scholia* in Iliadem Homeri. Mutilatio Cod. apparet pl. minusve a versu 2 libri α. (I), Οὕνεκα τόν χρύσην, quam phrasim explicat auctor, ἕνεκα ἐπειδὴ τὸν χρύσην. Ita progreditur in elucidandas dictiones usque ad v. 265 lib. β. (II).

ANIMADVERSIONES

Porro hæc scholia dantur in pulcherrima Homeri editione Cantabrigiensi Josuæ Barnes, S. T. B. an. MDCCXI, quæ quidem cl. editor in Præfat. se reperisse fatetur ex MS. Collegii *Convitto-Cajensi*, Cantabrigiæ, eodemque cod. «*pervetusto nec facile cuivis legendo.*» Scholia vero ipsa non uni DIDYMO tribuit, neque tandem, *unius* «*hominis* esse, dicit, *nec unius aetatis, verum diversis temporibus a diversis ad oram Codicum suorum notata, ex omnimodis nempe auctoribus, praeter Grammaticos antiquos, collecta etc.*»

Fol. notat. num. 5. suffectum est mutilo Codici et exaratum a recentiore manu super *palimpsestum* unciale ex columnis.

Quidam usi Codice sese ad marg. subscripserunt, quos inter (aliquot attritu pene deletos) apparet Basilius qui pag. 22 scripsit: Κύριε βοήθει τῷ σῷ δούλῳ βασιλείῳ τῷ ἀλιτρῷ καὶ ἀφυεῖ καὶ ἀμαθεῖ. *Domine auxiliare famulo tuo Basilio nefario et indocili et literis rudi.*

Ad calcem fol. 25. legimus: Κύριε βοήθει μοι τῷ σῷ δούλῳ στεφάνῳ· Αμήν γένοιτο,

κ:ριε. *Domine opitulare mihi famulo tuo Stephano. Amen, fiat, Domine.* Succedunt alia quae legi sita non sunt.

Fol. 16. Scriptore Stephano vel coævo collega scribitur: Παρῆλθεν ἡ σκιὰ τοῦ νόμου, τῆς χάριτος ἐλθούσης, ἡ γὰρ... *Pertransiit umbra legis, adveniente gratia, hæc enim...* neque ultra conjici fas est.

CODEX VIGESIMUS SEXTUS

Z. α. XXVI.

Cod. ms. bombycinus, graecus saec. XV, constans foliis 117, longitud. metri 0, 28, latitud. 0, 19, mutilus initio et fine ac præterea lineis valde corrosus, qua propter saeculo superiore restitutus fuit imo et rubris pellibus ligatus. Characteris forma illud praebet specimen, quod ex Cod. Baluziano (Panoplia dogmatica Nicetae Choniatae) exhibet Montfalconius p. 333 (Palæogr. graec. ed. Paris. an. 1708).

Homeri est *Odysseae* fragmentum, quod apparet a versu 162 lib. III (γ) ad vers. 497 lib. XIX. (τ)

ANIMADVERSIONES

Ad oras Codicis imo et inter lineas dantur notæ illustrationesque poëtici textus quam plurimæ, uti olim in aliis hisce MSS. jure considerabat cl. Barnes (Cfr. Cod. Z. α. XXV), sive aliunde ab editore mutuatæ, sive suo ipsius aliorumve legentium marte confectae. Itaque ex. gr. e primo Codicis vestigio ad v. 168:

ΕΝ ΛΕΣΒΩ Δ' ΕΚΙΧΕ ΔΟΛΙΚΟΝ ΠΛΟΟΝ ΟΡΜΑΙΝΟΝΤΑΣ,

ita prorsus scriptor σχολιάζει·

ΛΕΣΒΩ. Νῆσος τρείας ἔχουσα..... νησίδια ωρ'. λ.. ωύρνην ἔρασσι ἐωὶ ἀωέχει μετηλύνης ἡ' ϛάδια, μεθύμνης ὀγδοήκοντα.

ΕΚΙΧΕΝ, κατέλαβεν....

ΔΟΛΙΧΟΝ, μακρὸν.

ΟΡΜΑΙΝΟΝΤΑΣ, διανεουμένους ωλέον.

Ad versus autem vero Odyss. IX (Θ) 349-353. idem ita scriptor pessima orthographia bene interpretatur:

Τὸν δ' αὖτε προσεῖπε περικλυτὸς Αμφιγυήεις·
Μή με Ποσιδάον γαιήοχε ταῦτα κέλευε
Δηλαίτοι δηλῶνγε καὶ ἐγγύαι ἐγγυαᾶσθε.
Πῶς ἂν ἐγώ σε δέσιμι μετ'ἀθανάτοισι θεῖσι,
Εἴκεν Αρης εἴχοι το χρέος καὶ δεσμὸν ἀλύξας.

Δηλαὶ καὶ δυστυχεῖς αἱ ἐγγύαι, καὶ δηλαὶ τὸ ἐγγυᾶσθαι ἢ αἱ πρὸς τοὺς δηλαίους καὶ δυστυχεῖς καὶ ἀσθενεῖς ἐγγύα, οὐ δὲ δύνανται τῶν ἀδικουμένων, ἐπεξελθεῖν δι' ἀσθένειαν μὴ δυναμένων, ἢ οὕτως αἱ ὑπὲρ τῶν κακῶν καὶ δηλῶν ἐγγύαι καὶ αὗται κακαὶ εἰσὶν τὴν πίσιν ὑωὲρ τῶν τοιούτων μηδενὸς τηρεῖ, δυναμένου περὶ ταῦτο δὲ καὶ τὸ τοῦ σοφοῦ ἀπέφθεγμα ἐγγύα παραδέοντας ~ Φησὶ γάρ ὁ ἐγγυόμενος ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς γίγνεται, καὶ γὸρ ὁ Αρης ἀποδράσας οἴχεται φου...ωῶς ᾳ..ν σε ἀντ' ἐκείνου δήσαιμι ὄντα μου πολλῷ γενναιότερον· τοῦτο δὲ ἦπε ἢ διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ ὁ Ηφαιϛος ἢ διὰ τὴν αἰδὼ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἐχομένην.

CODEX VIGESIMUS SEPTIMUS

Z. α. XXVII.

Cod. ms. chartac. graeco-latin. saec. XVIII, complexus foliis scriptis 29, longitud. metri 0, 28, latitud. 0, 20. Operis titulus ha-

bet: *Aesopi fabulae ex Codice Cryptoferratensi transcriptae.* At nos lamentamur adhuc huius praeclarissimi Codicis jacturam, quam passi sunt nostri monachi jam inde a tempore Gallicae dominationis; hactenus autem irrepertus latet. Huius Codicis hanc notitiam exscribo e catalogo compendiario P. Monaldinii: « *Codex A. 33 mutilus in principio, medio et fine, decimi saeculi aut undecimi: continet vitam Aesopi cum figuris satis rudi calamo ductis, Fabulas eiusdem ordine alphabetico digestas; et easdem jambis ligatas pariter alphabetica serie distributis usque ad literam I.* »

Iam vero priora tantum heic dantur verba graece et latine cunctarum Aesopiarum fabularum, cuius supputatur numerus 224.

Mox citantur initia fabulis iambico versu instructis, iis porro credo, quas Suidas et Fabricius (Bibl. graec. ed. Harl. t. I. p. 626) referunt Socratem versibus expressisse. In Cod. dantur viginti dumtaxat, et pene cunctae versione latina carent. Accedit his latina interpretatio fabularum CCXXII, quarum extrema ducentesima vigesima tertia inabsoluta manet, uno folio desinente.

ANIMADVERSIONES

Cum agatur de Cod. pluribus præstantiore, qui olim in Bibl. nostra existerent, juvat ex Harlesio apud Fabricium (Bibl. græc. t. I, p. 635) accuratiorem descriptionem Aesopi Cryptensis eruere, quae ita se habet: « *P. Romolinus* in cœnobio quodam, « *Grotta Ferrata*, haud procul Tusculo, (hodie *Frascati*) invenit codicem membranaceum in 4. initio saeculi XI. scriptum, qui « continet *Aesopi* vitam ac fabulas; Cel. *de* « *Murr* in Ephemerid. Noribergens. nr. L. « 1789. ex litteris illius sequentem dedit « notitiam: „Codex continet vitam Aesopi, « quae inscribitur: Βιβλος ξανθου φιλοσοφου, « και αισωπου δουλου αὐτου· περι αναστροφης « αισωπου, et incipit hisce verbis: ὁ παντα « βιοφιλεστατος αισωπος, ὁ λογοποιος, attico « sermone conscripta prolixiorque, quam Aesopi vita a Maximo Planude conscripta. « Constat enim 72. paginis, minusculo charactere refertis, cum aliquot correctionibus, « et notulis in margine. Aesopi vitae proxime succedunt fabulae hoc titulo: Αισωπου μηθει κατα στοιχειον ὠφελιμοι. Sunt « nr. 223. ordine alphabetico dispositae, quæ « numero et verbis paullulum differunt a « vulgatis. Postremo veniunt fabulae 30. « versibus iambicis, vel potius scazontibus, « (*procul dubio, Babrii*) concinnatae, hoc « titulo: των αισωπου μυθων ιαμβοι. Praeter « ea in codice opusculum anonymum invenio « de natura animalium, eo titulo: συν θεῳ « βιβλος φυσιολογικη, ubi quorumdam animalium naturam Anonymus ad mores hominum traducit reformandos, et f. scripturae verbis quam saepissime utitur. Deinque ibidem sunt fragmenta longioris cuiusdam fabulae, ubi rex nomine Azar amicos « alloquitur viros, et animantium lites com« ponit.“ *Harl.* »

CODEX VIGESIMUS OCTAVUS

Z. α. XXVIII.

Libellus constans foliis scriptis 50, long. m. 0, 20, latit. 0, 14, opellam excipiens italice exaratam cui titulus: « *Della Versificazione*

italiana». Porro id operis primum pro ephebis instituendis in Monasterio Cryptoferratensi compositum a D. Nicolao Contieri hierom. Basiliano,tum rursus factum ab alio ejusdem Monast. alumno, aptiore methodo instructum, poëmatum pluribus generibus, eorumque etiam historia pro re auctum est. Denique ad id adductum est opusculum, ut nedum Catalogo, sed nec typis quidem indignum, aliorum quoque judicio, existimetur.

CODEX VIGESIMUS NONUS

Z. α. XXIX.

Cod. ms. bombyc. græc. sæc. XIII vel XIV, constans ex duobus Mss. optimæ sane notæ, huiusmodi autem scripturæ, quorum alterum duplici columna, densisque lineis, literisque adeo minutis exaratur, dum contra primum ampliore charactere gaudet, et ornatibus etiam pulchellis decoratum est.

Foliorum utriusque dimensio, qua patet, adsequitur longitudinem ad metri 0, 23, latitud. vero ad 0, 14. At eo sunt illa murium sauciata dentibus et corrosa, ut præsertim in altero Ms. suam dimensionem nunc minime adaequent, ac multarum rerum frustula tantum supersint.

Eo tamen in detrimento utrumque Ms. initio sinit inspici ac legi, quæ in universum unumquodque complectatur. Primum igitur agit *de re grammaticali*, et quaedam de *nomine*, de *verbo*, deque *particulis* græcae orationis adhuc deprehendi fas est.

His appingitur *Dictionarium* verborum, quorum plerisque adiacet exemplum συντάξεως, seu constructionis.

Alterius Ms. titulus legi non sinit, nisi tantum ista.. ὁροι χριστοφόρου πρ.... φλαγονίας καὶ τῶν ἀρμενί... Opus igitur est *Christophori* cuiusdam, qui in Paphlagonia et Armenia aliquid fortasse juris exercebat vel auctoritatis. Hunc illum esse coniicerem ex titulo Codicis, cuius meminere tum Fabricius (Bibl. Graeca tom. XI pag. 594), tum Cavæus (Tom. II Dis. 1. p. 5.), qui accenset scriptoribus incertae aetatis, opus ejus praecipue recordantes Menologium versibus jambicis conscriptum, cujus exemplaria latent adhuc in Bibliothecis. Codex autem noster nimirum collectionem habet *Epigrammatum jambicorum* non modo in Sanctos et festivitates Dominicas, sed etiam in imperatores et in privatos viros, nec non in Christi parabolas. Incipit cum epigram. in S. *Thomam ap*: et deficit cum quodam *epitaphio*. Succrescit autem jactura codex, eo quod, dum columnis exaratur, versus scribantur continui.

At hæc delibasse sit satis, quandoquidem in animo habemus, favente Deo, lucubrationem postea peculiarem instituere de hoc nostro Christophoro *epigrammatico*.

CODEX TRIGESIMUS

Z. α. XXX.

Cod. ms. membran. graec. saec. X, constans foliis 110, longit. metri 0, 21, latitud. 0, 16, mutilus paucis initio nec non fine, labefactatus et detritus in aliquot pagellis, ut vix aut ne vix quidem legi possit, et calamo passim jampridem sit restauratus.

Lexicon primum apparet duplici exaratum columna, et initialibus vel rubro vel viridi colore pictis. Seriem unam inter atque alteram literarum intercedit rudis ornatus.

Fol. 67. Β' Ἰωάννου φιλοπόνου περὶ τῶν διαφόρων σημασιῶν διαφόρως τονουμένων. II (secundum opus in Cod.) Joannis Philoponi *de diversis vocibus diverso accentu notatis*. Incip. Ἀγος τὸ μίσος παροξυτόνως, ἀγὸς ὁ ἡγεμὼν ὀξυτονως.

Fol. 71. v. Γ' Φιλιππικῶν ῥητορικῶν λέξεις πρό τοῦ λόγου (sic). Catalogus videtur verborum praecipuorum quae insunt in *Philippicis* Demosthenis.

Fol. 79. Λεξικὸν τῶν ἐνδιαθέτων γραφῶν ἐκτεθὲν παρὰ Στεφάνου καὶ Θεοδωρήτου καὶ ἑτέρων λεξιγράφων Κασιανοῦ, Λογγίνου φιλοσόφου. Λέξεις τῆς ὀκτοτεύχου κατὰ στοιχείου. *Lexicon phrasium ordine dispositarum digestum ex Stephano et Theodoreto aliisque lexicographis Cassiano, Longino philosopho. Verba ex octo libris* (primis V. T. collecta) *ordine alphabetico*.

Fol. 80. Λέξεις βασιλειῶν πρώτης, *Dictiones e libro primo Regnorum*. Mox aliae veniunt ex *altero*, *tertio* et *quarto* libro Regum.

Fol. 81. Λέξεις τοῦ Ἰώβ, *Dictiones ex Job*.

Fol. 82. Λέξεις παροιμιῶν, *Dictiones e Proverbiis*.

Fol. 83. Ἐκκλισιάστης, (Dictiones ex) *Ecclesiaste*. Ibidem Λέξεις τῆς παναρέτου, *Dictiones ex* (Sapientia Salomonis).

Fol. 84. Λέξεις σοφίας Ἰησοῦ τοῦ Σιράχ, *Dictiones ex* libro *Sapientia Jesu Sirach*.

Fol. 85. Λέξεις πράξεων τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, *Dictiones ex Actis SS. Apostolorum*.

Fol. eod. v. Λέξεις ἀποστολικαὶ τοῦ ἁγίου Παύλου, *Dictiones apostolicæ S. Pauli*.

Fol. 88. v. Λέξεις τῶν ρν'. ψαλμῶν, *Dictiones ex CL psalmis*.

Fol. 91. Λέξεις τῶν ᾠδῶν, *Dictiones ex odis* (psalterii).

Fol. 92. Ἐκλογὴ λέξεων κατὰ διαφοράν, *Delectus verborum secundum diversam significationem*, scilicet synonymorum.

Fol. 94. Λέξεις τῶν ιβ'. Προφητῶν, *Dictiones ex XII Prophetis.* Mox unus nominatim occurrit *Zacharias.*

Fol. 95. Λέξεις ἰατρικοῦ βιβλίου ἑρπ., (?) *Dictiones* ex quodam libro *artis medicæ.*

Fol. 96. v. Ετυμολογία εἰς τὰ κδ' ϛοιχεῖα, *Etymologia super XXIV literis.* Calligraphus excipiens dissertationem literarum λ, μ, ν, ξ et ο, lacunam fecit in Cod. quæ sibi vel alii complenda esset.

Fol. 89. Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, *De mensuris et ponderibus.* Venit continuo περὶ κόρου, *De coro* (mensura).

Fol. 101. Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν ἀττικῶν καὶ σημείων, *De metris et mensuris Atticis et signis.*

Fol. cod. v. Ψῆφος δὲ οὗ ὑφείδονται (sic) τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη etc. *Ratio supputandi annos a creatione mundi.* Deinceps sequuntur alia huiusmodi supputationum genera. Vid. Cod. Z. α. XXXVI.

Fol. 106. Εκ τοῦ Αράτου. Πότε κατέρχεται καθέκαστον μῆνα ὁ ἥλιος ἀπὸ ζῳδίου εἰς ζῴδιον, *Ex* Arato. *Quomodo singulis mensibus sol descendat de signo in signum Zodiaci.*

Fol. 107. Appingitur vox Λέξεις, qua deprehendo inscribi *Dictionarium graeco-barbarum.*

Fol. 108. Εκ τῶν βοτανῶν τῶν εἰς ἰατρικὸν, *Ex herbis medicinalibus.*

Fol. eod. v. Dictionarium *etymologicum.*

Fol, 110. v. Λέξεις ἐγκείμεναι τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις· ἐκ τοῦ κατὰ.., *Dictiones quae insunt sanctis evangeliis. Ex* (evangelio) *secundum* (Matthæum). Incipit a nominibus *Apostolorum,* sed exarata columna deficit scriptura. Confer huic similem Cod. Z. α. V.

ANIMADVERSIONES

Aetas quam initio propter characterem præfiximus Codici, nempe ut adsurgat ad sæc. X, firmari aliquo pacto potest scriptoris fide, qui (fol. 103 v.) agens *de Indictione* reperienda ait, annos tum decurrisse a mundi ætate 6500, qui respondent annis post Ch. natum 992.

Tum serior quidam in fastigio fol. 100. v. scribebat: Ετ. ϛχψγ' ἦχεν ὁ ἥλιος κύκλον α'. *Anno* 6693 *sol habebat cyclum I.* Qui annus incidit in annum a Ch. nato 1185, sæculo nempe pene secundo exacto a scriptura Codicis. Scriptorem vero codicis nuspiam deprehendi licuit.

Ad opus Joannis Philoponi primum animadverto, quod ego cum titulo non nimis diverso reperi apud Fabric. eum sub nomine etiam *Cyrilli* editum esse Wirtemborgæ ab Erasmo Schmidio an. 1615, *praemissa dissertatione de pronunciatione Græca antiqua contra νεόφυτον sive novam.* Ceterum te refer ad indicem editionis Harles Lipsiæ 1839.

Ad calcem fol. 93. v. appinguntur versus jambici cum duplici acrostichide versibus affixa, quorum sensus est non minus abstrusus, quam quod coactae succedant extremae hinc inde literae.

ϖ κ μὲν θεοῖο βασιλεύει τὸς ἰῶ ϖ
ϗ ῆρος δὲ ῥαὰβ αἰσχύνης φεύγει θαῦμ ϗ
Φ εὸς γὰρ ἅρμα σώφαροι δῶκε σθένο ιϟ
ϖ νθεν τὸ ἰστὸς ἰσχὺν ἐχθροῦ εὐκ ἔχε ⊢
Ο ς προσκομίζ.. λύτρον ὡς πάλαι τ' ἄβε ϗ
ϟ πὲρ τὸν ἄβελ εὐάρεϛον καὶ νῶ ϖ
ϗ όμεν τελῶν γενετὸν χριϛοῦ κρίσε ⊢
ϟ μνον γὰρ ἐκ τοῦ εὐαρεϛήσεις δύ Ο
ϗ ὖν τῆς θυσίας ἱκετείας μετρία ιϟ

CODEX TRIGESIMUS PRIMUS

Z. α. XXXI.

Cod. ms. italic. saec. XIX, constans foliis 120, longit. m. 0, 20, latitud. 0, 13. Est pretiosum autographon operis, quod paucis adhinc annis cl. Joseph Cozza Basilianus magna sibi ab eruditis parta laude elucubravit de Tusculano M. T. Ciceronis. Titulus ms. hic est: *Del Tuscolano di M. Tullio Cicerone a Grottaferrata. Ricerche di G. C. M. B.* Opella edita est Romae an. 1866.

Porro Ms. assutae sunt parvae adjectiones documentorum, scilicet quae pro sua utilitate sibi comparaverat auctor.

ANIMADVERSIONES

Ex Periodico literario *La Civ. Cattolica* praestat quam ex aliis judicium et laudationem huiusce operis mutuari, ibi enim ista leguntur: « Il Tuscolano, famosa villa di Cicerone, in qual sito era posto? Molte opinioni si son prodotte in antico, e anche in tempi vicini a noi; e molti argomenti arrecati in sostegno di ciascuno dai parecchi autori che o di proposito o di passata s' occuparono di questo argomento. Le più autorevoli di queste opinioni esamina in questa erudita Memoria il ch. p. Cozza Luzi, monaco basiliano: e confutate le altre, dimostra che l'unica accettabile si è quella che colloca il Tuscolano al luogo ove ora trovasi Grottaferrata. Per giugnere a questa illazione egli stabilisce, sopra la testimonianza dello stesso Cicerone, sopra le descrizioni di Strabone, sopra le indicazioni di Frontino, e sopra la fede degli avanzi e monumenti della villa medesima, i seguenti punti: I.° Il Tuscolano era al XI miglio della via Latina. II.° Stendevasi a destra di quella via, accosto alla Lucullana che era a sinistra. III.° Era allo stesso livello della villa di Lucullo. IV.° Era accessibile all'acqua Crabra. V.° Superava in estensione i 200 iugeri di terreno. Posti quest' indizii certi del sito, ove deve cercarsi il Tuscolano, il dotto autore dimostra che tutti quegl' indizii non si verificano, che unicamente nel luogo ove ora trovasi Grottaferrata. Quivi adunque deve collocarsi, siccome la costante tradizione di quel popolo avea sempre sostenuto. Questa dimostrazione è appieno convincente: e l'ordine con cui la fa procedere l'autore, la erudizione onde conforta ciascun punto, le questioni secondarie che svolge opportunamente, la rendono pregevole a coloro che si occupano di questi studii. » Ser. VI, vol. 8. p. 346.

CODEX TRIGESIMUS SECUNDUS

Z. α. XXXII.

Fragmentum chartac. Cod. graeci *grammatici*, constans nunc foliis tantum quatuordecim, longit m. 0, 25, latitud. 0, 15, qui exaratus est saec. XV vel. XVI ineuntis, nexibus notisque multis refertus.

Elucidatio *barytoni* verbi coniugationis, deducta ex paradigmate v. τύπτω; ex qua gradus fit ad enucleandas formationes temporum in ver-

bis aliarum conjugationum, assumptis exemplis pro prima a v. λείβω, pro secunda a πλέκω, pro tertia ab ἐλεύθω, pro quarta ab ὀρύσσω. Ast istius non procul a fine deficit codex.

CODEX TRIGESIMUS TERTIUS

Z. α. XXXIII.

Cod. ms. chart. graeco-lat. saec. XVIII, tribus libellis constans, foliis vero omnino 51, longitud. m. plus 25, latitud. 0, 20, conscriptus opera et studio D. Dominici Mancinelli, quem pluries alibi laudasse contigit.

Prima igitur omnium sese profert dedicatoria epistola « *Regiae Celsitudini Friderici Christiani Regalis Poloniae et Electoralis Saxoniæ Principis,* » graeco et latino sermone conscripta. Tum venit duplex, uti dicam, opus rhythmicum, nempe Manuelis Palaeologi hymnus paracleticus in Deiparam ob *incursionem barbarorum*, incip. Απασα τάξις καὶ ἡλικία: et alter hymnus item in Deiparam paracleticus ob eamdem occasionem, opus Joannis, incip. Τὸν κραταιὸν ἐν ἰσχύϊ. Tum postea venit

I. Macarii ep. Philadelphiae oratio prima et altera in Deum,

II. Callisti Patr. CP. oratio una item in Deum: tres omnino sermones, uti hymni, ob eumdem finem confecti. Haec autem omnia a Mancinellio diligenter graece exscripta, et in latinum idioma translata.

ANIMADVERSIONES

Hymnus primus Manuelis Palæologi latine pridem a se versum typis vulgavit absque textu primigeno Hipp. Marraccius in *Caesaribus Marianis*, quem iterum protulit Migne in Bibl. Græcor. t. CLVI. Textum autem græcum, uti superius dixi, ex Cd. Z. δ. I eruit cl. Mancinellius, suaque primigeno græco idiomati magis adhaerente versione latina instruxit.

Alter hymnus facile tribui potest Joanni Euchaïtae, qui plures Canones paracleticos in *Christum* et in *Deiparam* edidit, insignitos cunctos acrostichide Ιωάννου, ut hic noster, in Ode IX. Vid. Lambec. Comm. V. p. 560 seqq. de Cod. 219, qui Vindob. Caesareus est theol. 78, secundum Nessellii Catal. n. 1. fol. 1.

Philadelphiensis Macarii, qui et *Crysocephalus* ex gente sua dicebatur, deprecationes illae duae ne mentionem quidem obtinent apud eruditos sive Fabricium sive Cavaeum, qui alter eius orationes ex Allatio recenset.

Item sacra precatio Callisti Patriarchæ nondum mihi visa est edita. Gretserus autem, teste Fabricio, edidit ejusdem Orationem in *Crucis exaltationem*.

CODEX TRIGESIMUS QUARTUS

Z. α. XXXIV.

Cod. ms. Z. α. XXIV, quem supra descripsimus, omnino palimpsestus quatuor prorsus habet vetustioris scripturae genera. Maior ex

his character uncialis sive saec. IV vel V, sive harum aetatum more tantum confectus, latens in foliis 3 et 13 codicis et aliis quibusdam, excipit aliquid e N. T. quod retulimus in Cod. A. δ. XXIV. n. IV. Isto autem charactere alius paullo minor insitus foliis 47-61, nec non 70-82, quo extremo desinit codex, capere mihi videtur opus incerti S. Patris de re sacra. Hac etiam scriptura minor alia, ast uncialis quae subest foliis pene cunctis ab initio libri ad fol. 47, complectitur sacros hymnos; quartum denique characteris, item uncialis generis, replet folia num. 62-69, quibus nonnihil prophanae historiae continetur, quod cl. Majus Card. edidit ceu appendicem tomi II *Spicilegii Romani* inscriptam: *De fragmentis historicis Tusculani*. Fragmentorum auctorem ignotum sibi ultro fatetur Editor, qui nihilominus illorum supplet lacunas ex historicis libris Joannis Malala. Quidquid sit de viro historico, non tamen adeo vetustum, qualem vult esse Majus, calligraphum dicere ausim; typus enim hujus scripturae non profecto aequat uncialem rectam ac rotundam rationem scribendi saec. V vel VI, sed porrectior est ac nexibus non omnino carens.

Interea hæc fragmenta unius forte scriptoris ita quadrifariam distribuit Majus:

I. Ex hist. Juliani imp. incip. Καὶ ἀνηνεχθέντων τούτων, et desin. αὐτοὺς ἐπ' εἰκάδι.

II. Ex historiis Arcadii et Theodosii impp. incip. τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, desin. Αττιλᾶς, ἵνα.

III. Ex hist. Theodosii II, incip. ὁ συγγενὴς βασιλεὺς ac desin. καὶ πάντας ἀπώλεσε.

IV Ex hist. Justiniani I. imp. incip. ἡμῶν δεσπότου Ιουστινιανοῦ (ex quo editor arbitratur historicum suum illi fuisse coaevum), et desin. ἔσσωθεν τοῦ αὐτοῦ.

CODEX TRIGESIMUS QUINTUS

Z. α. XXXV.

Cod. ms. chart. italicus saec. XIX, qui capit folia 242, fere long. m. 0, 28, latitud. metri 0, 15, aequo ac nitido charactere diligenter politeque a D. Philippo Berga, quem et graecos Codd. exscripsisse vidimus. Cfr. Δ. α. XLIX.

Magna sylloge est carminum ex omni genere versificationis italicae. Pleraque quidem levioris sunt argumenti, delectationis excitandæ causa, non adeo tamen, ut ridicula musa utilitati vulgi non parum etiam studeat, audientium *ridendo castigans mores*.

Poëtas etiam bonos habemus, versus multos ineditos, res pro hisce moribus opportune dictas, facta quoque ad historiam nostrorum temporum profutura.

Inter rhythmos italicos pene omnes habetur etiam carmen aliquod latinum, et ode sapphica graeca in laudem Pii IX, cœnobium nostrum quondam invisentis, inc. Χαῖρε θεῖον ἀσυφέλικτον εὖχος Χριστιανῶν, *Salve, o immortal decoro dei Redenti.*

CODEX TRIGESIMUS SEXTUS

Z. α. XXXVI.

Cod. ms. membr. græc. sæc. XIII, quem suo ordini adlegi (A. γ. II.) qui cum biblicus sit, post Menologium habet multa de *Ratione temporum* tum quoad Dominicos dies, tum quoad S. Pascha, quorum descriptionem, uti pollicitus sum, sub hoc novo numero aggredior.

Itaque primo habetur tabella, qua intuentibus pateat, quo singulorum mensium die post S. Pascha Dominicalia festa sese alterno ordine excipere possint.

Hinc locus fit disserendo de *signis Zodiaci*, de *circulis* solis et lunae, de *epachtis* ac de *indictionibus*, quae omnia auctor peritus non tantum ex aliis exscripsisse, quam potius ex se concepisse videtur, nam de solis circulo agens, istum porro anni illius perquirit; quod exemplum, uti de eius ratione eruditi iudicent, protulisse juvabit. Hic porro latine sermo est: *A creatione mundi nunc sex mille, septingenti et nonaginta sunt anni: si inde annos sex mille, septingentos diducas vicenis octonis, supersunt octo: addas hoc numerum ceteris sequentibus numeris idest nonaginta octo, et diducas hunc quoque numerum vicenis octonis, quidquid superest, dat circulum solarem.*

Tum more sacrorum rituum pergit auctor ad conficiendas alias tabellas pro periodis *octo tonorum* (ὀκτοήχου) *Anastasimi*, et evangeliorum dominicalium reperiendis, nec non pro die, quo contingat quotannis S. Pascha.

Deinde alias scriptor tabellas subnectit de *lunae* periodico cursu, de quo plura etiam disserit.

Postremo opus universum coronat tribus schematibus, primo scilicet de lunae variis formis, altero de planetarum cursu, tertio denique de sphæræ terrestris zonis distinctæ et de solis ecliptica.

CODEX TRIGESIMUS SEPTIMUS

Z. α. XXXVII.

Autographon operis, quod paucis abhinc annis in lucem prodiit inscriptum: « *Le glorie di S. Gioacchino, padre di Maria Vergine, secondo i Padri di Oriente, esposte da D. Antonio Rocchi Monaco Basiliano: Grottaferrata coi tipi della Badia 1878.* »

Est igitur integrum Ms. cui tantum quaedam Praefationis folia desiderantur, fere universum ab auctore exaratum.

De hoc opere plures religiosi eruditique viri, nec non publicae ephemerides, in Galliis quoque et Germania, suam protulere sententiam Apud nostrates vero prae ceteris librum cognovit, multis quoque descripsit et commendavit peculiari articulo literarium Periodicum *La Civiltà Cattolica* (Ser. X, vol. XII, p. 593).

ANIMADVERSIONES

Illud in hoc opere singulare habetur, quod ex ipsis orientalibus traditionibus eadem ipsa Joachim Sancti *genealogia* proferatur, atque in occiduis latinis terris jampridem tradebatur. Igitur cl. auctor ex *Epiphanio mon. hagiopolita* (Cfr. *Append.* I, p. XV) eodemque scriptore sæc. VII vel VIII quamdam exhibet genealogiam S. Viri, quam quidem Epiphanius e Patribus vetustioribus hauserat; qua Joachim, patrem et majores ejus agnoscimus, nec non familiæ queddam agnomen, ejusque Sancti nomen etiam duplex esse discimus. Certe quidem librariorum inscitia aut oscitantia narratio illa in textu *epiphaniano* mendosa atque admodum depravata conspiciebatur; sed diutino seduloque auctoris nostri studio enucleata atque correcta, eo deducta est, ut sensum vero jam satis similem præbeat, scilicet: Joachim, qui ex agnomine Melchi patris sui, *Pantheris* cognomento aucti, *Barpanther* quoque, seu *Pantheris* filius, dicebatur, ipsum esse atque eumdem Heli, quem Lucas evang. (III, 23) inter natu majores Christi recenset. Itaque lætari pius lector hac etiam de causa potest, Deiparæ Parentis sanctissimi, et universam utriusque generationem jam inde a Davide, ab Abraham, ab Adam, imo a Deo ipso (tamquam humani generis creatore) relatam et singillatim in sanctis Evangeliis esse descriptam.

CODEX TRIGESIMUS OCTAVUS

Z. α. XXXVIII.

Cod. ms. græc. Palimpsestus sæc. XII, latens in Cod. B. α. XVII, excipiens fragmentum fol. octo, nempe a f. 145 ad 152 incl. parvo, denso et aequali charactere exaratum, cuius initiales literae rubro colore dantur, uti etiam tituli, confecti ex typis altis et inter se valde connexis.

Porro quid scriptura exhibeat, affert titulus quidam medius (fol.

148) ita se habens : Εἰς τὴν κοσμοποιίαν ἐκ τῆς γενέσεως καὶ Χρονικῶν ε' καθεξῆς συλλεγὲν παρὰ Συμεὼν μαγίστρου καὶ λογοθέτου, ἐκ διαφόρων χρονικῶν καὶ ἱστοριῶν δε... *In Cosmopoeiam*, seu creationem mundi, *e Genesi et Chronicis libris quinque ordine collectum a Symeone Magistro et Logotheta e variis chronicis et historiis.* Incipit: ... ὁ ἄχρονος τόν δε τὸν κόσμον μὴ πρότερον ὑφεστῶτα ἐν χρόνῳ παράγων ἐποίησεν (καὶ) οὐρανὸν καὶ γῆν συνεπέστη δ' ἐπὶ γῆ τό τε ὕδωρ καὶ πῦρ. *Qui est sine tempore, mundum hunc, qui prorsus non existebat, in tempore constituens creavit et cœlum et terram, immisitque super terram tum aquam tum ignem.*

ANIMADVERSIONES

Multæ vulgo dantur in Mss. et in Editionibus huiusmodi *Chronicorum* syntomæ, eædemque ex Symeone magistro et Logotheta collectæ circumferuntur. Cfr. Fabric. cum Harl. tom. XI p. 328, apud quem cl. Leo Allatius (Diatriba de *Simeonibus* Paris. edit. 1664, 4) inquit: « Eiusdem (Simeonis Sethi, qui claruit sæc. XI exeunte) *Historia chronica vulgari lingua a creatione mundi usque ad imp. Constant. Ducæ*... Alibi quoque legi: *In mundi opificium ex Genesi et Chronicis per seriem opus collectum a Symeone magistro et rethorico logothete ex diversis Chronicis et Historiis in se.* » Tum citatis de hac re Codd. tribus e bibl. publ. Parisiensi, addit: « *Romæ* in bibl. Patrum S. Basilii *Sim. magistri logothetae chronica*, e multis chronicis compilata, et in bibl. monasterii S. Salvatoris Basilianorum Messanæ Cod. LXXV eiusd. *chronica* vid. Montfaucon. Bibl. bibliothec. mss. p. 198 *B.* et 199 *A.* »

CODEX TRIGESIMUS NONUS

Z. α. XXXIX

Cod. ms. chartac. lat. saec. XVII ineuntis, complectens folia 250, longitud. m. 0, 13, latitud. 0, 10, diligenti quidem manu at non bono charactere exaratus, pergamenis albis ligatus, cuius in fronte titulus item vetustus habet: « Pauli Bombini Poëmata Ms. »

Excipit igitur *Anthologiam poëticam* quae, uti liquido patet, prodiit ex rhetoribus literatisque viris Collegii Romani, eademque praebet, paucis tantum exceptis frondosis versibus vitio saeculi indulgendis, flores vere apollineos, quos e Parnaso latino cultores, aliis jam operibus auctores praestantissimi, colligere atque in optimum quemque usum praesertim sacrum proferre consueverant. Si duo tantum poëmata comica inde auferas et aliquot praeterea *carmina*, genus hujus Poëseos epigrammaticum et lyricum dices. Poëmatibus nonnullis tantum auctores ad marginem notantur, scilicet (P. Terentius) Alciati, (P. Bernardinus) Stefoni cui plura inscribuntur, P. Ber. Collaga et P. (Tarquinius) Galluzzi. Quapropter reliqua plus minus, arbitrabor, tribuenda erunt, ad tituli fidem, eidem Bombinio.

ANIMADVERSIONES

Aetas Codicis constringitur ad primos annos sæc. XVII hac epigraphe italica, carminis ultimi margini inferiori suffixa: « *A dì* 28 *di Settembre* 1612, *Claudio Rastelli hora fra Serafino Rastelli si vestì nella Minerva insieme con Paolo Palombara a lore* 24 / ÷ *mio amicissimo.* »

Quin de singulis dicam, Bombinius Cosentinus traditur orator, philosophus et theologus non gregarius extitisse, imo linguarum pulchrarumque literarum cultor eximius. Primo sodalis Jesuita legit e cathedra Collegii Romani, deinde ad Somaschorum sodalitatem accedens, nominis gloriæ, virtutum ingeniique laudis jacturam passus non est, qui a multis adhuc commendatur, maxime vero a Leone Allatio in op. *De apibus urbanis* (Cfr. Moreri Diction. histor.).

CODEX QUADRAGESIMUS

Z. α. XL.

Libellus ms. italicus saec. XIX, spissus foliis 28, fere omnibus altis m. 0, 31, latis vero metri 0, 21, excipiens autographon operis titulum exhibentis: « *Grossi Gondi Augusto-Cancani Filippo, Descrizione delle rovine di Ostia Tiberina e Porto,* » quod opus editum est anno ineunte 1883 *Romae in offic. typogr. in foro Pacis.*

Iam vero mox post *Auctoris ad Lectorem ep. dedicat.* bifariam tributo opere, primum describitur *Ostia* vetus et nova, nec non ipsa *Via ostiensis*, deinde *Portus* item vetus ac novus, nec non *Micina*, nunc *Fiumicino*, qua ora dextra Tiberis influit in mare.

ANIMADVERSIONES

Cum hæc parvula Tiberina statio nuper via ferrea, qua ex urbe illuc brevi pergitur, paullo celebrior facta sit, et per cunctam eam regionem utiles jam inde uno a sæculo effossiones habeantur, clari auctores pro re nata opellam parvam at non parvi momenti elucubrarunt, tum compendium historicum illorum locorum cuiusque aetatis apte perficientes, tum ea recensentes, quæ tam multa reperta sunt *veteris Ostiæ* vestigia et ornamentorum reliquiæ.

Fini huius Ms. appacta est tabula *topographica* hæmathite delineata, qua expressius ob oculos ponantur *Ostiæ et Portus* ruderes jam ex descriptione cogniti. Quapropter nos utrique scriptori gratulantes, opellam hanc eruditis probatam, studiosis utilem, cunctis vero jucundam et acceptam fore auguramur.

CODEX QUADRAGESIMUS PRIMUS

Z. α. XLI.

Cod. ms. chartaceus, olim sign. B. 45, sæc. XVII, spissus foliis 110, longit. m. 0, 32, latit. 0, 23, excipit exercitationes D. Romani Vassalli ab. Cryptoferratensis et nova studia in re universa SS. Rituum græcorum.

Ista vero versantur potissimum in quamplurimis hisce vocibus ingenio et eruditione multa explicandis, quod ea quidem mente auctor facere aggressus esse videtur, ut vel *Euchologium* conficeret exemplo P. Goarii, qui nuper opus magnum suum absolverat, vel *Lexicon* liturgicum aut aliud quid simile elaboraret.

ANIMADVERSIONES

D. Philippo Vitali acceptam referre debemus hanc syllogem, ille enim, quaecumque essent, libellos vel folia collegit, et consuit in librum, quidquid demum exaratum haberent, latina etiam quædam Acta SS. ascetarum, quæ Vassallius non tam multa ex græco idiomate interpretatus erat, quam potius plura ex se ipso composuerat, credo equidem, ut Martyrologium monasticum conderet.

Accedit elenchus quindecim hymnorum S. ANDREÆ CRETENSIS, quotquot editos vel ineditos ille reperiret, quibus ipse alios addendos inveni. Tum etiam adest aliquid de electione Urbani VI, et pauca excerpta de Conc. Florentino ac Tridentino. Denique sermo italicus sup. Cant. VII, 5. *Comæ capitis tui* etc. cui titulus « *Delli pensieri della Vergine.* »

CODEX QUADRAGESIMUS SECUNDUS

Z. β. XLII.

Autographon operis latini, cui titulus: «*Ad Typica Graecorum, ac praesertim ad Typicum Cryptoferratense S. Bartholomaei abbatis, animadversiones Theodori Toscani hierom. monasterii Cryptae ferratae Ord. S. Basilii M.*» quod opus Romae editum est typis S. Congr. de Propag. Fide an. MDCCCLXIV.

Ms. excipitur duobus libellis, quorum in primo *Animadversiones* istae continentur, qui constat f. 45, long. m. 0, 32, latit. m. 0, 22, latine ac manu propria auctoris nitide exscriptus. Alter autem libellus altus quidem m. 0, 29, et latus metri 0, 42, folia omnino tresdecim habet continens *Specimen comparationis inter Typica occidentalia Casulana, Cryptense, Bovense et orientalia S. Sabae.* Hæc porro collatio in hoc ms. fit dumtaxat de quibusdam festis solemnioribus, dum in Editione pone sequitur etiam *Kalendarium quadruplex* desumptum ex pluribus Menologiis.

ANIMADVERSIONES

Auctor huius agendæ lucubrationis fuit Card. Reisach relator in Collegio PP. a Negotiis orientalibus obeundis, uti patet ex eiusdem literis datis d. VII Aug. an. 1862 ad Nic. Contieri monasterii Priorem. Porro hunc ille rogat, ut deleget PP. Toscanium et Cozzam, qui ad S. Congr. de Prop. Fid. referant de nonnullis quæsitis supra Typicum Cryptæ Ferratæ, quae ipse modo exponit.

Igitur tota hæc provincia P. Toscanio data est, qui multa hac super re se laude gessit, quemadmodum ostendit, inter alios qui de scripto cognoverunt, Period. *La Civiltà Cattolica*, quæ articulum peculiarem insumsit, ut expenderet libellum, et Typicum Cryptoferratense magis magisque, duce scriptore, in lucem et existimationem omnium proferret (Ser. V, vol. VI, p. 329 et seqq.).

CODEX QUADRAGESIMUS TERTIUS

Z. .α XLIII.

Fragmentum Cod. olim sign. Z. β. VIII, graeci vetustissimi saec. VII vel VIII exarati, excipiens, praeter aliquot frustula, duo pene integra folia nunc long. m. 0, 27, latit. 0, 24. Ceu venerabilis vetustatis reliquiae, singula haec fragmenta, binis inclusa crystallis, in pluteis Archivii nostri religiose adservantur. Exscripta sunt tribus columnis, charactere unciali, excipiuntque opus *geographicum Strabonis.* (Cfr. Cod. A. δ. XXIII).

At cum saec. XI pessum iam iret Codex *strabonianus*, solutus est, disjectisque medio foliis et oblique complicatis, exscriptae sunt charactere ligato res SS. Bibliorum, ex quo primum *Strabo* evasit palimpsestus. Quin imo iterum factus est palimpsestus; nam alicubi apparent etiam vestigia intericctae scripturae, res quasdam liturgicas exhibentis.

ANIMADVERSIONES

Detectionem huius pervetusti Codicis acceptam referre debemus cl. Jos. Cozza ab. Basiliano, qui publici juris fecit fragmentum unum per parvam dissertationem an. 1875, et dicatam cl. P. Angelo Secchi S. J. typisque datam recitari fecit in quodam Conventu Accademiæ *Arcadicæ*. Ibidem me plura accipientem de Codicis natura, vetustate ac pretio, cum desit elucubrationis autographon, juvat quidquam inde delibatum præbere eruditis. Itaque de triplici scriptura, deque omnium prima ac pervetusta ita loquitur cl. auctor. « Nè solo una volta fu scritto il codice; ma « con un di quelli esempi piuttosto singolari « che rari, prima dell' *Antico Testamento* « già avea ricevuta un' altra scrittura di ma« teria sacra; e questa seconda scrittura avea « preso il luogo della prima antichissima « dello Strabone; di maniera che i fogli del « codice sono scritti per ben tre volte l'una « sull'altra. Ma la più antica è quella che « richiama la nostra attenzione.

« Il foglio nelle proporzioni descritte « non è che la metà di un foglio dell'antico « codice geografico. Questo foglio era forma« to da due fogli del presente, di guisa che « aperto si estende a centimetri 24 in alto « e 28 in largo, sebbene sia stato ritagliato « nei margini, come mostra qualche parola « anticamente aggiunta in margine ed or con « questo mozzata; siccome è nella prima co« lonna del fac-simile alla linea 28.

« Ciò che rende più ammirato l' indaga« tore, si è il trovare in questi frammenti « un di quelli antichissimi codici scritti a « tre colonne ciascuna di circa linee 38 in « belli caratteri greci unciali o maiuscoli « alquanto inclinati, senza distinzion di pa« role e con rari segni ortografici.

« Chi impegnar ci volesse a decidere « dalla sola forma l' età della scrittura, « ci porrebbe in una delle questioni paleo« grafiche, che sebbene alcuni di leggieri a « prima vista decidano, pure a noi parve « sempre difficil cosa poter precisamente de« terminare; poichè massime nelle scritture « unciali la calligrafia non molto si distingue, « ed è necessario l' occhio molto esercitato « in cosiffatti scritti ben rari, e di cui ra« rissimi son quelli di certa data atti ad isti« tuire confronti. Pure se quel che ne sem« bra dir dobbiamo, senza escir dai domestici « esempi, l' età del nostro Strabone sarebbe « da porsi avanti a quella del palimpsesto « biblico che noi publicammo nel 1867 *(SS.* « *Bibliorum vet. fragment.)* il quale fu giu« dicato di circa il secolo VII » *(Dell'ant. Cod. della Geogr. di* Strabone, *nei palimpsesti di Grottaferrata Rom.* 1875, *p.* 7 - 8).

CODEX QUADRAGESIMUS QUARTUS

Z. α. XLIV.

Cod. ms. bombycin. graecus olim sign. z. β. v, saec. XIV, constans foliis 79, longitud. metri 0, 21, latitud. 0, 14, sat pulcher ornatibus et charactere. Integer deinde et paucos ante annos ad margines restitutus, ac non modo bono sed a diligenti calligrapho exaratus, qui in margine notis indicat, si quid alicui versui notandum insit, v. g. γνω (γνώμη) *sententia*, aut ὡρ. (ὡραῖον) *pulchrum*.

Excipit poëma, genus milesiarum narrationum, compositum versibus *politicis* in facta et laudem cuiusdam Basilii Digenis Acritae equitis, uti mox *propositio* exponit in Prologo, qui incipit:

Επαινοι καὶ τρόπαια ἐγκώμιόν κ... ὧν
τοῦ τρισμάκαρος ἀκρίτου βασιλείου,
τοῦ ἀνδρειοτάτου τε γενναιοτάτου,
τοῦ τὴν ἰσχὺν ἔχοντος πᾶσαν θεοῦ δῶρον,
καὶ κατατροπώσαντος πᾶσαν (Ασ)ι'(αν)?
τὴν Βαβυλῶνα, Χαρζιανήν τε ὁλ(ην),
Αρμενίαν τε καὶ τὴν Καππαδοκίαν,
τὸ Αμόριν τε καὶ τὸ Ικόνιν ἅμα...

Codicem fere totum occupat poëma *Basilius Acritas*, scilicet a fol. 1. ad fol. 73. Hoc folio v. incipiunt *Paraeneses* Alexii Comneni ad nepotem Alexium, filium Joannis Rogerii Cæsaris (?)

Γραφαὶ καὶ ϛίχοι διδαχῆς καὶ νουθεσίας λόγοι
Αλεξιοῦ κομνηνοῦ τοῦ μακαρίου ἐκείνου,
τοῦ ὄντος μεγάλου εἰς φρόνησιν καὶ σύνεσιν παντοίας,
πρὸς τὸν τοῦ πρίγκιπος υἱὸν καὶ κομνηνὸν μροθ.
ἔγγονον ὄντα εὐσεβοῦς ῥηγὸς τοῦ ῥογερίου.

Versus *politici* dicuntur, et in Cod. prorsus tercenti viginti tres existunt. Porro opus istud *comnenianum* dicitur editum Venetiis a Christoph. Zanetto (Fabric. edit. Harl. t. VII, p. 738).

Calligraphus carminis inscriptionem aggressus non absolvit:

Οἱ ἐντυγχάνοντες τῇ δε δὴ βίβλῳ σοφοῦ σπανίου
Αλεξίου κομνηνοῦ καὶ τῆς σοφίας βάθος,
τῆς ἐν αὐτῶν.

Qui in hunc librum offenditis sapientis Spaneae Alexii Comneni etiam profunditatem sapientiae in his (latentis arripite...)

ANIMADVERSIONES

Poëmatium Comneni jam multis abhinc annis in Codice inspexerat, sibique exemplar fecerat cl. J. Müller, qui sui mnemosynon notitiam reliquit istam: « *Romanzo cavalleresco in otto canti (versi politici), la cui scena è in Oriente, e più particolarmente in Cappadocia. Vi è molto parola delle lotte contro i Saraceni e della conversione di tali al Cristianesimo; anzi il padre dell' eroe stesso è Saraceno, convertito per amore di bellissima donna greca (ῥωμαΐσσα), che fu poi madre dell' eroe. I primi canti appunto rac-*

contano la conversione del padre, suo sposalizio ed avventure. È romanzo affatto simile a quello del medio evo nostro di circa 400 *versi* (quos tamen certe ille non supputaverat): *fra il foglio* 66-67 *è una lacuna, manca almeno un foglio* (scilicet uti mox ibi explicabat, lacuna fit in lib. VI). *Questo romanzo cavalleresco, imitazione dei Francesi, ma originale greco (non versione, chè anche di questi si trovano) sarebbe il terzo conosciuto di tal genere, due altri inediti trovandosi nella Biblioteca di Parigi.* » Hactenus J. Müller.

Sed an. 1879 idem poëma alius vir literatus consideravit, Spyridion Lambros græcus, qui opus uno post anno Parisiis perficiens inscriptum: *Collection de Romans Grecs, Maisonneuve* et C^ie^. *libraires, Quai Voltaire* 25, in præfat. Cod. p. XCVIII describit, et ex poëmatis singulis libris delecta loca exscribit, breviora argumenta cuique præjaciens. Postremo secus ac de integritate Codicis nobis mandaverat Mullerius, hæc adnotat: « Le manuscrit de Grotta-Ferrata est d' une excellente main et d' une conservation qui ne laisse rien à désirer; il n'y a que très-peu de passages qui soient difficiles à déchiffrer. Le poème sur Digénis y est entièrement complet; c'est au moins notre impression d'après l'examen, d'ailleurs rapide, que nous en avons fait, quoique M. Müller, dans une courte note laissée dans le manuscrit lors de sa visite à ce couvent, estime qu'il y manque un feuillet au moins, entre 62 et 63. Nous ne pouvons signaler qu'une petite lacune, de vers probablement, dans le quatrième livre, indiquée à la marge du manuscrit même par l'abréviation $\lambda\varepsilon\acute{\iota}^{\pi'}$. »

Quoad alterum carmen ita rursus Doctor Taurinensis: « *Seguono versi parenetici di Alessio Comneno a suo figlio Spanea* (Fabric. loc. cit. habet ad Alexium *nepotem*), *cioè il così detto Spaneai* (sic). *Sotto questo titolo, più volte stampato a Venezia e diffuso molto come libro popolare fra il volgo greco.* » Diversus titulus inest huic carmini in Cod. 297, XI Bibl. Nan. ubi a v. 2. pergitur:

Πρὸς τὸν τοῦ τριγγιπος υἱὸν καίσαρος βρυεννίο,

Καὶ αὐτοῦ παμπόθητον γνήσιον ἀνεψιόν.

SERIES NONA

CODICES PHILOSOPHICI

CODEX PRIMUS

z. β. I.

Cod ms. membran. latinus saec. XV, foliis constans scriptis 90, longitudin. metri 0, 17, latitudinis fere 0, 11, ligatus externe pellibus flavis, ornatuque impressis, compositoque charactere exaratus nigri coloris, spissoque in una quaque pagella triginta lineis. Prima litera grandior ex auro et colore conficitur, aliquot inde aliae sunt sandarachinæ, ceterae omissæ sunt.

Excipit Codex tres libros *De officiis* M. T. Ciceronis ad Marcum filium, neque quidquam desiderari videtur. Notæ marginales creberrimæ sunt primo libro, desunt fere omnino ceteris.

CODEX SECUNDUS

z. β. II.

Symmicta Geographiæ et Arithmeticae ex pluribus libellis, pene longis metri 0, 20 ac latis metri 0, 14, hoc ordine disposita, a diversis calligraphis exarata sæc. XVIII.

I. *Tractatus de sphæra artificiali sive Archimedea dictatus ab A. R. P. Virginio Provenzali S. J. anno salutis 1707.* Eadem sphæra armillata delineatur.

II. Fol. 1. De *Physica* universim spectata Dialogus inter Chrysanthum et Hesychium. Latine scribitur, et D. Epiphanio Stavvischi ab. dicatur, hic item proinde pertinet ad saec. XVIII.

Fol. 2. v. De *Metaphysica* universim spectata: Dialogus inter eosdem *Chrysanthum et Hesychium.*

Fol. 4. v. Appingitur jocus poëticus dialogicus *de sole super mare coruscante;* at hic rhythmus italicus desinit in jambos latinos.

III. Tractatus *Geographiae*, italice conscriptus ab Epiphanio Mazio, saec. XVIII inter XIX: complexa sunt inibi multa de *Geographia* physica.

IV. Opus eiusdem scriptoris *Elementi di Aritmetica*, quibus subsequitur aliquid de arte *Algebrica.*

CODEX TERTIUS

Z. β. III.

Libellus chartac. saec. XVIII, spissus foliis 46, long. m, 0, 27, latitud. 0, 19, excipiens epistolas duas *philosophicas*, in quibus defenditur illud Cartesianum, *Cogito ergo sum.* Auctor, qui se subscribit nomine Acrotono, datque literas Crypta ferrata pridie Kal. Augusti an. 1747, videtur esse unus e monachis, eo magis quod Gregorius Piacentini parum elucidet sententiam scriptoris, qui est p. Monaldinius.

Accedunt literae datae ad auctorem d. XXVIII Oct. 1748 a quodam Fr. Raymundo a S. Praxede, qui plus minus approbat dissertationem, dum vero alter judex ad ep. II hæc appinxit: «*È pensata con fina metafisica, condotta con buona dialettica ed ornata di figure dicevoli e graziose... L'Ilare tra i Peloritani.*

Obiter notandum quod hæccine ficta nomina quae in isto et superiore Ms. leguntur, propria sunt collegis *Accademiæ Basilianae*, de qua confer *Prolegomena.*

CODEX QUARTUS

Z. β. IV.

Codex ms. chartac. graec. saec. XVI, constans paginis scriptis 124, seu foliis 62, longitud. metri paullo plus 0, 12, latitud. 7, optimo charactere exaratus eodemque ita elaborato, ut vix dignoscas ab editionibus, nitido sane et eleganti, etsi notis et signis referto.

Pagella prima habet ornatum praefixum titulo rerum, atque infra stemma Card. Farnesii fascio laureo redimitum, duobus geniis sustentum, cui inferius vox ista subnectitur: ὀλβιος ἀεί. *Semper felix!* Item ex auro multae majorum literarum praesertim in titulis, quibus insunt

etiam lineae auro vel rubro alternae exaratae; itemque libri frontes inauratae exstant.

Porro titulus est: Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου Ποιμάνδρης, nempe « Hermetis Trismegisti *Poemander*, » seu (Fabr. Bibl. græc. l. I. c. VII) *Sermo de natura rerum et creatione mundi*, quem Hermes a Poemandro doctum se refert, qui vir procerus sibi adstitisse visus fuit: visionem vero e vestigio mox narrat philosophus. Quae vero hoc tractatu agantur, ex titulis continuis graece tantum relatis exhibentur:

Pag. 1. *α'*. Περὶ δυνάμεως καὶ σοφίας θεοῦ. P. Ἐννοίας μοί ποτε.

Pag. 15. *β'*. Ἑρμοῦ πρὸς Τὰτ λόγος καθολικός. P. Θεὸς τὸ θεῖον.

Pag. 21. *γ'*. Ἑρμοῦ ἱερὸς λόγος. P. Δόξα πάντων ὁ θεός.

Pag. 23. *δ'*. Ἑρμοῦ πρὸς Τάτ· ὁ κρατὴρ ἢ μονάς. P. Ἐπειδὴ τόν πάντα.

Pag. 29. *ε'*. Ἑρμοῦ πρὸς Τάτ υἱόν, ὅτι ἀφανὴς Θεὸς φανερώτατός ἐστι. P. Καὶ τόν δέ σοι.

Pag. 35. *ς'*. Ὅτι ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ. P. Τὸ ἀγαθὸν, ὦ Ασκληπιέ.

Pag. 40. *ζ'*. Ὅτι μέγιστον κακὸν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἡ περὶ τοῦ θεοῦ ἀγνωσία. P. Ποῖ φέρεσθε, ὦ ἄνθρωποι.

Pag. 41. *η'*. Ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται, ἀλλὰ τὰς μεταβολὰς, ἀπολείας καὶ θανάτους πλανόμενοι λέγουσι. P. Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος, ὦ παῖ.

Pag. 44. *θ'*. Περὶ νοήσεως καὶ αἰσθήσεως, ὅτι ἐν μόνῳ τῷ θεῷ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ. P. Χθὲς, ὦ Ασκληπιέ.

Pag. 50. *ι'*. Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου κλείς. P. Τὸν χθὲς λόγον.

Pag. 64. *ια'*. Νοῦς πρὸς Ερμῆν. P. Κατάσχες οὖν τοῦ λόγου.

Pag. 77. *ιβ'*. Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου περὶ νοῦ κοινοῦ πρὸς Τάτ. P. Νοῦς, ὦ Τάτ.

Pag. 89. *ιγ'*. Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου πρὸς τὸν υἱὸν Τὰτ, ἐν ὄρει λόγος ἀπόκρυφος περὶ παλιγγενεσίας καὶ σιγῆς ἐπαγγελίας. P. Εν τοῖς γεννικοῖς.

Pag. 97. *ιδ'*. Ὑμνῳδία κρυπτὴ· λόγος δ'. P. Πᾶσα φύσις κόσμου.

Pag. 100. *ιε'*. Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου Ασκληπιῷ εὐφρονεῖν. P. Επεὶ ὁ υἱός μου Τάτ.

Pag. 106. *ις'*. Οροι Ασκληπιοῦ πρὸς Αμμον βασιλέα περὶ θεοῦ, περὶ ὕλης, περὶ κακίας, περὶ εἱμαρμένης, περὶ ἡλίου, περὶ νοητῆς οὐσίας, περὶ θείας οὐσίας, περὶ ἀνθρώπου, περὶ οἰκονομίας τοῦ πληρώματος, περὶ τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπου. P. Μέγαν σοι τὸν λόγον, ὦ βασιλεῦ.

Pag. 115. *ιζ'*. Περὶ τῆς ὑπὸ τοῦ πάθους τοῦ σώματος ἐμποδιζομένης ψυχῆς. P. Τοῖς τῆς παμμούσου μελῳδίας.

Pag. 120. *ιη'*. Περὶ εὐφημίας τοῦ κρείττονος, καὶ ἐγκώμιον βασιλέως. P. Αλλα σπεύδει ὁ λόγος.

Hoc absoluto XVIII sermone explicit liber, cui fortasse quidquam aliud adjiciendum erat, calligraphi sententia, qui foliolo, quod album supererat scriptis, quaterniolum insuper appinxit.

ANIMADVERSIONES

Series librorum seu tractatuum Termegisti ex collatione nobis habita super recensionem, quam instituit Fabricius (Bibl. Græc. ed. Harl. vol. I, p. 57.) maxime convenit

cum ea editione quam in lucem dedit, sed latinam tantummodo, Marsilius Ficinus, factam ex Codice Græco quodam Macedonico. At tractatus ιδ'. XIV deest in Ficino, et universim in ceteris a Fabricio relatis, ni fortasse subsit diversitas tantum in titulo. At tres inde libros sub nomine *Asclepii* superioribus adiectos protulit græce, teste eod. Fabricio, Turnebus Hadrianus, Parisiis an. 1554.

Scriptor nostri Codicis, ut testatus est mihi cl. Josephus Cozza ab. procul dubio extitit *Joannes a Mallia Hydruntinae Diœceseos*, qui alios huiusmodi Codices conscripsit sæculo XVII. In Bibliotheca Græca-Cyrilliana refertur Cod. 254, fortasse ab eodem conscriptus, at eo certius Cod. gr. Vat. 1357. Hoc autem apographon ex Farnesiano stemmate, quod superius dixi, dicasse crediderim alterutri Farnesiorum Patrum Cardinalium aut Alexandro aut Odoardo, qui Abbates Commendatarii Cryptensis Monasterii extitere annis pl. m. sex et septuaginta.

CODEX QUINTUS

z. β. V.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, constans foliis scriptis 50, long. metri 0, 22, latitud. pl. 0, 15, bono charactere exaratus. Titulus præfigitur: *Physicæ pars prior, Physica generalis, seu De corpore naturali in genere.* Adest tantum liber primus: *De essentia et proprietatibus internis corporis naturalis.*

CODEX SEXTUS

z. β. VI.

Cod. ms. latin. saec. XVIII, folia habens 57, dimensionis ejusdem, uti etiam characteris, quam proxime superior. Iamvero utriusque cod. auctor mihi videtur P. Muscari ab. Basilianus.

Excipit cursum *Physicae particularis*, divisum in tres libros, quorum primus agit de *Mundo* et *Cœlo*, alter de *Ente generabili*, tertius de *Elementis*. Praeterquam quod quisque liber figuris instruatur, in fine voluminis tabulae quoque figurarum plurium dantur, quæ omnes calamo sunt optime exaratae.

CODEX SEPTIMUS

z. β. VII.

Cod. ms. chartac. lat. saec. XVIII, constans foliis scriptis 122, quibus adiacent quaedam alba relata, longitud. metri pl. 0, 21, latit.

pl. 0, 15, bono charactere exarata et elegantiore praesertim in literis grandioribus etiam ornatis. Duo libri excipiuntur de *Physica*, scilicet lib. III. de *Physica generali*, seu de *Motu* et *Quiete*, et liber IV de *Physica particulari* seu de *Corpore animato*.

Prioris libri tractatio calamo ductis figuris a scriptore passim declaratur.

CODEX OCTAVUS

z. β. VIII.

Cod. ms. chartac. lat. saec. XVII, constans foliis scriptis 146, longitud. metri fere 0, 19, latitud. 0, 13. Titulus inest: *In universam Aristotelis Logicam quaestiones*.

Auctor ex charactere (cfr. Cod. z. δ. XII) mihi profecto est cl. D. Petrus Menniti Ord. N. Abbas generalis. Est bonus calligraphus, qui librum ad titulos praesertim grandioribus literis, initio autem omnium flosculis calamo ductis ornavit. Quoad res pertractatas codex est integer, at mutilus, si respicias adnumerationem, supputatio enim incipit a fol. 47, cui, equidem credo, praecurrebat olim procemialis *Introductio in organum Aristotelis, seu de tribus operationibus intellectus humani*, uti fit in aliis hujusmodi Codicibus.

CODEX NONUS

z. β. IX.

Cod. ms. chart. latin. saec. XVIII, constans foliis 200, longitud. metri 0. 20, latitud. 0, 14, bono charactere diligenterque exaratus, uti videtur, a D. Macario Scirman, monacho Cryptoferratensi. Disputationes sunt in *Logicam Aristotelis universam*. Deest tantum pars procemialis *de Organo Aristotelico*, seu de *triplici intellectus operatione*.

CODEX DECIMUS

z. β. X.

Cod. ms. chart. graecus saec. XVIII ineuntis, constans foliis omnino 129, longitud. metri 0, 19, latitudinis 0, 13, bono charactere diligentique cura exaratus. Est *Miscellanea* philosophica.

Fol. 1. Index ordine alphabetico digestus de rebus theologicis.

Fol. 21. *Enchiridion philosophicum in duas partes distributum*, nempe *Logicam* et *Physicam*. Hæc altera pars, potior in codice, universum suo nomini adscivit, eaque maior propriis numeris supputatur usque ad fol. 73.

Fol. 74. Alter Index theologicus eodem quo primus ordine digestus.

Fol. 95. Index ipsius *Enchiridii*.

Fol. 98. Brevis philosophica pertractatio « *De Deo promotore seu de influxu causae primae in causas secundas.* » Alia heic manus apparet, quae opus non perfecit, sed cum pagella tertia inexpletum desivit.

ANIMADVERSIONES

In fronte inscribitur liber: « *Analysis Damasceni* » quippe, credo, quod auctor perinde existimaverit doctrinam S. Patris et methodum in suam tractationem quasi solutas infudisse. Philosophum non comperi, at in proœmio aperte ostendit se Basilianum esse monachum. An vero sit Jo. Chrysostomus Scarfò, decus nostri Ordinis, qui floruit ineunte sæc. XVIII, quique traditur (Cfr. *Delle poesie varie del p. Scarfò*, *Venezia* 1737) opus huiusmodi perfecisse, non ausim adserere. Character quidem abhorret, at enim apographon alterius dixeris e nostris, præsertim cum cl. Scarfò fuerit etiam Romæ in Coll. S. Basilii.

CODEX DECIMUS PRIMUS

z. β. XI.

Cod. ms. chart. latin. saec. XVIII, constans foliis omnino centum et sexaginta sex, longitudinis metri plus 0, 20 latitud, pl. 0, 14.

Opus philosophicum de *Logica et Dialectica* fit per Disputationes « *elaboratas* a D. Paulo Ciscar *professore in universitate Valentina et scriptas a* D. Francisco De Canavera et Mendoza. »

CODEX DECIMUS SECUNDUS

z. β. XII.

Ms. chart. italica saec. XIX, quae constant pluribus libellis, plerisque vero longitud. m. 0, 30, latitud. 0, 20, autographa D. Nicolai Contieri Ab. Cryptoferratensis, postea archiep. Caietani.

Cursum philosophicum excipiunt, *Ideologiae* praesertim et *Logicae*, quæ non minus dilucide, quam profunde exponuntur.

Tum veniunt notiones *Algebrae*, et *Arithmeticae*, quae omnia intellectus altitudinem mirifice sapiunt.

CODEX DECIMUS TERTIUS

Z. β. XIII.

Cod. ms. chartac. latin. saec. XVII, constans foliis scriptis, iisdemqne bono charactere exaratis numero 75, plus longit. m. 0, 19, ac latitud. 0, 13. Excipit brevem *Logicæ* tractatum, cui titulus inest: « *Summulae in Logicam Aristotelis.* »

Scripturae ratio innuit auctorem *D. Apollinarem Passarini*, qui cum abbas decesserit an. 1712, annos natos fere sexaginta, hisce studiis forte incumbebat an. 1672, aut non longe secus.

CODEX DECIMUS QUARTUS

Z. β. XIV.

Cod. ms. chartac. lat. saec. XVIII ineuntis, constans foliis scriptis 225, longitud. metri plus 0, 18, latitud. 0, 13, polite compositeque exaratus. Primus continetur *philosophiae* Aristotelicae cursus, qui est de *Logica*. Adiecta est libro charta, cui typis editae insunt *Conclusiones Logicae* in sollemniori quodam philosophico experimento exponendae.

ANIMADVERSIONES

De auctoris nomine, quantum pervestigarim, nihil mihi repertum fuit; nisi quod græcum callens idioma ille videtur, tum ex parvula inscriptione, tum ex mensis nominibus ad calcem pagellarum, item græce perpetuo adnotatis, tum ex hac subnexa folio 219 pag. priori epigraphe: *Ad maiorem Dei ac BB. Virginis Zyroviciensis gloriam;* quæ alioquin latina, quemdam tamen innuit ex nostris monachis, ac forsan Græcis Ruthenisve, qui Romæ Collegium prope Ecclesiam SS. Sergii et Bacchi, sive etiam SS. Virginis Zyroviciensis, seu *del Pascolo*, incolerent.

CODEX DECIMUS QUINTUS

Z. β. XV.

Cod. ms. chart. latin. sæc. XVIII ineuntis, constans foliis scriptis omnino 266, eodem scriptore, eademque diligentia exaratus, quo ms.

superius, sed an. posteriore, scilicet millesimo septingentesimo vicesimo.

Habentur *Disputationes Physicae* ad mentem Aristotelis: ac textui inseruntur calamo figurae rem dilucidantes. Item exstat tabula una cum figuris *Chymicae* aere cusa, nec non altera item aere impressa, exhibens figuras sex spherae armillaris.

CODEX DECIMUS SEXTUS

Z. β. XVI.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XVIII, constans foliis scriptis 235, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13, eodem scriptore exaratus, quo duo ante priores, sed anno 1721.

Titulus inest: *Philosophiae pars tertia*, scilicet *Disputationes Metaphysicae*. Has continuo excipit brevis enucleatio *Conclusionum philosophicarum* typis edita, quae erant disputandae in Collegio Romano ab Hieronymo Timone Chio, Collegii Graecorum alumno.

Mox sequitur non longa tractatio de *Philosophia morali*, quacum explicit liber.

CODEX DECIMUS SEPTIMUS

Z. β. XVII.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XVIII ineuntis, constans foliis centum et viginti, longitud. metri pl. 0, 19, latitud. fere 0, 14, nitido, minuto sed nitido charactere diligenter accurateque conscriptus a D. Nicolao Olivieri Monacho Basil. sub disciplina p. Crispi, an. 1716 in C. A. S. J. (Collegio Athanasiano Societatis Jesu). Excipit *Logicam* ad mentem Aristotelis cum introductione in *Organum*.

CODEX DECIMUS OCTAVUS

Z. β. XVIII.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XVIII, constans foliis scriptis fere 177, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13, minuto charactere, spissis lineis, et magna cum diligentia exaratus.

Excipitur periodica tractatio *Physicorum* ad mentem Aristotelis: dantur proinde quaedam figurae spherae armillaris optime delineatae.

Liber initio pagellae prioris folii primi haec habet: «*Ad usum Nicolai Oliverii, cuius opera est exaratus an. Dni* 1717»; et e regione conspicitur sigillum cum stemmate domestico «Olea virens» ac supra græce scribitur: ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος, dum infra latine legimus: «*Quasi oliva speciosa in campis.*»

CODEX DECIMUS NONUS

Z. β. XIX.

Cod. ms chart. latin. saec. XVIII, constans foliis 116, longitud. metri pl. 0, 18, latitudinis plus 0, 12, bene exaratus et dispositus, qui agit de *Metaphysica* ad mentem Aristotelis. In fine libri apponitur *quaestionum* omnium index. In quadam ex primis paginis legitur ab auctore conscriptum «*Exaravit Nicolaus Oliverius sub disciplina P. Crispi* 1718».

CODEX VIGESIMUS

Z. β. XX.

Cod. ms. chartac. latin. saec. XVIII, constans foliis fere 476 scriptis, longitud. metri 0, 19, et latitud. 0, 13, non bono quidem charactere at ex ordine exaratus, uti arbitror, a quodam Collegii Græci alumno, qui ad calcem alicuius pagellæ sese subscribit: Μιχαὴλ βεςάρχης χῖος τοῦ παπᾶ Στεβανῆ; idest *Michaël Bestarcha Chius,* (filius) *Stebani sacerdotis.* Continet liber cursum *Logicae Aristotelicae,* de quo in superioribus Codd. multa retulimus.

CODEX VIGESIMUS PRIMUS

Z. β. XXI.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XVII vel XVIII, constans foliis scriptis fere 470, longitud. m. 0, 20, latitud. 0, 135, eodem auctore,

eoque charactere exaratus, quo proxime superior. At quaterniones sunt adhuc soluti, consutique fragmento membranae. Excipiunt *Physicam* Aristotelis.

CODEX VIGESIMUS SECUNDUS

Z. β. XXII.

Cod. ms. chartac. latinus sæc. XVII, constans foliis scriptis 457, longitud. metri pl. 0, 19, latitud. 0, 13, minuto et accurato charactere conscriptus. Calligraphicis ornatibus decorata frons inest et ornata figuris aere cusis, quas inter legitur grandioribus literis rubris inscriptum: *In universam Aristotelis Logicam Commentarium, profitente A. R. P. Aloysio Confalonerio, excipiente P. D. Romano Vassallio Romano, anno Domini M. DC. XXX. IV.* Superius eminet stemma gentilitium Vassalliorum familiæ ex minio confectum, quod infra iteratur in sigillo nigri coloris: et ad latera eius recte scribitur: *Bibliothecae Cryptaeferratae.*

Finem voluminis excipit rerum actarum Index, et paucis albis interiectis paginis appingitur tabula typis edita qua continentur *Conclusiones Logicae*, olim ab ipso D. Romano Vassalli publice Romae in Collegio S. Basilii disputatae an. 1635.

CODEX VIGESIMUS TERTIUS

Z. β. XXIII.

Cod. ms. chartac. latin. saec. XVII, constans foliis scriptis num. 448, longitud. metri pl. 0, 19, latitud. pl. 0, 13, exaratus eodem charactere et cura, qua superior.

Habentur ad mentem Aristotelis disputationes tum *Physicae* tum *Metaphysicae*: quarum in fine libri quaestionum articulorumque duplex index subnectitur.

ANIMADVERSIONES

Scriptor epigraphem hanc appinxit folio 447 verso, quæ ita se habet: *Haec Philosophia est a Rndo D. Aloysio Confalonerio in lucem posita, et a me D. Romano Vassalli Romano ord. S. Basilii M. monacho exarata, atque cum biennio quo potui perlustrata, atque conformata, anno Dominicae salutis* 1638, *die* 28 *Augusti Divo Augustino sacro atque dicato: quod sit ad maiorem Dei gloriam.*

Tum mox subnectitur hic græcus versus:

Αρχος ἐπουρανίων σθένεων πέλει ἄμμιν ἀρωγός.

Princeps cœlestium virtutum est nobis adiutor.

Huic folio adiuncta est tabula *Conclusionum* quas Romanus ipse, Collegii Græcorum alumnus, publice disputaturus erat anno 1638.

CODEX VIGESIMUS QUARTUS

Z. β. XXIV.

Cod. ms. chartaceus latinus saec. XVIII ineuntis, constans foliis fere 524, longitud. m. pl. 0, 19, latitud. plus 0, 13, bene exaratus.

Tractationes in *Logicam* Aristotelis, quas hausit et exscripsit D. Demetrius Titi mon. huius Basiliani Cœnobii, dum erat alumnus Collegii Graecorum in Urbe, a P. Ayrolo annis 1705-1706 dictatas. Appingitur volumini tabula, quae editas exhibet *Conclusiones Logicae* publice disputandas in Collegio Anglicano a Jacobo Roberts alumno.

CODEX VIGESIMUS QUINTUS

Z. β. XXV.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XVIII ineuntis, constans foliis fere 764, longitud. metri plus 0, 19, latitud. 0, 13, exaratus a D. Demetrio Titi, monacho huius asceterii Cryptoferratensis, dum erat alumnus in Collegio Graecorum.

Lectiones excipit *Physicae* Aristotelicae, quas ille hausit an. 1706, et 1707 a P. Ayrolo, Philosophiae Magistro in Collegio Romano.

Manuscripto adhaeret typis excusa brevis *conclusionum* expositio quas, uti videtur, publice disputavit in Collegio Anglorum an. 1707 Henricus Berlow alumnus.

CODEX VIGESIMUS SEXTUS

Z. β. XXVI.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XVIII ineuntis, constans fol. 464, longitudin. metri 0, 19, latitud. pl. 0, 13. Conscripsit D. Demetrius Titi, monachus Cryptoferratensis, alumnus Collegii Graecorum in Urbe, ann. 1707-1708.

Habentur *Quaestiones selectae in Metaphysicam Aristotelis:* nec non *Dissertationes quaedam in Bono et Felicitate.*

Accedit voluminis typis edita tabula *Conclusionum* in universam Philosophiam, quae disputandae erant an. 1708 in Collegio Romano a Patribus S. J.

CODEX VIGESIMUS SEPTIMUS

z. β. XXVII.

Cod. ms. chartac. latin. saec. XVII, constans foliis 349, longit. metri 0, 19, latitud. 0, 13, aequo, nitidoque charactere exaratus.

Excipit quaestiones scholasticas in *Logicam* ad mentem Aristotelis.

Desunt in fine quaedam: quo forsan et auctoris nomen elapsum est, qui mihi, conferenti characterem, visus est D. Theophilus ab Alexandro, qui abbas olim, labente saeculo XVII, nostro Monasterio praefuit.

CODEX VIGESIMUS OCTAVUS

z. β. XXVIII.

Cod. ms. chartac. latin. saec. XVII, constans foliis 297, longit. m. 0, 19, latitud. 0, 13, sed in fine mutilus: eodem scriptore, at praestantiore quoque charactere exaratus, quam quod esset proxime superior Codex.

Titulus adstat Operi: *In Octo libros Aristotelis*: *De physico auditu:* quod est princeps opus Physicae aristotelicae.

In fastigio folii primi legimus: « *Ex libris D. Aloysii Gori Ordinis S. P. N. Basilii Magni, et postea Bibliothecae Monasterii S. Mariae in Via-lata Velitris supradicti Ordinis.* » At Gorius non fuit, uti coniicio ex collato ejus charactere, huius libri auctor, sed tantum possessor.

CODEX VIGESIMUS NONUS

z. β. XXIX.

Cod. ms. chart. latinus. saec. XVIII ineuntis constans foliis 335, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13, et complectitur opus de *Organo*

Aristotelico seu de *Logica*, exaratum a quodam e Patribus Basilianis an. 1718, dum is studiis vacaret Romae in Collegio Graecorum. Adnexa est tabula *Conclusionum Logicae*, quae disputandae erant in Semin. Rom. a Sigismundo S. R. I. Comite a Schrattenbach Canon. Eichstettensi et Augustano.

CODEX TRIGESIMUS

z. β. XXX.

Cod. ms. chart. latin. saec. XVIII, adnumeratus quaternionibus 66, foliis pl. m. 528, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13, eadem manu, qua superior exaratus, annis vero 1718 et 1719, in Collegio Graecorum Urbano.

Excipit *Aristotelis physicam*, figuris ad rem, quibusdam scriptis, quibusdam typographicis, declarandam superadditis.

Fini libri adjuncta est Tabula de *Conclusionibus* disputandis in Colleg. Hungarico ab Ant. Felice S. R. I. Comite a Troyer, gentis Tyrolensis, eiusdem Collegii alumno.

CODEX TRIGESIMUS PRIMUS

z. β. XXXI.

Cod. ms. chartac. latinus saec. XVIII, constans foliis pl. m. 310, eiusdem dimensionis, eademque manu, qua superior exaratus, sed an. 1719-1720. Est *Metaphysica* ad mentem Aristotelis explicata. Adiacet Codici tabella *Conclusionum* hac super re disputandarum Romae in Collegio Graeco S. Athanasii a Jacobo Sciommari Sabinensi Mon. Basil. ex Monasterio Cryptaeferratae eiusdem Collegii alumno, cui hi tres continui Codices tribuendi videntur.

CODEX TRIGESIMUS SECUNDUS

z. δ. XXXII.

Cod. ms. chart. latinus saec. XVIII, constans foliis scriptis 88, longitud. metri pl. 0, 19, latitud. pl. 0, 13, exaratus ab Antonio

Mazzucchelli. Excipit philosophiae cursum juxta titulum : *Philosophia seu Logica thomistica, divisa in tribus partibus cum Praefatione et omnibus quaestionibus, praeambulis ad Logicam Rev. P. Lectoris Nattæ Sac. Ord. Praedicatorum socii.* Infra autem legitur: « *Ipse fr. Rev. Natta hanc dictavit an. Sal.* 1741, *Romae in scholis S. M. supra Minervam.* »

CODEX TRIGESIMUS TERTIUS

z. β. XXXIII.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVIII, constans foliis 171, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 13, exaratus Romae ab eodem, quo superior, scriptore.

Excipit *Physicae* tractationem, quam ex hoc titulo colligis: *Prima et secunda pars Physicae quam publice in scholis S. M. supra Minervam dictavit R. P. Natta, socius PP. Ord. Praedicatorum, sectator D. Thomae Aquinatis an. Dom.* 1741.

Ad calcem hujus primae pag. legitur: « *Romae scripta ab Antonio Mazzucchelli.* »

CODEX TRIGESIMUS QUARTUS

z. β. XXXIV.

Cod. ms. chart. latinus saec. XVIII, constans foliis 170, longit. pl. 0, 19, latitud. 0, 13, exaratus ab Antonio Mazzucchelli an. 1742, et habet hunc sibi praefixum titulum: « *Tertia et quarta pars Physicæ quam publice in S. M. supra Minervam scholis dictavit R. P. Thomas Maria Natta, Ord. Praedicatorum socius, juxta mentem angelici præceptoris D. Thomae Aquinatis.* »

CODEX TRIGESIMUS QUINTUS

z. β. XXXV.

Cod. ms. latin. saec. XVIII, habens folia scripta fere 110, long. metri 0, 18, latitud. 0, 13, non optimo charactere at polito diligen-

tique exaratus, uti videtur, a D. Gregorio Piacentini, mon. basiliano.

Titulus exhibetur: « *Physicae pars secunda. Physica particularis, seu de corpore naturali in particulari.* »

CODEX TRIGESIMUS SEXTUS

z. β. XXXVI.

Cod. ms. chartac. lat. saec. XVIII, constans foliis scriptis 134, omnino longitud. metri pl. 0, 19, latitud. pl. 0, 13, et inscribitur: « *Cursus philosophicus aristotelicus juxta mentem angelici praeceptoris et quinti Ecclesiae Doctoris D. Thomae Aquinatis* » Titulus revera bifariam distribuitur, agiturque primo de *Logica minore*, deinde de *Logica majore*, quibus praecurrunt *Praeambula de Philosophia in communi.*

Cursus autem universus perficitur, ut postea notius erit, sub disciplina P. Bardi.

CODEX TRIGESIMUS SEPTIMUS

z. β. XXXVII.

Cod. ms. chart. latin. saec. XVIII, constans foliis 143, longitud. metri pl, 0, 13, ab eodem scriptore exaratus, uti duo proxime sequentes. Praefigitur titulus: « *Secunda pars Philosophiae; quae Physica seu naturalis nuncupatur:* » ast huius prima pars dumtaxat habetur.

CODEX TRIGESIMUS OCTAVUS

z. β. XXXVIII.

Cod. ms. chart. latin. saec. XVIII, constans foliis 148, longitud. et latitud. uti superior, et inscribitur: « *Secunda pars Physicae - De ente mobili motu locali.* » Sed post accedunt tertia et quarta pars; quapropter in fine libri subscribitur: « *Finis quaestionum omnium, quas publice R. P. Philosophiae Lector Bardi in II, III et IV Physicae parte sapientissime agitavit.* »

CODEX TRIGESIMUS NONUS

z. β. XXXIX.

Cod. ms. chartac. latin. saec. XVIII, constans foliis 74, quae gaudent ea dimensione, charactere et auctore, quo tres codices superiores.

Excipit autem duas reliquas Philosophiae partes, scilicet *Metaphysicam et Moralem*. Catalogo rerum in fine hæc præmittuntur: «*Index quaestionum omnium, quas publice in Metaphysica R. P. Philosophiæ Lector sapientissime agitavit an.* 1742.»

CODEX QUADRAGESIMUS

z. β. XL.

Ms. italicum saec. XIX, constans foliis 95, longit. metri 0, 20, latitud. 0, 15, quod agit de dignitate ac praestantia doctrinae S. Thomae Aquinatis, autographon et opus cl. D. Hermetis Binzecher, in Pont. Semin. Rom. Philosophiae Professoris, quod paucos ante annos Romae edidit (Tip. Catt. di F. Chiapperini e C. 1875) nonnullis tantum hac illac adjectis, sub titulo: «*La filosofia di L. Bonelli esaminata e giudicata rispetto alla Dottrina di S. Tommaso d' Aquino.*» Interea duo extrema folia mss. referunt ex alia manu gratulatoriam epistolam quae inferius edetur.

ANIMADVERSIONES

Opusculum cl. Philosophi multis clarissimis viris tum continuo probatum fuit, quos inter memorabo cl. p. Cornoldium S. J. Hic enim illud cognoscens in ephemeride Ferrariensi Il Popolo (21 Mag. 1875), plurimis commendat scopum et opus cl. Binzecherii; de quo illud etiam diserte addidit: «*L'operetta del Binzecher è veramente aurea, sana ed opportunissima.*» Sed præstat referre elogium vere peculiare, quod in hunc libellum contulit Card. Joach. Pecci, tum ep. Perusinus, nunc Sum. Pont. Leo XIII. Itaque vir doctissimus et sapientissimus ad ipsum auctorem, qui opellam sibi donum miserat, has literas dedit eodem an. Perusia d. XXIV Maii: quas nos propter debitam in earum Scriptorem observantiam, ne ungue quidem imminuere, sed integras referre duximus.

« Illmo Sig. Professore. Ricevei a suo « tempo l' opuscolo sulla Filosofia di Luigi « Bonelli, che Ella si è compiaciuta d' invi- « armi: e Le rendo perciò vivissimi ringra- « ziamenti. Veggo con grande mia soddisfa- « zione che il suo lavoro mira al nobilissimo « scopo di rimettere in onore appresso tutti « anche in Roma le dottrine filosofiche di S. « Tommaso d' Aquino; ed apprezzo anche il « modo con cui ha tentato di farlo. Oltre il « merito intrinseco, che Ella mostra di aver « sì bene conosciuto, le dottrine dell' Ange- « lico ne hanno un altro estrinseco, ma di « altissima importanza agli occhi di un mae- « stro cattolico, voglio dire il suffragio pe- « renne e ripetuto della Chiesa, la quale in « più circostanze le ha commendate, ed ha « esortato caldamente i fedeli a seguire e

« propagarle: suffragio che manca affatto al-
« le dottrine cartesiane le quali anzi si tro-
« vano aver contro di sè gl' insegnamenti e
« i decreti di quella. Mi pare che Ella ab-
« bia fatto egregiamente a mettere in luce
« questo punto e ad insistere molto su di
« esso, giacchè codesta ragione è più facile
« a comprendersi da tutti, e più efficace a
« muovere la volontà di chi è ossequente
« alla suprema volontà della Chiesa. Le fac-
« cio pertanto i più sinceri rallegramenti, e
« Le auguro che i suoi sforzi abbiano a sor-
« tire il buon effetto a cui son diretti.

« Quanto a me confesso apertamente che
« il mio amore per le dottrine dell' Aquinate
« è antico e ardente; e con tutte le forze mi
« adopero a promuoverne lo studio in mezzo
« del mio Clero. E a questo scopo ho fon-
« dato da qualche anno un' Accademia che
« s' intitola appunto da *S. Tommaso d' A-*
« *quino*, alla quale appartengono alcuni gio-
« vani sacerdoti da me prescelti. Aggiungerò
« che ora ho voluto unire le mie suppliche a
« quelle che l'Emo Card. Arcivescovo di Na-
« poli ed altri Vescovi italiani hanno umi-
« liato al trono del S. Padre affin d'ottenere
« che per decreto della suprema autorità pon-
« tificia l' Angelico Dottore S. Tommaso d'A-
« quino sia costituito e dichiarato Patrono
« di tutte le Università e scuole cattoliche.

« Colgo questa opportunità per inviarle
« un volume di dissertazioni filosofiche stam-
« pate per saggio dell' Accademia di S. Tom-
« maso nella ricorrenza del sesto centenario
« dalla morte del S. Dottore.

« E nell' atto di esortarla a correre
« sempre la buona via intrapresa, Le ras-
« segno i sensi della mia sincera stima e
« considerazione. »

Perugia 24 Maggio 1875. Di V. S. Illma
Dmo Servo
G. Card. Pecci Vesc°. di Perugia.

CODEX QUADRAGESIMUS PRIMUS

Z. γ. I.

Cod. ms. bombycinus, latinus saec. XV, constans foliis 293, longitud. m. 0, 41, latitud. fere 0, 29, duplici exaratus columna, charactere gotico, in quo grandiores quaeque literae multis variegatae coloribus enitent. Principio et fine caret, paginaeque aliquot omissae sunt.

Tractatus *legales* multi habentur per hosce jurisconsultos, nempe Bartholum De Saxo-Ferrato, Barptolomaeum de Saliceto de Bononia, Joannem de Lignano, Petrum Heliae, geometrarum more, ad rem legalem declarandam, quorum alicui tribuerem quidquid etiam legitur in Cod. Z. γ. II.

Fol. 277. Opus instructum etiam figuris geometricis extremo textui adiectis e rubro colore quibus fere singulis subscribitur *Bartolus de Saxo Ferrato.*

Fol. 427. v. Tractatus magnus de paupertate FF. Minoritarum, et praemissa voce « *Ave Maria* » incipit: Minoritarum sacra religio « fuit a S. Francisco confessore in altissima paupertate fundata et a « multis sanctissimis Pontificibus adprobata » etc. In hac tractatione inseritur bulla quaedam pontificia hac super re data a Johanne XXI dicto XXII, Avenione VII Kal. Apr. pontificatus an. XII, quae deest in Bullario Rom. ed. an. MDCCXLI.

Bartoli a Saxo-ferrato Fabric. (Bibl. græca edit. Hamb. t. XII p. 555) prodit Vitam ex Thoma Diplovatatio, in qua eius opp. recensentur. In Cod. sub eius nomine dantur *Tractatus alimentorum* fol. CCCXI, tum alius *Tyberiadis* f. CCCXIII, *tum alia quæstio disputata* f. CCCXXIII, incip. *Judex propter imperitiam*. Postremo tractatus ille seu *Liber Minoritarum* f. CCCXXVII. v.

Joannis De Lignano (Fabric. Bibl. lat. ed. Patav. 1754) habentur, f. CCXXVI tractatus *De pace*, quem Fabric. non commemorat, et alius *de Bello*, f. CCLXXV. aliique plures uti de *virtute*, *justitia*. etc.

Petro Heliæ tribuitur *Tractatus super materia emphyteusium* fol. CXXXI.

CODEX QUADRAGESIMUS SECUNDUS

Z. γ. II.

Cod. ms. bombycinus lat. saec. XV, constans foliis 247, longit. ac latitudinis eiusdem, qua superior, cuius tomus alter est, eodemque charactere duplici columna exaratus.

Excipit *Glossarium forense et philosophicum* magnum alphabetico ordine digestum, at principio et fine deficiens; apparet enim primum ex lit. L et vocabulo *Libellus*, et desinit in lit. V, cum voce *Unus* et *Una* et *Unum*. Cuiusnam auctoris sit, nondum comperi.

CODEX QUADRAGESIMUS TERTIUS

Z. γ. III.

Cod. ms. membran. græc. saec. XVII, constans foliis 177, long. metri 0, 23, latitud. 0, 17, bono charactere exaratus.

E corpore *Juris civilis et ecclesiastici* quam plurima excipit, prouti pandit index.

Initio, mutilato titulo XXVI, subsequitur in pagella versa

Tit. XXVII. Περὶ μαρτύρων.
Tit. XXVIII. Περὶ χειροτονίας ἐπισκοπ. καὶ πρεσβυτέρων.
Tit. XXIX. mutilus initio.
Tit. XXX. Περὶ κληρονόμων.
Tit. XXXI. Περὶ ἀποκαταστάσεως.
Tit. XXXII. Περὶ φαλκιδίου νόμου.
Tit. XXXIII. Περὶ ἀποκλήρων.
Tit. XXXIV. Περὶ ἐλευθεριῶν.
Tit. XXXV. Περὶ Λεγάτου.
Tit. XXXVI. Περὶ ἐπιτρόπων.
Tit. XXXVII. Περὶ του πότε δεῖ ἀνάγειν τοὺς δανειστὰς κατὰ τῶν κληρονομούντων τὰ τελευταῖα.

Tit. XXXVIII. Περὶ καινοτομιῶν.

Tit. XXXIX. Περὶ ποινῶν.

Tit. XL. Περὶ διαμερισμοῦ σκύλων.

Tit. XLI. Περὶ τῶν δημευομένων ἐν τῷ φίσκῳ, καὶ περὶ ἀναζητουμένων, καὶ περὶ αἱρέσεως.

Tit. XLII. Περὶ ὕβρεων καὶ περὶ ἁμαρτημάτων ἐλευθέρων τε καὶ δούλων.

Tit. XLIII. Περὶ συκοφάντων καὶ κατηγόρων, καὶ περὶ δηλατόρων, καὶ περὶ πλαστοῦ καὶ περὶ δούλου διαπλασιαζομένου, καὶ περὶ θησαυροῦ.

Tit. XLIV. Περὶ δόλου.

Tit. XLV. Περὶ κεφαλικῶν ἐγκλημάτων, καὶ περὶ φόνων ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων, καὶ περὶ εὐνουχιζομένου, καὶ περὶ αἰσχροτίας.

Tum pergunt alia ex *Jure* excerpta.

Fol. 76. Κεφάλαια τοῦ νόμου τοῦ Ροδίωνος.

Fol. 85. Κεφάλαια περὶ ἀγράφου γάμου, καὶ περὶ συνέσεως μνηστείας καὶ ἐγγράφου γάμου.

Fol. 99. Επτὰ κεφάλαια περὶ βίας καὶ ἁρπαγῆς.

Fol. 103. v. Επτὰ περὶ μοιχοῦ κεφάλαια.

Ibid. Κεφάλαια ἑκτὰ περὶ ἀναιρέσεως καὶ ἀπολείας κυνῶν.

Fol. 104. Περὶ ἐγκαλισμῶν δίκης, καὶ περὶ ἀρχόντων καὶ περὶ τοῦ δικαίως κρίνειν τὰ ἐγκαλούμενα.

Fol. 107. Κεφάλαια ἑκτὰ περὶ ἀγελαρίων καὶ βοῶν καὶ ἵππων καὶ τῆς ζημίας καὶ ἀπολείας αὐτῶν, καὶ τὸ πῶς ὀφείλωσιν ἀποδοθῆναι ἢ καὶ μή.

Fol. 108. v. Κεφάλαια ἑκτὰ περὶ διαδίκων, καὶ περὶ κακοποιῶν ἀνθρώπων καὶ περὶ τῶν ποινῶν αὐτῶν.

Fol. 110. Νόμος ναυτικὸς Ροδίωνος. Lex nautica Rhodionis, cui præfigitur *Prologus*.

Fol. 112. Excipiunt capita plurima legalia, quorum primum est Περὶ ἀπελευθέρων, καὶ τὸ πῶς πάλιν καταδουλούντων.

Fol. 119. Περὶ ἐπισκόπων καὶ ἱερέων καὶ διακόνων καὶ κληρικῶν ἑκτὰ διατάξεις τῶν ἁγγ. ἀποστόλων κατὰ ἀκρίβειαν.

Fol. 122. Κεφάλαια νόμου γεωργικοῦ κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Ιουστινιανοῦ.

Fol. 129. v. Τὰ λειπόμενα τοῦ κζ' νόμου περὶ μαρτύρων.

Fol. 130. v. Εκ τῆς Λαοδικίας τῆς Φρυγίας συνόδου Κανὼν ς'.

Fol. 131. v. Τῆς κατὰ Καλχηδόνα ἁγ. Συνόδου κανὼν ς', et alii undecim selecti ex aliis constitutionibus Juris canon. et civilis.

Fol. 132. Εκ τῶν βίβλων Αθανασίου σχολαστικοῦ excerpta varia et multa e Cod. et Novell. Justiniani. Cfr. Cod. Z. γ. VII.

Fol. 143. Κανόνες ἐκτεθέντες παρὰ τῆς ἁγίας καὶ μεγ. ἐν ΚΠόλει α', καὶ δευτέρας Συνόδου, συστάσης ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῶν ἁγγ. καὶ πανευφήμων Αποστόλων.

Fol. 150. Constitutio Leonis et Costantini impp. incipiens: Ο δεσπότης καὶ ποιητὴς τῶν ἁπάντων. Desinit παραβάται γεινόμενοι.

Fol. 153. v. Εκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ γεναμένη παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν παὶ φιλευσεβῶν ἀπὸ τῶν Ινστιτούτων, τῶν Διγέστων, τοῦ Κώδικος τῶν Νεαρῶν τοῦ μεγ. Ιουστινιανοῦ διατάξεων, καὶ διόρθωσις εἰς τὸ φιλανθροπώτερον. Habentur tituli decem et novem. Cfr. de his Cod. Z. γ. VII.

Titulus I. Περὶ συνέσεως μνησ-είας καὶ τῆς λύσεως αὐτῆς.

Tit. II. Περὶ γάμων ἐπιτετραμμένων πρώτου καὶ δευτέρου ἐγγράφου καὶ λύσεως αὐτῶν.

Tit. III. Περὶ τῆς λύσεως τοῦ γάμου.

Tit. IV. Περὶ τῆς καταγραφείσης προικὸς καὶ μὴ ἐπιδοθείσης, καὶ περὶ δίκης προικός.

Tit. V. Περὶ δωρεῶν ἁπλῶν ἤγουν ἀπεντεῦθεν ἤδη χρήσεως καὶ δεσποτείας πραγμάτων τισὶν ἐγκαταλιμπανομένων, καὶ περὶ αἰτιῶν ἐξ ὧν αἱ τοιαῦται δωρεαὶ ἀνατρέπτονται.

Tit. VI. Περὶ τῶν κεκωλυμένων διατίθεσθαι προσώπων, καὶ περὶ διαθηκῶν ἐγγράφων καὶ ἀγράφων.

Tit. VII. Περὶ στρατιωτικῶν ἰδιοκλήτων πραγμάτων εἰς ἃ τις διατίθεσθαι δύναται ἢ κεκώλυται· καὶ περὶ κληρικῶν καὶ χαρτουλαρίων κα᾽ ἑτέρων στρατευομένων.

Tit. VIII. Περὶ τῆς τῶν βαθμῶν συγγενείας, καὶ περὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου φυσικῶν κληρονόμων, καὶ περὶ τῶν ἐξ ἀχαρισ-είας ἐκπιπτόντων κληρονόμων.

Tit. IX. Περὶ κουρατόρων.

Tit. X. Περὶ ἐλευθεριῶν ἐγγράφων καὶ ἀγράφων, καὶ περὶ ἐλευθεριῶν αιχμαλώτων ἀγοραζομένων, καὶ περὶ ἀναδούλων.

Tit. XI. Περὶ πράσεως καὶ ἀγορασίας αγγράφου καὶ ἀγράφου, καὶ περὶ ἀρραβόνων.

Tit. XII. Περὶ δανείων παντοίων ἐγγράφου καὶ ἀγράφου ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ διδομένων, καὶ περὶ ἐνεχύρων ἀπολεσθέντων καὶ πραθέντων.

Tit. XIII. Περὶ πάσης παραθήκης.

Tit. XIV. Περὶ διηνεκῶν ἐμφυτεύσεων καὶ ἐνπεριγράφων.

Tit. XV. Περὶ μισθώσεων ἐγγράφων καὶ ἀγράφων.

Tit. XVI. Περὶ μαρτύρων καὶ τῶν τὰ ἴδια ἀρνουμένων ἰδιοχρεῶν.

Tit. XVII. Περὶ διαλύσεων ἐγγράφων γινομένων καὶ ἀνατρεπομένων.

Tit. XVIII. Περὶ ἐγκληματικῶν ποινάλιος.

Tit. XIX. Περὶ διαμερισμοῦ σκύλων. Hoc *titulo* incompleto deficit Codex.

ANIMADVERSIONES

Codex, cuius in extremis mutilationem lamentamur, manuale sane pretiosum excipit legum Juris utriusque, civilis et ecclesiastici, ex *Basilicis* seu constitutionibus recentiorum Imperatorum post Justinianum, maxime vero Leonis et Constantini fratrum editis an. a Chr. Incarnatione 838.

Habes multa in Epitome Leunclavii tom. II, cuius operis indicem exhibet Fabricius (Bibl. Græc. ed Hamburg. t. XII.).

Studio vero huius Cod. aliquem olim vacasse testantur quædam ad marg. suffecta, vel rubrice adnotata. At enim non est una manu exaratus, quoniam quæ habentur a p. 84. usque ad pag. 122 alii calligrapho notæ inferioris sunt tribuenda, qui quaterniones numerosiores fecit, et deteriores membranas adhibuit.

Scriptionis autem prioris ætas, quæ superius male irrepsit, consistere videtur inter sæc. XIII et XIV, cuius auctorem ex quodam ornamentorum genere credam aliquem extitisse e nostris monachis, posterioris vero est uno saltem sæculo inferior. Uterque scriptor me latet, sed in fastigio fol. 109. v. ab altero conscripti, legimus quasdam notas, quas ita interpretabor: Ταῦτα Δημήτριος γράφει. *Haec Demetrius scripsit.* Una postremo manu eademque vetere cuncti quaterniones numerantur, ex quo illud apparet quod, si pauca in fine voluminis desint, initio certe quidem duo et nonaginta folia desiderentur.

CODEX QUADRAGESIMUS QUARTUS

Z. γ. IV.

Ms. italicum medicum saec. XIX, duabus partibus præcipue divisum, altera quae constat libellis sex, continua supputatione numeratis usque ad pag. 646, altera vero quae uno volumine consistit pagg. 648. Pagellae omnes, cum unum Tractatum capiant, si subducantur, sunt prorsus 1330, seu folia sexcenta sexaginta quinque, unius tamen dimensionis, scilicet long. m. 0, 20, latit. fere m. 0, 15, bene ac diligenter ab Augusto Grossi seniore (patre illius qui conscripsit Cod. Z. α. XL) ac medico exscripta, cum medicinae in Athenaeo Romano cursum agebat.

Operis universi titulus ita se habet: « *Lezioni di Medicina legale del* Prof. Maggiorani, *anno* 1853. » Cum itaque scientia medica opem maximam conferat ad diluenda quoque multa hominum scelera quæ ad tribunalia deferri soleant, medicina *legalis* ad id unice instituitur, uti revelet iis, quorum intersit, pandatque causas, effectus et indicia eorum omnium, quæ cum quavis *corporis laesione* perpetrantur.

Iam vero cunctæ medicinæ legalis partes mirifice tractantur in nostro Codice, præsertim vero quae technico nomine dicitur *Venus forensis*, in qua agitur de iis omnibus quæ turpibus criminibus obiectum præstare possint, et *Traumatologia* (sermo de vulneribus) in qua de ceteris vulnerandi modis pertractatur, nec non *Toxicologia* (sermo de venenis) ubi, pro sua ætate, doctrinam plurimam ostendit cl. auctor (ea enim pars medicinæ jam ulterius progressa est), uti videnda cuncta exhibet uno veluti oculi ictu index rerum copiosissimus, fini tractationis universæ a scriptore subnexus.

ANIMADVERSIONES

Cum ego nuper de huiusmodi ms. sententiam a Julio Del-Frate, medico excellentissimo in nostro Municipio, perquisissem, hic humanissimas mihi has literas dedit XV Kal. Martii.

« Reñdo Sigr. Bibliotecario. I Manoscrit-
« ti da Lei inviatimi a passare in rassegna
« sono a mio avviso pregievolissimi, e mi
« piace spenderne una benchè debole parola.
« Raccolgono questi le lezioni di Medicina
« Legale, che l'illustre Professore Carlo
« Maggiorani dettava con tanto plauso nel-
« l' Archiginnasio Romano nel 1853. Può
« dirsi senza tema di errare essere in questi
« non solo raccolti, ma sì ampliamente illu-
« strati, sminuzzati ed avvalorati da esempii
« tutti gli argomenti della medicina Legale,
« da risultarne pel giovane allievo uno
« splendido e completo trattato teorico-pra-
« tico. Nell' assieme traspariscono le vere
« doti del Medico legale; l'ordine poi, la
« chiarezza e la gastigatezza del dire, la
« delicatezza di animo, una sana e profonda
« filosofia, una dovizia di cognizioni dell'in-
« tiero scibile medico non fanno in esso
« punto difetto. Ed io, che frequentai il
« biennio 1872-73 della sua Clinica Me-
« dica in Roma, posso assicurare, che tali
« doti non andarono giammai disgiunte dal
« mio illustre Maestro, onore e gloria del-
« l' Ateneo Romano.

« Colgo questa circostanza per professa-
« re ancora una volta alla Reñza V. i sensi
« della mia più alta stima. »

Grottaferrata 17 Febbr. 1883. Della Reñza V.

Devño Servo

Dott. Giulio Del-Frate

CODEX QUADRAGESIMUS QUINTUS

Z. γ. V.

Fragmentum membranae. Cod. *Juris civilis* graecum saec. XIII, spissum foliis 24, longitud. metri 0, 19, latitud. 0, 15, bono charactere exaratum.

Fol. 1. Περὶ ἁμαρτημάτων, articulus IX ex Titulo XLII legis, qui inscribitur: Περὶ ὕβρεων καὶ περὶ ἁμαρτημάτων ἐλευθέρων τε καὶ δούλων. Absolvitur articulis quatuor et septuaginta.

Fol. 4. v. (Τίτλος μγ΄) Περὶ συκοφάντων καὶ κατηγόρων, καὶ περὶ δηλατόρων, καὶ περὶ πλαστοῦ, καὶ περὶ δούλου δηπλασιαζομένου, καὶ περὶ θησαυροῦ. Absolvitur articulis sex et sexaginta. Confer Cod. Z. γ. III.

Fol. 9. v. Τίτλος μδ΄. Περὶ κλεπτῶν καὶ ὑποδεκτῶν καὶ ἱεροσύλων καὶ ἐξανδραποδιστῶν. Constat septem et sexaginta articulis.

Fol. 13. Τίτλος με΄. Περὶ κεφαλικῶν ἐγκλημάτων, καὶ περὶ φόνων ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων, καὶ περὶ εὐνουχιζομένων, καὶ περὶ αἰσχρότητος. Excipitur quatuor et quadraginta articulis. Cfr. Cod. superiorem.

Fol. 15. v. Περὶ στρατιωτικῶν ἐπιτιμιῶν ἐκ τοῦ Ρούφου καὶ τῶν τακτικῶν. Quadraginta conficitur articulis.

Fol. 19. Κεφάλαια τοῦ νόμου τοῦ Ρωδίου. Deficit cod. cum Cap. XLIX.

CODEX QUADRAGESIMUS SEXTUS

Z. γ. VI.

Cod. ms. bombycinus graecus saec. XIV, constans foliis 65, longitud. metri 0, 26, latitud. 0, 19, fine tantum deficiens, teredinibus ad margines valde corrosus. Charactere compositus est ac nitidus, atramento ductus, sed ad finem versus neglectior apparet et flavescens. Tituli duo primae pag. rubro colori dantur, ceteri autem nigro.

Galeni tractatus habentur, quorum heic est ordo.

Fol. 1. Περὶ ὀστῶν τῶν εἰσαγομένων (sic).

Fol. 18. Περὶ μυῶν ἀνατομῆς τοῖς εἰσαγομένοις.

Fol. 50. Περὶ βλεφῶν ἀνατομῆς.

Fol. 58. Περὶ νεύρων ἀνατομῆς.

ANIMADVERSIONES

Liber περὶ ὀστῶν τοῖς εἰσαγομένοις, *De ossibus ad tirones*, sic enim inscribi debet, grace etiam editus est a Charterio t. IV, p. 9, qui eodem tomo p. 259 edidit alium περὶ

μυων ἀνατομῆς τοῖς εἰσαγομένοις, *De musculorum dissectione ad tirones*, cuius exemplar exstat in bibl. publ. Parisin. nr. 2119 Item in edit. græca Basil. part. I, pag. 204, prodit tractatio alia περὶ νεύρων ἀνατομῆς, *De nervorum dissectione*, cuius duo tantum Codices recensentur in Bibl. Parisina. Ac postremo idem dicatur tum de codicibus Paris. cum de editione libri quarti περὶ φλεβῶν (καὶ ἀρτηριῶν) ἀνατομῆς. *De venarum* (*arteriarumque*) *dissectione*. Cfr. Fabric. edit. Harl. t. V, pag. 408-409. Uti in primo libro errate legimus in Cod. τῶν εἰσαγομένων, in altero bene, credo, adiungitur illud τοῖς εἰσαγομένοις. Quod vero vox elapsa est ἀρτηριῶν, mox in limine libri sufficitur incip. Σύνοψίν τινα βλεφῶν καὶ ἀρτηριῶν ἀνατομῆς Αντίσθενε... *Quam synopsim de dissectione venarum arteriarumque, Antisthene, velis a me dari...*

CODEX QUADRAGESIMUS SEPTIMUS

Z. γ. VII.

Cod. ms. bombycinus græc. sæc. XIV vel XV, constans f. 198, longitud. m. 0, 20, latitud. 0, 15, teredinibus misere corrosus præsertim ad margines, fine et initio deficiens. Characteris forma lata sane at non bene composita, adiacere posset specimini tertio, quod de Codd. saec. XIII exhibet Montfalconius (Palæogr. graeca), orthographiam vero minus callere quam par esset videtur calligraphus. Corporis *Juris civilis* et *Canonici* multa habet.

Fol. 1. Jus civile sex et quadraginta titulis digestum, quorum extremus est: Περὶ στρατιωτικῶν ἐπιτιμιῶν ἐκ τοῦ Ρούφου, καὶ τῶν τακτικῶν. *De pœnis militaribus ex Rufo* (Jurisconsulto Rom.) *nec non* de rebus ad *instruendos milites pertinentibus*. In Cod. nostro vacant primi XXIX tituli, et pars prior tituli XXX, usque nempe ad n. seu §. 99, quisque enim titulus in plures paragraphos tribuitur.

Fol. 124. v. *Capituli legis* Rhodii, ut mihi ex corrupto Cod. solum coniici potest. P. Ἐὰν πλοῖον ὁρμῷ ἐπὶ λιμένα. *Si navis appellat ad portum*. Titulus agraphus in 57 paragraphos divisus est.

Fol. 131. v. Capitula ita inscripta: « Κεφάλαια νόμου γεωργικοῦ κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Ιουστινιανοῦ βίβλων. *Capita legis rusticae selecta e libris* (Pandectis) *Justiniani*. Incip. Χρὴ τὸν γεωργὸν. *Oportet cultorem*. Divisa sunt in numm. 87. Cfr. Cod. Z. γ V.

Fol. 140. v. Ἐκ τῶν βίβλων Αθανασίου σχολαστικοῦ μεσινοῦ (sic)· ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ιουστινιανοῦ ὁμοίως καὶ ἐκτῶν παρὰ τίτλων (sic), Περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων. Τίτλος πρῶτος. *E libris Athanasii scholastici Meseni* (Emeseni): *e novellis Constitutionibus Justiniani magni, itemque paratitulis* (glossis). *De consecratione Episcoporum, Titulus primus*. Incip. Ο χειροτονῶν ἐπίσκοπον. *Qui consecrat episcopum*. Adest unus hic primus titulus distinctus novem et viginti paragraphis. De hoc op. Athanasii exemplar habes, teste Fabricio (Bibl. grace. ed Hamburg. t. XII. p. 477), in Bibliotheca Caesarea. Cfr. Z. γ. III.

Fol. 146. Κανόνες τῶν ἁγγ. Αποστόλων. Α'. Επίσκοπος ὑπὸ ἐπισκόπων χειροτονεῖται δύο ἢ τριῶν. *Canones SS. Apostolorum. I. Episcopus a duobus aut tribus Episcopis ordinetur.* Sunt Canones omnino sexdecim et centum, et postremus habet catalogum SS. Bibl. Testamenti V. et N. Vide aliquid simile apud Card. J. B. Pitra, *Jus Eccles. Græc. t. I.*

Calligraphus ad margines refert ex his canones quosdam habitos apud Concilia vel a Patribus orientalis regionis.

Fol. 160. Canon de *Libris sacris*, cui appingitur alter de iisdem ex Isidoro Pelusiota, quorum enumeratio absolvitur his verbis: ὡς ὁμοῦ τὰ πάντα βιβλία οβ'. *Ita ut simul omnes libri sint LXXII.*

Fol. 162. Collectio juris civilis, inscriptus. Εκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ γεναμένη παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν καὶ φιλευσεβῶν βασιλέων· ἀπὸ τῶν ἐνστιτούτων τῶν διγέστων τοῦ Κώδικος τῶν Νεαρῶν τοῦ μεγάλου Ιουστινιανοῦ διατάξεων· καὶ ἐπιδιόρθωσις εἰς τὸ φιλανθρωπότερον. Τιτλ. α'. Περὶ συνέσεως μνηστείας καὶ τῆς λύσεως αὐτῆς. *Delectus legum in compendio redactus a Leone et Costantino sapientibus et pietatis amantibus regibus, et digestis Codicis Novellarum Justiniani Magni institutionum, ad humaniorem formam redactio. Titulus I. De consensu sponsalium deque eorum solutione.* Sub hac absimili epigraphe citat huiusmodi Collectionem aliam Fabricius in elencho constitutionum *Juris Romani* (Bibl. græc. ed. cit. t. XII. p. 407). In nostro Cod. non habentur nisi viginti tantum tituli. Cfr. etiam Suaresium (*Notitia Basilicorum* ibidem ap. Fabric.) et Cod. Z. γ. III.

Fol. 187. Τοῦ ἁγ. Ιω. τοῦ Χρυσοστόμου περὶ πάσχα νομικοῦ καὶ χριστιανικοῦ ἀμφιβολὴ πρὸς Λογγοιβάρδους. *S. Jo. Chrysostomi de Paschate legali et christiana disceptatio ad Longobardos.* Inc. Ο κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστός. *D. N. Jesus Christus.* Opus apocryphum.

Fol 188. Viginti quatuor jambi alphabetarii, cui praefigitur grandioribus literis: Ο χρόνος τρέχει. Τί μέλλεις; ὁ Κριτὴς παρέστιν. Σκόπει, διδόναι δίκην δικαίαν ὁπόσων ἔπραξας ἔργων, ὦ παναθλία ψυχή μου - Εὐσεβείου ἐπισκόπου Αλφάβητον. *Tempus præterit: Quid cunctaris? Judex adest: Cave. Rationem iustam redditura es omnium operum quae fecisti, o miserrima anima mea. - Eusebii episcopi Alphabetum.* Incip. Αδὰμ κατάρξας, *Adamus qui initium fecit.* Agitur de inobedientia et conversione Adam, quem Christus salvum fecit.

Fol. 189. Λέξεων ῥωμαίων συναγωγὴ κατ'εκλογὴν κατὰ στοιχέων. *Romanarum vocum collectio selecta ordine alphabeti.* Duas in columnas quaeque pagina divisa, altera quidem romanas seu latinas aut etiam barbaras græcas voces, graece vero cunctas scriptas, excipit, altera illi respondens singulæ singulam propriorem græcam vocem aut periphrasim appingit. Deficiente Codice desinit glossarium in vocem σφαντερίζεται - ἰδιοποιεῖται, quae est XIII sub Lit. Σ. Unum est hoc ex Lexicis juridicis, quod vocabula forensia magis usitata colligit.

CODEX QUADRAGESIMUS OCTAVUS

Z. γ. VIII.

Cod. ms. chartac. latinus sæc. XVII, constans foliis scriptis tribus et nonaginta, long. m. 0, 19, latitud. 0, 13, charactere oblongo, non malæ notae, at plerumque neglectus, eoque atramento exaratus, ut pagellae cunctae qua scriptura expanditur, mirum in modum flavescant.

Inscribitur: « *Institutionum Civilium liber tertius* » per titulos distributus triginta, quorum primus est: « *De hæreditatibus quae ab intestato definiuntur,* » et ultimus: « *Quibus modis tollitur obbligatio.* » In fine libri subnectitur Index.

CODEX QUADRAGESIMUS NONUS

Z. γ. IX.

Cod. ms. chart. lat. saec. XVII, constans foliis omnino plus bis centenis, scriptis autem tantum centum et viginti sex, longit. m. 0, 20, latitud. 0, 16. Agitur de re *Juris civilis*, praecipue de *Acquisitione et Possessione* usque ad fol. 86. Quatuor albis interiectis foliis adest tractatus de *Obligatione*. Exterius scribitur « Anno 1654 » et characteris genus non differt, ni fallor, ab eo quo superior Codex inscriptus fuit, quem idcirco ad idem sæc. amandavimus.

CODEX QUINQUAGESIMUS

Z. γ. X.

Cod. ms. chartac. saec. XVII, constans foliis centum et quinquaginta duo, longitud. metri fere 0, 21, latitud. 0, 15, non bene exaratus, auctore ignoto, cujus quidem nominis initiales literae saepe dantur. Praecurrit libro stemma Card. Nerlii cum notula: « *Ex libris Franc. Nerlii Flor. n. 10.* »

Fol. 2. « *De Jure Cæsareo et prope ad Lect. R. De officio eius cui est mandata jurisdictio.* »

Fol. 35. v. « *Ad legem primam. De officio eius cui mandata est jurisdictio.* »

Fol. 125. Inscriptio hujus libri ita adamussim componitur: « *Ad*

legem imperium de Juris. omnium judi. interpres max. Joannes Andreas de Paula Neapolitanus. » Infra vero M. P. V. I. S. A. D. 1626.

Fol. 182. v. Inscribitur: « *Joannes Andreas de Paula ad lecturam pr. De officio eius cui mandata est jurisdictio, et de acq. pone cum in hoc titulo et de officio eius supra diximus.* »

Fol. 201. v. Titulus inest: « *Ad legem primam eodem Joanne Andrea.* » Inferius in figura quadam quadrangula medius inscribitur *Jesus*: et circum hæc verba feruntur « *Rota fortuna me tollit ad astra M. P. C. R. S. A. D. 1627:* » et tractatio sat prolixa desinit cum libro.

CODEX QUINQUAGESIMUS PRIMUS

Z. γ. XI.

Cod. ms. chartac. italicus saec. XIX, constans foliis 116, long. metri 0, 25, latitud. metri 0, 19, diligenter politeque exscriptis. Igitur liber ligatus in fronte auratis literis titulum exhibet « *Bellengo: Dritto Civile.* » Foliolum libro assutum præbet rerum indicem, proinde operis veluti schema, quod dividitur hisce libris ita inscriptis. I *Delle persone*, II *Delle cose*, III *Delle azioni*, IV rursus *Delle azioni*, qui liber ultimus titulis duobus tantum constat.

CODEX QUINQUAGESIMUS SECUNDUS

Z. γ. XII.

Cod. ms. chartac. italicus saec. XIX, excipiens folia decem ac ducenta. Porro volumen, quod subsequi fit superius, eadem dimensione et charactere, quam illud gaudet, verum in fronte inscribitur « *Bellengo. Dritto Canonico e Naturale.* » Porro *Juri canonico* appactus index exhibet rem universam ita divisam, ut praecedant notiones de *fontibus* ac de *libris* Juris canonici, tum subsequantur libri tractationum quatuor ita inscripti, I *Delle persone*, II *Delle cose*, III *Dei giudizii*, IV *Dei delitti.*

Ius autem *civile* inscriptum « *Alcune proposizioni di giurisprudenza naturale.* » Decem tantum propositiones exhibentur, quarum extrema non videtur absoluta.

Hi porro duo Codices dictati sunt a Bellengo jureconsulto Faventino, qui non modo apud illud municipium jurisprudentiam in pubblico Lycæo docebat, sed apud cunctam Romandiolam maxima existimatione fruebatur. Vir autem ille doctus ac sapiens, dum in Jure civili sectari profitetur *jus imperii Romani*, peculiaribus pontificiæ Ditionis statutis attemperans, cum vero ad jus ecclesiasticum altero cursu gradum facit, ita in huius laudem sapientissime præfatur: « Se lo studio delle « Leggi civili è necessario agli uomini, *ut « universo rescripto earum manifestius co- « gnito, vel in libita declinent, vel permissa « sequantur*, conforme ne avvertì Giustiniano, « di quale vantaggio e di quanta necessità « non sarà la cognizione delle Leggi Canoni- « che le quali riguardano le regole del cre- « dere e dell' operare, il regolamento della « Chiesa, il sacro culto, le sacre persone, « la direzione de' costumi, e lo sterminio de' « vizii ? E questo l'importante luminoso ar- « gomento di cui..... »

Iam vero utrumque Cod. polite ac diligentissime exscripsit D. Laurentius Randi, nunc S. R. E. Diaconus Cardinalis titulo S. Mariae in Cosmedin, qui nuper mihi monumentum sui habendum humanissime donavit, cui ego, uti par est, quantum possum, hic refero gratias et maximas habeo.

CODEX QUINQUAGESIMUS TERTIUS

Z. γ. XIII.

Cod. ms. chartac. italicus saec. XVII, constans foliis 238, long. metri 0, 185, latitud. 0, 137, bono charactere a calligrapho anonymo exaratus. Enchiridion est *medico-chirurgicum* usui accommodatum.

Exhibentur genera magis ordinaria morborum aut vulnerum; et singulis expositis remedia, curationesque praescribuntur. Porro *Casus*, uti appellantur (nam per methodum narrationis perhibentur), centum et tredecim, totidemque *Expositiones* dantur. In fine autem Cod. horum *casuum* tabula apponitur.

CODEX QUINQUAGESIMUS QUARTUS

Z. γ. XIV.

Cod. ms. chartac. latin. saec. XVII ineuntis, constans foliis scriptis 44, longit. metri 0, 12, lat. 0, 13, cui titulus: « *Rub. et Leg. Centurio seu de Vulgari et pupillari cum Soc. Joan. Bapt. De Laurentiis an. 1610. Novembris XXII, die Martis. Ego Franciscus Ant. Portarellus, clericus Neapolitanus etc.* » Tractatus est juris civilis de *substitutionibus* quoad hæreditatem, quarum cum quinque species adnumerentur (fol. 2. v.) scilicet *vulgaris*, *pupillaris*, *exemplaris*, *breviloqua et compendiosa*, rediguntur tamen ad duas dumtaxat primas, de quibus

sermo instituitur. Bifariam interea tribuitur tractatio, videlicet de *Rubrica*, quæ pars est theorica, et de textu *Legis*, quæ partem *juridicam* constituit: absoluta autem est, uti patet ex epigraphe ultima, die V Januarii an. 1611.

CODEX QUINQUAGESIMUS QUINTUS

Z. γ. XV.

Cod. ms. chart. latin. saec. XVIII, constans foliis scriptis 70, longit. metri 0, 20, latit. 0, 14, et excipit *Dialecticam* et *Philosophiam rationalem* ad mentem Aristotelis, quam hausit Mammulae in Collegio S. P. N. Nicodemi, et exscripsit an. 1734 Iosephus-Maria Muscari, abbas Basilianus.

Adsutus est Cod. libellus exscriptus, uti videtur, a D. Gregorio Piacentini, continens librum I *Institutionum civilium* Justiniani Imp. et fragmentum de *Jure canonico*.

SERIES ULTIMA

CODICES MISCELLANEI

CODEX PRIMUS

Z. δ. I.

Cod. ms. membran. graec. saec. XV, constans foliis omnino 88, longitud. metri 0, 22, latitud. fere 0, 16. Codicem olim imperialem extitisse regiae Cplis et ad principes Palaeologos pertinuisse docet externus ornatus. Liber enim tabulis ligatus est serico panno cærulei coloris coopertis, et ex argenteo filo utraque parte Aquila bicipiti, nec non siglis Palaeologorum familiae ad angulos pulchre contextus, in praesens attractu manuum praesertim in fronte pretiosum tegmen valde detritum habet. Infra autem membranæ candidæ sunt, quippe quæ gypso illitæ esse et lævigatæ videntur. Character subtili stilo composite eleganterque ductus est flaviusculo atramento. Tituli vero operis, initiales quæque literæ, sobriique ornatus, qui titulis plures ex partitione sermonum marginibus supra vel infra inseruntur, cuncta hæc ex diluto minio confecta sunt.

Continentur volumine quaedam opera Manuelis Palaeologi qui Constantinopoli regnavit ab anno 1391 ad an. 1425, cuius multa scripta latent in Bibliothecis, uti videre est in procemio ad eius opera, quod ex Fabricio exhibet J. P. Migne (Patrol. Graecorum t. CLVI), quædam hic ipse quoque in lucem iterum edens. In Codice autem ista sunt, atque hoc sese ordine excipiunt.

Fol. 1. Τοῖς ὁσιωτάτοις ἐν ἱερομονάχοις καὶ πνευματικοῖς πατράσι δὰδ (δαβὶδ) καὶ Δαμιανῷ, εἰ καὶ ἐκ προοιμίων τὸ γράμμα θατέρῳ δοκεῖ πέμπεσθαι. *Sanctissimis inter monachos sacerdotes et spiritualibus patribus David et Damiano (quamvis e procemiis epistola ad alterutrum missa videatur).* Adnotatio ista facta, credo, a calligrapho innititur sane procemio epistolae, quod ita se habet: Χρόνῳ πέρας εἰληφὸς τὸ βιβλίον εὐθῦς σοι τοῦτο πέμπεται παρ'ἡμῶν, οὐ δῶρον ἀλλ'ὥς τι χρέος. *Cum successu temporis libro finis facta*

sit, continuo mittitur ad te a nobis non dono sed tamquam debitum.... Literae istae non dantur suo nomine apud Fabricium, at generatim sub num. 28 referuntur Manuelis *epistolae*, et alia quaedam Romae in biblioth. Vatic. teste Montfauc. (Ed. Harl. t. XI).

Fol. 12. Αὐτοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πνευματικὸν, ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν μετὰ τὸ ῥαίσαι τῆς δεινῶς κατασκηψάσης αὐτῷ τῆς χαλεπωτάτης νόσου. *Eiusdem piissimi et Christum amantis regis Manuelis Palaeologi ad suum spiritualem* (patrem nempe Deum) *postquam hic gravissimo morbo, quod sibi contigerat, oppressisset.* » Incip. Καὶ πᾶσι μὲν χρεὼν εἶναι νομίζω θεῷ χάριτας οἰδέναι. *Equidem omnibus arbitror Deo gratias habendas esse.*

Posteriore pag. absoluto procœmio incipit *actio gratiarum* hisce verbis: Δόξα σοι ὁ πατὴρ, δόξα σοι ὁ υἱὸς, δόξα σοι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Gloria tibi Pater, gloria tibi Fili, gloria tibi Spiritus Sancte.* Fabricius quidem non citat in indice hanc orationem, sed notat ad calcem: « *Manuelis orationem panegyricam,* Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως ὑγείας, *editam esse a Brissonadio in Anecdotis novis, cum eiusdem ad Demetrium Cydonium epistola etc.* » Capitibus LVIII dividitur, quorum argumenta dantur in margine. Migne Bibl. græca t. CLVI.

Fol. 65. v. Εὐχὴ δοξολογίαν ἔχουσα πρὸς Θεὸν σὺν ὁμολογίᾳ τῆς εὐσεβείας, εἶτα δέησιν συγκεκραμένην εὐχαριστίᾳ καὶ ἐξομολογήσει· συνάγουσα δὲ πρὸς τῷ τέλει τὰ εἰρημένα, λήγει εἰς πίστιν. *Deprecatio quacum jungitur glorificatio ad Deum, et professio pietatis* (fidei); *deinde preces quibus inseritur actio gratiarum et confessio, ad finem autem versus complectitur ea quæ dixi, desinit autem in actum fidei.* Incip: Δόξα τῷ δείξαντι τὸ φῶς. *Gloria illi qui manifestum fecit lumen.* Edita est cum aliis opp. Manuelis, teste Fabricio, a Jo. Leunclavio ex bibl. Jo. Sambuci, Basil. 1578. Migne t. c.

Fol. 71. Huic ipsi orationi appingitur actio alia gratiarum incip. Εὐχαριστῶ σοι τῷ θεῷ καὶ πατρί. *Gratias ago tibi Deo et Patri:* quae seorsim apparet in Cod. Sambuciano sub titulo *Preces aliae breviores.* Vid. Fabric. et Migne loc. cit.

Fol. 72. Κανὼν παρακλητικὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν ἡμῶν Δέσποιναν Θεοτόκον ὑπὲρ τῶν νῦν περιστάσεων. ᾨχ πλ. β'. *Hymnus paracleticus in SS. D. N. Deiparam pro praesentibus periculis.* Incip. Απασα τάξις. *Omnis ordo.* Vulgavit olim Maraccius; postea etiam cum textu graeco ex hoc Cod. excerptus (Cod. z. α. XXXIII), graece et latine versus fuit, at non editus, a p. Monaldinio. Exstat tantum in Vindob. Biblioth. Cæsarea cod. 188. Migne t. c.

Fol. 75. Τοῖς αὐτοῖς ὁσιωτάτοις ἐν ἱερομονάχοις καὶ πνευματικοῖς πατράσιν. *Iisdem inter monachos sacerdotes sanctissimis et spiritualibus patribus* (nempe *David et Damiano,* quibus superiores literæ datæ sunt). Incip. Οἶδα βραδύτερον τῶν ἡμετέρων ἐλπίδων. *Scio quod spes vestra aliquanto plus*

cohibet. Requirenda est inter epistolas, quarum superius e Cod. meminimus. Deest apud Migne.

Fol. 82. Δημητρίου τοῦ Χρυσολωρᾶ πρός τινα Αντώνιον δὲ Ασκουλι (sic), ἀπορουῦντα· ὡς ἐπειδὴ τὸ ὂν κρεῖττον τοῦ μὴ ὄντος, πῶς ὁ Χριστὸς εἴρηκε περὶ τοῦ Ιούδα, ὅτι καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη. *Demetrii Chrysolorae ad quemdam Antonium de Ascoli* (ita olim legerat etiam Monaldinius noster in suo compendiario Catalogo), *qui dubio hærebat, quo pacto, quandoquidem præstet esse quam non esse, Christus dixisset de Juda, quod bonum* (sic) *erat ei, si natus non fuisset*. Inc. Απορουῦντί σοι ὡς. *Dubitanti tibi*. Verba titularia eruta sunt ex iis procœmialibus orationis apud Lambecium (Fabric. ed. Harl. t. XI, p. 411-413).

Fol. 83. Τοῦ Αντωνίου πρὸς τὰ εἰρημένα τῷ Χρυσολωρᾶ ἀντίρρησις. *Antonii ad dicta Chrysolorae obiectiva responsio*. Inc. Ισως ἐχρῆν. *Forte oportebat*. Vid. ibidem.

Fol. 85. Τοῦ βασιλέως σαφήνειά τις τῶν εἰρημένων ἐξ ἑκατέρου τῶν ἤδη διαλεχθέντων, καὶ ὅσον οὗτος περὶ τούτου τοῦ ῥητοῦ δοξάζει· τίθησι δὲ καὶ λόγους καὶ λογισμοὺς τὴν δόξαν συντόμως ὡς ἀγαθὴν παριῶν. *Regis* (Manuelis) *declaratio quaedam super iis quae ab utroque dicta sunt et adserta, et quid ipse de hoc dicto* (Christi) *opinetur. Compendiose autem inserit sermones et argumenta quibus sua uti bona innitatur sententia*. Incip. Ταυτὶ σχεδὸν, ὦ παρόντες. *Hæc propemodum, auditores*. Vid. Fabric. t. c. Hoc sermone finis Codici imponitur.

ANIMADVERSIONES

Tegmen Codicis et impressum stemma atque siglæ, nec non adnotata in titulo primæ epistolæ eam proferunt ætatem, ut exaratus sit post mortem Manuelis, Joanne imperante, per quem, uti credere est, dono datus fuit Bessarioni Card.

Re quidem vera fastigio pagellæ primæ scriptum adiacet manu, uti arbitror, ipsius Card. *Bibliothecae Niccnae*, ita adamussim latine, tum cum equidem, credam, ipse in Italiam advenit, latinusque secunda patria factus fuerit.

At certo certius eius manui verba debemus, quæ in secundi folii v. superiore margine græce legimus:

† Εκ τῶν βησσαρίωνος καρδηνάλεως κατ' ἀξίαν τό γένος ἕλληνος.

E libris Bessarionis dignitate Cardinalis genere Græci.

Interior autem pars alterius libri tabulæ exhibet adhuc subobscurum vestigium avulsi stemmatis viri eminentissimi e suctu colorum impressum.

Cum ex iis evincatur Codicem ad Bessarionem olim pertinuisse ex dono Joannis Palæologi, non nimis a vero abhorreret opinio, qua quis autumaret munus illud factum esse, tum cum, præsente eodem Imperatore, Bessarion cooptatus est in Collegium Patrum Cardinalium, anno nempe 1439; ex quo etiam non male coniiceretur, quod Codex Manuelianus posthumus exscriptus esset, decursu temporis ab anno emortuali Manuelis, nempe 1425 ad ipsum an. 1439 vel ante.

Hæc satis de Codice. De Manuele autem rerum auctore id unum referam, Bessarionem in illa quam de eo habuit laudationem, multis sane verbis sapientiam et scientiam Imperatoris prosequentem, hæc e plurimis dixisse: « *Testes sunt* (de eius fide, pietate, religione et virtutibus omnibus) *qui exstant illius libri summam doctrinam, singulare ingenium et divinam sapientiam praeseferentes, quamquam infelicibus nobis longe praestaret vivum illum ac concionantem admirari, quam post cineres ex illius scriptis vitae et virtutis et morum faccre coniecturam* » (Ex monodia in obitu Manuelis Palæol. imp.). De quibus eruditis operibus pro re nata velim illud etiam animadvertere, mihi persuaderi non

posse illud post legi in indice Fabriciano, scilicet proferri etiam sub num. 27 Manueles *Allocutiones* ad Bessarionem, ne dicam tantum Cardinalem, sed etiam episcopum, dum hic ipse in eadem *Monodia* mox ab allatis verbis subiit: « *Magnam certe iacturam omnes fecerunt, sed nos in primis, qui adhuc* ADOLESCENTES *talem virum prius fere quam nosse possemus, amisimus. Non licuit nobis orantem sæpius audire, non concionanti plausum reddere...* » Nemo igitur cordatus homo suspicaturus erit Manuelem vel dedisse literas vel *allocutiones* misisse ad hominem fere adolescentem, qui vix aliquot supra vigesimum vitæ esset supergressus annos: quarum si quid demum aliquando accepisset, ibidem profecto numquam silentio præteriisset.

Postremo, monebo, Cod. hic enucleatus habetur in Cod. Z. δ. XXXIII.

CODEX SECUNDUS

Z. δ. II.

Cod. ms. membran. græcus sæc. XI labentis, spissus foliis 136, longitud. metri 0, 10, latitud. 0, 9, initio mutilus et ad oras multum inæqualis et nigricans, neque etiam bene exaratus, et mendis scatens. Sed tamen magni momenti est prae vetustate ac multis quae continet.

Fol. 1. Fragmentum cuiusdam *canonis pœnitentialis* sane parvum. P. Ἐὰν ἀνὴρ συμφωνήσει μετὰτῆς συμβίου αὐτοῦ τοῦ μεταλαβεῖν τὴν ἁγίαν κυριακὴν. *Si vir conveniat cum uxore sua, ut participes fiant sanctae Synaxis* die *Dominico.*

Fol. 3. v. « *Stichéra plura dicenda infra hebdomadam.* » P. Δεῦτε μακαρίσωμεν.

Fol. 20. Ἐκθεσις καὶ ἑρμηνεῖαι ἐφιλογηθεῖσαι καὶ φιλονικηθεῖσαι καὶ ἑρμηνευθεῖσαι ὑπὸ τοῦ ἁγ. Βασιλείου καὶ τοῦ ἁγ. Γρηγορίου νύσσης τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ερωτ. Τίς μὴ γεννηθὸν (sic) ἀπέθανεν; Ερμ. Αδὰμ ἐπλάσθη οὐχὶ ἐγεννήθη.... *Dilucidationes et interpretationes factae a S. Basilio et a S. Gregorio Nysseno eius fratre. Interr. Quis non est natus, et tamen mortuus est? Resp. Adam plasmatus est, non genitus.*

Fol. 27. Fragmentum aliud *canonis pœnitentialis.* P. Βαρύτερα τῶν ἁμαρτημάτων ἐστὶν ἡ ἀπόγνωσις... *Inter peccata graviora sunt disperatio..*

Fol. 34. v. Excerptum de Conciliis. Cfr. Fabr. cum Harl. XII, 53.

Fol. 46. v. Ετεροφιλοσοφία καὶ διήγησις καλὴ περὶ τῶν ιβ'. ἀποστόλων... *Heterophilosophia et narratio pulchra de XII Apostolis...* Incipit: Πέτρος καὶ Ανδρέας ὁ πρωτόκλητος. *Petrus et Andreas primus-vocatus.*

Fol. 59. *Liturgia S. P. N. Jo. Chrysostomi;* et subnectuntur aliquot epistolae et evangelia pro missis Defunctorum et Sanctorum; sed quaedam desunt.

Fol. 91. *Chronicon paschale,* initio mutilum, incipit ab anno quo Codex scriptus est (Vid. animadv.).

Fol. 92. v. Aliquot interrogationes. Incip. Ποῖοι εἰσὶν οἱ ζ', οἱ ἐξ ἐπαγγελίας ἐγεννήθησαν; *Qui septem fuere, qui nati sunt ex promissione?*

Fol. 96. v. Preces duae in bovum, aliorumque quadrupedum mactationem.

Fol. 99. Ritus accipiendi aliquem ad publicam poenitentiam.

Fol. 115. v. Benedictiones et preces duæ *post-ambonem*.

Fol. 123. v. Stichéra quatuor in *Deiparam*.

Fol. 124. Preces et antiphonae ad Vesperas ex *Euchologio*.

Fol. 129. Aliae ad Matutinum.

ANIMADVERSIONES

In fine Codicis callígraphus id quod partim jam fecerat in fol. 34. v. subnectit hanc epigraphen sane difficilem:

χ
Ἐγράφη διὰ α ῑ λε̄ λε̄ ρ̄ρ̄ κ̄π̄ α ρ̄ρ̄. ἱερ"
χ τ
καὶ μ. ες̄ φ̄ ζ̄ η̄ ἰνδ. ιγ̄ σελ. κυκλ. ε'. ἡλ. κυκλ.
ο

π
ῑη ι α φε κδ̄. *Scriptus est .... a sacerdote et monacho an. mundi* (6)598, *indict. XIII, cursu lunari V solari cursu XVIII.* .. In anno adnotato subauditur millesimus nempe ,ς, uti vidimus in Cod. Z. α. II; quapropter in isto, si suppleatur signum ,ς, habetur juxta Græcos an. 6598, et juxta Latinos an. 1090.

CODEX TERTIUS

Z. δ. III.

Cod. ms. chartac. latin. saec. XVII-XIX, constans foliis omnino 243, longit. m. pl. 0, 18, latitud. 0, 13, plures libellos excipiens.

I. Primus titulum exhibet: « *Romani Vassalli abb. Cryptoferres scripta quaedam ne penitus vetustate absumerentur ex autographo ipso adservato in Bibliotheca Cryptoferratensi* (sign. B. 44) *Joseph Cozza monachus Hypodiaconus exscribenda manu sua curavit an. Ch. 1860, a mundi vero creatione 7368 mense Aprile.* »

Excipiuntur multae e Codicibus nostris erutae notitiæ, praesertim quoad Vitam S. P. N. Nili, nec non de civitate Tusculana. Cæperat idem Vassallius catalogum conficere de Abbatibus Monasterii, sed in secundum abbatem abrupit opus. Ipse autem exscriptor Cozza aliquot adnotationibus auxit libellum.

II. Inscribitur libellus juxta ea quae affert: « *Acoluthia universa a S. N. Nili junioris Monasterii Cryptaeferratae fund. perantiquo Cod. Bibl. Cryptoferr.* (A 25) *in quo ejus est vita a græco versa a. 1863 m. Jan.* Et latine quidem habet omnes hymnos et stichéra et synaxarium, quidquid ideo vel S. *Barptolomaeus* vel *Sophronius* compegerint in honorem S. Patris. Confer Cod. nunc digestum descriptumque in Catologo sub. lit. B. β. II.

III. Libellus graece prorsus exaratus habet titulum: Λόγος σμικρό-

τατος εἰς Βαρθολομαῖον τὸν μέγαν ἐν ἀσκηταῖς. Εὐλόγησον πάτερ. *Sermo brevissimus in Barptolomaeum, illum nempe magnum inter ascetas. Benedic pater.* At ea contra prolixior, eadem est oratio, elaborata a D. Joan. Rossanensi, et conscripta in suo Cod. olim sign. A. 26, nunc in Catal. B. β. III.

IV. Libellus eamdem Orationem in idioma latinum versam, et exscriptam a quodam nostro alumno, incip. *Mirabilis, inquit inter prophetas Dei pater et Rex, mirabilis Deus in Sanctis suis.*

V. Libellus qui continet *Sacram Liturgiam S. Jo. Chrysostomi* ex Liturgico græco edito, latinam vero factam et scriptam a D. Arsenio Pellegrini mon. nunc autem ab. Cryptæ ferratæ.

VI. Parvus catalogus dictionum *Officii et Liturgiae graecae,* quas idem auctor italice declaravit et conscripsit.

VII. Latina e graeca lingua interpretatio *Rubricarum* officii græci, prouti illæ exstant editæ in *Horologio* Cryptoferratensi P. I. pag. 484 et seq. Opus est cl. Theodori Toscani.

VIII. « *Racconto di Macrina Mieczyslawska abbatessa delle Basiliane di Minsk,* » versio italica ex primigeno idiomate gallico, facta et scripta ab Antonio Rocchi hierom. an. 1860.

IX. Libellus graecus inscriptus rubro titulo: Παραμονάριον μικρὸν σὺν τῷ θεῷ ἁγίῳ. *Paramonarium parvum auspice Deo,* exscriptum a Josepho De Gregori, olim alumno Seminarii nostri.

CODEX QUARTUS

Z. δ. IV.

Cod. ms. bombyc. latinus saec. XV, constans foliis fere 290, longitud. metri 0, 14, latitud. 0, 10, perminuto charactere, passimque flavescente ac spissis lineis exaratus.

Quidam ex saec. superiore in fronte Codicis haec adnotavit: « *Cod. sæc. XV ex Monasterio Cryptae ferratae. Anonymi excerpta miscella fere omnia ex libris veterum Patrum, item ex Tullio, multa habet de nominibus et proprietate animalium, avium, piscium.* »

Inter patres frequentior est *Augustinus,* tum veniunt *Hieronymus, Gregorius papa, Chrysostomus Joannes,* neque deest *Basilius.* Eorum excerpta sat multa enarrata folium complent usque ad ducentesimum trigesimum secundum. Illud vero dolet ex minuto notisque referto charactere impervia essa pleraque et fere latitantia.

Fol. 234. Etymologium *animalium* ad eum modum quo Isidorus

Hispalensis confecit; sed auctor non hoc uno utitur, sed aliis etiam patribus, disseritque de belluis, de reptilibus, deque piscibus, et a *leone* initium ducens absolvit opus in *anguillas*.

Fol. 262. v. Sententiæ *juris* aliquot subnexae, ex Ulpiano potissimum delectae.

Fol. 265. v. Alia accedunt e Patribus mutuata, maxime ex primo Cypriani libro *De oratione dominica*.

Fol. 282. v. Absoluto libro appingit alius non multo recentior calligraphus aliquid de *auro* et *argento*, atque ita explicit Codex.

CODEX QUINTUS

Z. δ. V.

Cod. ms. chartac. græcus sæc. XVIII, spissus foliis scriptis 112, longitud. metri fere 0, 23, latitud. 0, 17. Titulus recentior appositus habet: *Excerpta et Mnemosyna ex codicibus Cryptoferratensibus.* Opus D. Philippi Vitali sane præstantissimum ac sacros *græcos* ritus veterum Patrum nec non ad historiam Monasterii perutile.

Sed eminent præ ceteris notitiae *Eclogadii* quod S. Barptolomaeo abb. tribuitur (Vid. Cod. A. β. V.) ita inscriptum: « *Codicis membranacei in quarto adnotat. A 34. Cryptopherres descriptio. Pervetustus ms. ab Anonymo (sed, ut puto, a Divo Barptolomaeo abbate huius monasterii) ad normam pariter orthopalaeographorum omni diligentia conscriptus, continet Eclogadium seu selecta epistolarum recitari solita infra annum. Incipit Codex a Dominica I Paschatis Resurrectionis* ». His praescriptis describi Cod. pergitur.

Alter Codex describitur item praestantissimus; *Evangeliarium* id est saeculi X, in cuius fine haec appingitur memoria: Τετελείωται σὺν θεῷ τὸ Εκλογάδην τοῦ εὐαγγελίου τούτου διὰ χειρὸς Κυριακοῦ πρεσβυτέρου, τλήμωνος τοῦ καλογήρου ἐν ἔτει ,ϛυϛθ', ἰνδικτίωνος δ', μηνὶ ἰουνίῳ εἰς τὴν ιβ'. ἀπὸ δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριϛοῦ ἔτη ἐννακόσια ἐνενήκοντα ἓν ,ϡα'. *Ad finem perductum est, Deo auspice, eclogadium Evangelii huius manu Cyriaci presbyteri, miseri calogeri, anno* (mundi) *6499, Indict. IV, mense Junio* (die) XII, *ab Incarnatione autem D. N. J. C. an. 991.*

Item alibi in eod. Cod. manu autographa exaratum legitur: Κυριακὸς μοναχὸς πρεσβύτερος ἐν ἀστέῳ Καπούης ἔγραψεν. *Cyriacus monachus presbyter in castro Capuae scripsit.* Capuanus igitur codex videtur. At cum alibi alia manu, at item vetusta, legatur: Εγὼ ἀδελφὸς Θεοδώρητος μοναχὸς τῆς μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐπονομαζομένης τῆς Κρυπτοφερράτας, *Ego frater Theodoretus monachus mansionis SS. Deiparae cognomento*

Cryptaeferratae, coniiciendum censeo cum p. Vitalio, codicem donatum fuisse monachis Cryptoferratensibus, et mea quidem sententia putarem ante annum 1132, vivente adhuc Theodoreto ab. de quo vide, sis, *Prolegomena*. Ad rem vero Codex iam e nostris excessit, et in Bibl. Vaticanam invectus est et signatus num. 2138.

CODEX SEXTUS

Z. δ. VI.

Excerpta philosophica et moralia, quae insunt Codici B. α. XXII, hic perinde proprio loco describenda, scilicet:

Fol. 70-75. Ἐκ τῶν Εὐστρατίου εἰς τὰ τοῦ Ἀριστοτέλους ἠθικὰ ἀποσημειώσεις. *Ex opp.* Eustratii *in Ethica Aristotelis notae*. Sunt igitur tantum breves indicationes, praesertim vero e *Definitionibus*. Jam vero Eustratius metrop. Nicænus, jam senio confectus, Ethicis illustrandis incubuit, imperante Alexio Comneno, sæc. XII (Fabric. ed. Harl. Bibl. graec. t. III, p. 264-265). Eius scripta memorat Allatius (lib. II de *Consensu*), ad quem hae notae, sin minus ab se scriptae, omnes fortasse pertinuerunt.

Fol. 122-134. Ὠκελλος ὁ Λευκανὸς φιλόσοφος περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. Ocellus Leucanus (Lucanus) *philosophus de Universi natura*. Incipit: Τά δε συνέγραψεν Ὠκελλος ὁ Λευκανὸς. *Haec conscripsit Ocellus Lucanus*. De Ocello philos. pythagorico vide plura in Fabricio (Ed. Harl. op. cit. t. I, p. 853 et seqq). Exscripta sunt capita quatuor, quae mox excipit brevis catalogus scriptorum graecorum currenti calamo exaratus ab Arcudio, cui hæc scripta accepta referimus.

Fol. 154-155. Γνῶμαι χρυσαῖ Δημοκράτους φιλοσόφου. *Sententiae aureae* Democratis *philosophi*. Init. Γνωμέων μευ τῶνδε εἴτις. *Harum mearum sententiarum si quis*. Post quatuor paginas exaratas subnectitur: Τέλος τῶν Δημοκράτους γνωμῶν. *Finis sententiarum Democratis*. De hoc cfr. Fabric. ed. Harl. t. I, p. 868.

Fol. 156-157 Ἐκ τῶν Κλαυδίου Τούσκου ἐφεμερίδων περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως ἐν μηνὶ Ἰουλίῳ. Incipit: Κατὰ τὸν ἐν λέοντα (sic) ἥλιον ἀναχεῖται ὁ Νεῖλος. *Nilus infunditur ab ea ragione qua sol occurrit leoni* (astro). Desinit his verbis, ἐν τῷ στομίῳ τοῦ ὠκεανοῦ - Claudius iste de re astronomica scripsisse praebetur apud Fabricium (ed. Harl. t. IV p. 156), qui tamen ibi nullam de hoc opere mentionem injecit.

Fol. 63. Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ αἰνίγματα πρὸς τὸν βασιλέα τὸν κῦρ Μιχαὴλ τὸν δοῦκα. Pselli *sapientissimi viri aenigmata ad imper. D. Michaëlem Ducam*, versibus politicis et jambicis affabre concinnata, quae ci-

tat Fabricius (ed. Harl. t. X, p. 77) eadem omnino, atque Allatius apud se num. XLI, quotquot heic sunt, fuisse testatur. Incipit: Ἔστι τι ζῶον λογικόν. *Est quoddam animal rationale.* Porro hic est Michaël Constantinus Psellus junior, theologus, orator, poëta, sed praesertim philosophus, aetate sua omnium longe praestantissimus.

Fol. 158. Postremo, cum res admodum parva sit, referam ex hoc ipso Cod. elegiam et ethopoeiam in *S. Petrum ap.* Altera quidem incipit: Ηλιε κεῦθε φόως. *Sol, absconde jubar.* Altera vero inscribitur: Τίνας ἂν εἴποι λόγους ἡ Αντιοχεία τοῦ οἰκείου ἀποζερηθεῖσα ποιμένος. *Quas emiserit voces Antiochia proprio orbata pastore.* Est carmen hexametrum, incip. Η πρὶν ἐνὶ πτολίεσσι. *Quae princeps inter urbes.* Opus utrumque forte autographon, sed latent scriptor et auctor.

CODEX SEPTIMUS

Z. δ. VII.

Cod. ms. chartac. græc. sæc. XVIII, constans foliis pluribus 73, pl. min. long. m. 0, 25, latit. m. 0, 18. Miscellaneus liber est, quem juvat ex indiculo ipsius D. Caroli Mazio describere. Itaque hic prima libri fronte ista scribit: « *Volumen hoc ms. continet:* »

« I. *Syntoma quae per totum annum canuntur praesertim ad Matutinum, pag. 1. Scripsit D. Benedictus Monaldinius.* »

« II *Benedictionem aquae in Epiphania. p. 28. Scripsit D. Philippus Vitali.* »

« III. *Versionem et interpretationem Canonis D. Joannis Damasceni in S. Pentecostem, pag. 48. Interpretatio desumpta e Codice ms. Monasterii SS. Salvatoris Messanae. Versio in latinum est D. Benedicti Monaldinii.* »

Quae post omnia ipse adnotator subnectit distichon:

Qui legit et retulit cuncta hæc, est Matius ille,
Qui mihi, lector, ait, confer opem precibus.

ANIMADVERSIONES

Syntomis miscentur etiam idiomela, si quæ cum illis juncta occurrant aut in doxologiam (Gloria Patri) præscribantur. Finis coronatur epigraphe: Ετελειώθη τὸ παρὲν βιβλίτζιον διὰ χειρῶν τοῦ εὐτελοῦς ἱερομονάχου Βενεδίκτου κατ' ἐπιταγὴν τοῦ ὁσιωτάτου καθηγουμένου κυρ. Φιλαρέτου Αὐγουζίνι ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγ. πατρὸς ἡμῶν Βαρθολομαίου τῆς Τρυγένης· ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομ'ας ,αψμγ', μηνὶ μαρτίῳ ιβ'. ἰνδ. ς'.-Οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ. *Absolutus est hic libellus manibus inutilis hierom. Benedicti ex jussu sanctissimi abbatis Domni Philareti Augustini in Cœnobio S. P. N. Barptolomæi*

Trygonensis, anno redemptionis 1743, *mense Martio XII, Indict. VI. Qui legitis orate pro eo*

Alteri operi præmittitur quidem: «*Sequens ocoluthia sanctificationis aquae in Sanctis Theophaniis transcripta fuit ex pervetusto membranaceo Codice in quarto Bibliothecae Cryptopherres adnot. lit.* A - 19, *pag.* 115 *et seqq.*» (Cfr. Cod. Γ. β. VIII). In fine vero istud appingitur: Τῇ κυριακῇ καὶ τῇ β'. τοῦ φεβρ. μηνός ἐγράφη ἐν ἔτει τοῦ κόσμου ,ζσξγ' καὶ τοῦ κυρίου ,αψνε'. *Die dominico* 2 *Febr. scriptus est a. mundi* 7363, *et Domini* 1755.

Denique tertium opus præcedit epist. dedicatoria auctoris data ad Basilium ab. Monasterii Messanensis, qua docemur duplicem illius laborem, scilicet interpretandi e græco in latinum Canonem Damasceni, eiusque explanationem repertam in quodam Cod. Messanensi, nec non enucleandi elucidandique textum in pentastichum hymni damascenici. Dum vero Monaldinius autumat interpretem græcum Gregorium seu Georgium Corynthium extitisse, nos contra comperimus esse Eustathium Thessalonicensem. Cfr. cl. Majum, *Spicileg. Rom. tom. IV.*

CODEX OCTAVUS

Z. δ. VIII.

Cod. ms. chartac. latin. sæc. XIX, excipiens folia 171, longitud. metri 0, 33, latitudin. 0, 23, bona scriptura et marginata exaratus. « *Elenchus et catalogus librorum græce mss. qui in Bibliotheca Collegii S. Basilii de Urbe reperiuntur, transvecti e pluribus Calabriae et Lucaniae monasteriis præsertim Carbonensi et Pateriensi Ord. S. P. N. Basilii M. studio et cura Rmi p. Magistri D. Petri Menniti eiusdem Ord. abbatis generalis, circa annos Domini 1697 et 1699. Nec non Index rerum quæ in ipsis Codicibus contineri videntur.* »

Recensentur Codices omnino centum sexaginta duo, præter fragmenta, cuiusque autem codicis datur numerus ordinis et materiarum index. Ex quo vix Catalogi paginas quis revolvat, videt et persentit, quam copiosi Codices, quam pretiosa esset Bibl. Basiliana.

ANIMADVERSIONES

Confecit Catalogum D. Joan. Chrysostomus Scarfò hierom. Basilianus, cum esset illius Bibliothecæ præfectus, quod notatur in Recensione operum eius in edit. *Poesie varie del p. Scarfò:* Venezia 1737, p. 82. « *Formò per ordine dei suoi superiori in idioma latino un Indice dei codici greci, quali serbansi nel Collegio di S. Basilio in Roma, e un altro di quei che veggonsi nella libreria del Salvator di Messina.* » Apographon autem hoc perfecit, hortatu cl. D. Jos. Cozza, D. Germanus Ciuffa, hierom. Cryptoferratensis, curam et laborem diuturnum impendens, qui alia multa etiam græca transcripsit. Autographon autem p. Scarfò in Biblioth. Vatic. nunc custoditur cum thesauro Codicum, qui eo, præter aliquot Bibl. Cryptoferratensi donatos, illati sunt omnes, jussu Pii VI Pont. Max. Huius rei memoria in una ex aulis Bibliothecæ Vatic. sub effigie illius Pontificis et Card. Francisci Xaverii De Zelada legitur inscriptum:

PIUS . VI
PRAESTANTIORUM . DIGRAMMATUM
CODICES . BASILIANOS
BIBLIOTHECAE . VATICANAE
DONO . DEDIT . ANNO . MDCCXXC .

Porro, teste Jos. Cozza, in *Inventario* Codd. græcor. Vaticanorum post Cod. 1962 legitur: « *Sequuntur Cod. Basil. num.* 161 *a*

n. 1963 *ad* 2123, *qui descripti sunt in Indice separato.* » Nuper vero an. 1879 idem cl. Josephus Cozza, cum esset scriptor Vaticanus, hos quoque recensuit Codd. in novo Catalogo, quem Bibliothec. Vaticanæ confecit (Confer Cod. Z. δ. XXXIV).

CODEX NONUS

Z. δ. IX.

Cod. ms. chartac. miscellaneus, spissus foliis 144, quorum dimensio plus minus attingit longitud. m. 0, 39, latitud. 0, 22, albis, lævibusque pergamenis ligatus, et bene asservatus, excipiens mss. plurium ætatum, scil. a saec. XV ad saec. XVIII.

Fol. 3. Opus exscriptum saec. XVII exeunte, cui titulus: « *Aaron liber: In quo de natura lapidum scribit, deque regionibus in quibus hi lapides oriuntur. Et qua ratione consecrari et transformari possunt.* » Quatuor saltem libris dividitur opus. Post « *lapidarium caput prooemiale* » incipiens: *Habete cœli silentium et ingratitudinis humanæ scelus attendite,* venit liber primus agens de natura plurimorum lapidum, quos alphabetico ordine digestos considerat.

Fol. 21. « *Liber secundus de cognitione locorum ubi lapides inveniuntur.* » Incip. *Hæc vel climata.* Desinit: *Præcipue autem in Rhodani circa partes provinciæ.*

Fol. 28. v. « *Liber tertius de sculpturis lapidum, et proprietatibus et virtutibus sculpturarum, et de modis et de figuris ipsarum sculpturarum.* » Incipit: *Quod autem non invidia philosophorum.* Desinit: *Qui iugiter industria sciat sibi proficere: Deo gratias.*

Fol. 42. v. « *Liber quartus de Consecratione lapidum et de modo et loco et forma consecrationis eorumdem.* » Incipit prologus cuius initium: *Aperuit thesauros dominus.* Finis autem prologi: « *Et dona parat gloria triumphi.* » Tum mox: « *Explicit prologus; incipit consecratio.* » At his verbis deficit Codex, vel quod sit abruptus, vel quod amanuensis dedignatus sit superstitiosa ista in publicum proferre.

Fol. 43. Opus eiusdem saeculi, at alia manu exaratum, est *oratio* Demosthenis italice interpretata cui titulus: « *Oratione di Demostene in lode dei cittadini Ateniesi morti per la patria.* » Sequenti folio incipit: *Poichè parve alla nostra città.* Desinit: *Et a quello che le leggi vogliono sodisfatto, andate in pace.*

Fol. 54. Opus, alia item manu exaratum eodem saeculo, sed ineunte inscribitur: « *In Cap. primum lib. VII. Val. Max. Emendationes.* » Incip. *Infames rei quibus ex causis absoluti aut damnati sunt. 2. V. Infames rei quibus de caussis absoluti vel damnati sunt.* Eædem e-

mendationes veniunt continuæ usque ad cap. VII, libri VIII, quæ postremæ omittuntur, nonnullis elapsis foliis.

Fol. 63. « *In capitulum primum lib. IX. Valerii Maximi emendationes.* » Incipit: *De Luxuria cap. I. malim: De Luxuria et libidine cap. I.* Eædem continuantur ad Cap. XVI illius libri, usque ad ea verba: *Suffultum caput imperio dementer:* L. V. *Fultum caput dementer imperio.*

Fol. 74. Orationes M. T. C. pro *Marcello*, pro *Ligario*, pro *Rege Deiotaro*, italice versæ, opus eiusdem sæculi, at præstantiori stylo conscriptum. Incipit: *Hoggi primieramente, Signori Ill.mi, io incomincio a liberamente parlare.* Folii in fastigio deterior manus ita versum esse maluit: « *Questo giorno ha posto fine al mio lungo silentio;* » et aliquantisper interpretationem prosequitur, passim hanc et reliquas orationes marginalibus correctionibus instruens. Orationi autem pro *Ligario* idem calligraphus subnectit versus quinque scazontes, præfixo titulo *Absthemii.*

Fol. 101. Nomenclatio geographica excipiens nomina montium, marium, fluminum, oppidorum, urbium quotquot per Italiæ fines habentur, sed incipit e regione Ligustica. Cum sint latine relata nomina, sæpe tamen etiam italicum apponitur. Opus eiusdem ætatis, at alius manus, quam quæ superius relata.

Fol. 115. Interpretatio latina orationis Demosthenis in eos qui in pugna Chæronea (?) obierant, cuius italica versio f. 44 occurrit. Scripsit eadem manus, quae superiora exaravit, non item eadem videtur, quae priorem versionem contexuit. Principium: *Cum in hoc jacentes tumulo vivos.* Finis: « *Et justa legitime persolvitis. Abite.* »

Fol. 121. Venit adiectio Codicis cuiusdam mutili exarati sæc. XIV. Prior adest expositio Joannis Lemovicensis super somnio Pharaonis regis, cui haec inscriptio praeit: « *Incipit famosum sopnium pharaonis moraliter expositum de regia disciplina serenissimo regi Navarræ expositum ab Joanne Lemovicense partitum in XX epistolas.* » Hisce rubre exscriptis alia manus atramento adiecit nomen regis « *Thoaldo.* » Principium: *Victoriosissimo principi . . . . . domino Theobaldo divina gratia regi Navarræ, magnifico Campaniæ ac Brie Comiti Palatino servus Joannes vocatus Lemovicensis etc.* Hoc nos opus retulimus in Cod. B δ. XXXI.

Fol. 131. v. « *Chronica Venetiarum sub brevissimo compilata* » (sic): opus ab eodem calligrapho exscriptum, incip. *Ab initio mundi usque ad præsens per venetie(?) currebant anni M. CC. XLIIII. in qua regnabat dom. Laomedon qui misit parvum filium suum contra inimicos suos cum magno exercitu*: et mox desinit cum ipsa pagella.

Fol 132. Adest sacra historia initio mutila, eod. saec. exarata,

quae pergit per quatuor paginas, quamque vero supra inscriptam. « *Legenda Sancti Francisci* » Incipit: *patescent ..deserat densas caliginosissimas saeculi tenebras.* Desinit vero: *Virtutis Altissimi cui est honor per infinita sæculorum sæcula. Amen.*

Fol. 134. « *Computus temporum. Reformatio computi solaris et lunaris a magistro Bono condita.* » Incipit: *Computus est scientia certificandi tempus secundum solis et lunæ progressus.* Desinit: *Haec ad præsens de computo contra radium . . . compendio nos dixisse suffitiat. Amen.*

Fol. 139. Apponitur quoddam carmen de *Astronomia*, quod incipit: *Hæc sunt signa poli, quæ semper stant via soli.* Desinit: *Et sextas retinent, Februariusque bis octo Kalendas.*

Fol. 140. « *De stirpibus Venetis.* » Catalogus alphabeticus præcipuarum familiarum in Rep. Veneta.

Fol. 141. Tabula literarum latit. 0, 10×0, 9, quae usui esse potest, si quis velit reperire diem Paschatis, cui subscribitur: « *Per istas literas possumus scire, quando pascha celebratur, etc.* »

Fol. cod. v. Continuatur elenchus familiarum.

Fol. 142. « *Antonii Pergamensis congratulatio ad Franciscum Fuscarum invictissimum Venetiarum ducem nouiter desigatum* (sic). » Incipit: *Eam urbem non modo florentem.* Desinit: *Oroque, sis memor parentis mei optime de tua re publica meriti.* Subnectuntur pone ista literis grandioribus: « *Ex Patauio et ex Gymnasio Fulgosio Cumanoque Ydibus Marciis.* »

Fol. 143. Praesignato nomine « *Jesus,* » notificatio brevis datur, quod Bohemi sub utraque specie velint Eucharisticum sacramentum sumere. Incipit: *Notum sit universis* $\overline{\text{Xpi}}$ *fidelibus quod fideles in regno Boëmiae* .. Sed haud post multa opus abrumpitur.

ANIMADVERSIONES

Libro Aaronis *de Lapidibus* qui Codicem init, titulus ampliatur his verbis: « *Liber qui Card. Bessarioni fuit, ante numquam a typographis editus, philosophis naturalibus et Magicæ artis operam dantibus utilissimus.* » Juvat duo parumper diluere, scilicet tum quoad auctorem qui dicitur Aaron, tum quoad possessorem qui traditur fuisse Bessarion. Cum igitur hoc opere contendatur magicen extolli, non nimis mirarer, si istud concinnaverit Aaron ille Isaacius qui e Corintho in Siciliam appulsus, et latinam linguam apprime edoctus, factus deinde Manuelis Comneni imp. interpres, multum valuit apud eum propter artem ariolandi, in quam alter quidem insane ferebatur, alter vero malitiose multos pelliciebat. Nam et librum quemdam a se *Salomonium* dictum (opus fortasse suum) ille adhibebat ad divinanda non modo quam plurima, sed ad manes quoque ex inferis locis avocandos. De Aaron interea plura Nicetas lib. IV hist. agit, qui tradit postremo huic, iussu Isaacii Angeli, linguam recisam esse tum magnæ perfidiæ, cum impiæ magicæ artis reo deprehenso. De reliquo res esset multo plus investiganda, quam brevitas animadversionis ferat, uti melius dilui posset, utrum iste Salomonius an alius liber Aaronis Isaacii magicus esset. Nam illum profecto, qua saltem parte exhibebatur lapidum ipsorum *consecratio*, inde fortuito nescio an

consulto avulsa, vel etiam nunquam exscripta, putidam oportet redoluisse *lithomantiam*. Quod si interea adeo vetustus sit liber, confectus scilicet sæc. XI exeunte vel XII ineunte, nil impedit quominus Bessarion exemplar aliquod huis haberet, qui omnigenos libros possedisse constat etiam ex Catalogo illorum quos Venetias deferri iussit. Nil tamen mirabimur quod huiusmodi opus in illo minime appareat, quippe qui probe sciamus multos ante digestum catalogum ex sua custodia avulsos raptosque esse codices, qui identidem hinc inde passim postea in lucem denuo e tenebris prosiluerunt. Deinde alia profecto comperimus penes Bessarionem volumina Codicum extitisse, quæ vel absumpta sunt, vel serius, postquam ille tot Venetis donaverat, sex prope annis ante obitum suum, in alias multas Bibliothecas concesserant (Cfr. Migne Patrol. græc. t. CLXI. Fabric. ed. Harl. t. XI, p. 422 et seq.).

CODEX DECIMUS

Z. δ. X.

Cod. ms. chart. latino-italicus saec. XVIII, constans foliis 219, quorum aliquot sunt agrapha. Miscellanea rerum ut plurimum sacrarum.

Fol. 1. Breves interpretationes quorumdam SS. Scripturæ textuum digestae per ord. alphabeticum. Nunc incipit a litt. C. opus p. D. Dominici Mancinelli, hieromonachi Cryptoferratensis, latino sermone conscriptum.

Fol. 62. Sententiæ et conceptus perutiles ad conciones sacras ex p. D. Basilio Cardoni hieromonacho, viro operibus scriptis longe clarissimo, de quo confer *Prolegomena.*

Fol. 66. Farrago vocum ac sententiarum sacrarum ordine alphabetico disposita, opus p. D. Gregorii Piacentini hieromonachi nostri, de quo item plura in *Prolegomenis* diximus.

Multa inibi curiosa et scite prolata ex Codd. nostris habentur, maxime vero Hirmologii E. γ. II, ut ibi adnotavimus, descriptio quædam sane minuta, quae utilis esse potest ad plurium *Canonum* seu hymnorum praesertim in festa Dominica dignoscendos auctores.

Postremo omnium ex eodem scriptore venit Catalogus *Sanctorum*, quotquot in quibusdam Menaeis Maii et Aprilis mensium recensentur.

CODEX DECIMUS PRIMUS

Z. δ. XI.

Cod. ms. chart. græco-latinus sæc. XIX, excipiens folia decem, longit. metri 0, 42, latitud. m. 0, 32, inscriptus: « *Index Manu-scriptorum,* » seu Catalogus compendiarius *Codicum minorum* Archivii

nostri, in quo recensentur Mss. centum et octoginta quatuor, quorum cuiusque brevis descriptio fit, graeca quidem graeci, latina vero latini.

Absoluto opere subscribitur: Ἐγράφη οὗτος ὁ κατάλογος ἀπὸ τοῦ ἀχρείου Αντωνίου τοῦ ἱερομονάχου δι' ἐπιταγῆς τοῦ ὁσιωτάτου πατρὸς ἡμῶν κυρ. Νικολάου τοῦ ἡγουμένου τῆς μονῆς ταύτης τῆς Κρυπτοφέρρης ἔτ. τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ,ζτπά'. *Catalogus hic scriptus est ab inutili Antonio hieromonacho, iussu sanctissimi patris nostri D. Nicolai abbatis huius Monasterii Cryptæferratæ an. a creatione mundi 7381.*

CODEX DECIMUS SECUNDUS

Z. δ. XII.

Cod. ms. bombycin. saec. XV, constans foliis 98, quorum duo priora sunt membran. longitud. metri fere 0, 27, latitud. 0, 21, exaratus bono et nitido charactere, jussu D. Nicolai Perotti ep. Sipontini, in Monasterio Cryptaeferratæ Vicarii Cardinalis Bessarionis, abbatis Commendatarii perpetui. Scribi autem liber cœptus est d. XXVIII mensis Augusti an. MCDLXII, uti legitur in proœmio. Initio autem libri appacta est imago ipsius Card. Bessarionis, quæ ex antiqua tabula Biblioth. Vatic. curante Stephano Borgia a secretis Sacrae Congr. de Propaganda Fide an. MDCCLVII, ære cusa est.

Porro *Platea* codex inscribitur vel etiam *Regestum Bessarionis* quorumcumque et ubique existentium Abbatiae Cryptoferratensis bonorum.

Fol. 62. Veniunt pone Diplomata quae omnia sunt *pontificia*, praeter unum *regium*.

ANIMADVERSIONES

Cum igitur, uti diximus, magna congeries Diplomatum referatur, rei pretium esse judicavi, si singulorum initium et annum quo data sint recenserem.

Fol. 68. Martini V. «*Pro reintegratione bonorum occupatorum Monast. Cryptaeferratae ad Ep. Terrachinensem*» incip. *Exhibita pro parte dilecti filii Francisci ab. Monrii S. M. Cryptaeferratae.* Litt. datæ III Id. Julii, pontificatus an. VII.

Fol. 69. «*Privilegium possessionum ceterarumq. rerum Abbatiae Cryptae Ferratae.*» Gregorius IX ad Ab. et monachos Cryptæ Fer. incip. *Regularem vitam professis.* Datum VI Nonas Julii an. 1233.

Fol. 71. v. «*Privilegium Cryptae Ferratae melius quam omnia privilegia. Qualiter Abbas dicti Monasterii non possit vendere, alienare et locare bona monasterii sine expressa licentia Sedis ap.*» Clemens V. ad Ab. et monachos, incip. *Sine ammiratione.* Dat. X Kal. Aug. pontificatus an. primo.

Fol. 72. «*Privilegium Mon. Cryptae Ferratae de S. Nicolao de S. Caloyno de Casale Ungoli.*» Honorius III ad Ab. et monachos, incip. *Sicut Sancta Romana Ecclesia.* Dat. XIV Kal. Julii, pontific. an. II.

Fol. eod. «*Privilegium Innocentii pp. III, et confirmatio per Gregorium pp. pro exemptione ecclesiae Castri Pauli ad Ep. Albanensem.*» Gregorius IX ad Ab. et mon. inc. *Justis petentium desideriis.* Datum IV Kal. Aprilis, pontif. an. V.

Fol. 75. «*Privilegium libertatis Mon. S.*

M. Cryptæferratæ.» Greg. IX ad Ab. et mon. incip. *Cum a nobis petitur.* Dat. III Kal. Ap. pontif. an. V.

Fol. 77. « *Privilegium liberationis census ab. Ep. Thusculano.*» Greg. IX ad Ab. et mon. incip. *Cum a nobis petitur.* Dat. III Kal. Ap. pontif an. V.

Fol. 78. v. « *Privilegium Cryptae Ferratae. De casale Centroni.*» Innocentius III ad Joan. Ab. et mon. incip. *Solet annuere.* Dat. XI Kal. Apr. pontif. an. VII.

Fol. eod. « *Privilegium Cryptae ferratae. De Castro S. Petri in forma.*» Innocentius III ad Ab. et mon. incip. *Solet annuere.* Dat. III Kal. Sept. pontif. an. XIV.

Fol. 79. « *Privilegium Cryptae ferratæ. De arce dom. Joannis de Ceccano qui habebat in Sapone, quam monast. pacifice retinuit.*» Innocentius III ad Ab. etc. incip. *Cum a nobis petitur.* Dat. XV. Kal. Mart. pont. an. XIV.

Fol eod. v. « *Privilegium Cryptæ ferratæ. De restitutione bonorum Monast. seu de reformatione abbatis et monachorum praedicti Monasterii.*» Clemens VI ad perpetuam rei mem. incip. *Ducentes in debitæ considerationis examine.* Dat. X Kal. Sept. pontif. an. VI.

Fol. 81. v. « *Privilegium Cryptæ fer. De sententia S. M. Crypt. fer. et S. M. de Pescho.* » Gregorius IX ad Ab. et mon. incip. *Cum a nobis petitur.* Dat. IV Kal. Ap. pont. an. V.

Fol. 82. v. « *Privilegium Crypt. fer. De Indulgentia XL dierum.*» Gregorii IX. incip. *Quum ut ait apostolus.* Dat. IV Idus Septembris, pontificatus anno XIV.

Fol. 83. « *Privilegium S. Nicolai Venusinae dioeceseos subiecti Mon. Cryptæ ferratæ,*» Alexandri IV, incip. *Significarunt nobis.* Dat. XII Kal. Julii, pontif. an. VI.

Fol. 83. v. « *Privilegium Mon. Cryptae fer.* Eugenii pp. (III). *De sententia data inter Mon. et Ep. Thuschulanum supra decimarum libert.* » ad Nicol. ab. et mon. incip. *Ne oblivionis obscuritas* Dat. IX Febr. (Deest annus sed vid. Proleg. ad sæc. XII).

Fol. 84. v. « *Privilegium Cryptæ ferr.* Alexandri pp. (IV) *de exensione et libertate contra Ep. Thusculanum,*» ad Ab. et mon. incip. *Cum a nobis petitur.* Dat. VII Kal. Sept. pontif. an. V.

Fol. 86. « *Privilegium Crypt. fer. De libertate census.*» Bonifacius VIII ad Ep. Anagninum etc. incip. *Pridem Ven. fratri meo.* Dat. Kal. Decembr. pontif. an. (vacat), sed alia manus appinxit « circa 1298. »

Fol. 86. v. « *Privilegium Crypt. fer. De contra* (sic) *Ep. Thusculanum.*» Alexander IV ad Ab. et mon. incip. *Cum a nobis petitur.* Dat. Anagniæ V. Kal. Sept. pontif. an. V.

Fol 87. v. « *Privilegium Crypt. fer. De S. Nicolao de Morbano diœcesis Venusinæ.* » Urbanus IV ad Abb. S. Trinitatis Venusinæ, incip. *Oblata nobis.* Dat. Viterbii XV Kal. Ap. pontif. an. I.

Fol. 89. « *Privilegium Regiis Rogerii concessum Mon. Crypt. ferratæ.*» incip. *Noverint universi et singuli.* De hoc privilegio confer quæ diximus in *Prolegomenis* ad sæc. XII.

CODEX DECIMUS TERTIUS

Z. δ. XIII.

Cod. ms. chartac. saec. XVIII, complexus foliis 107, latine plerisque scriptis, longitud. metri 0, 27, latitud. 0, 20, « *Miscellanea* R. P. D. Benedicti Monaldini *junioris* hierom. Cryptoferratæ » quatuor in partes divisa.

Pars prima - *Descriptio sacelli SS. PP. NN. Nili et Barptolomæi,* quod a Dominico Zampieri, cura et sumptibus Card. Odoardi Farnesii, affabre fuit picturis decoratum. Initium facit cl. auctor ab historia conditae Ecclesiae Cryptoferratensis, ex qua pergit ad descriptionem tabularum.

Est quod mireris rerum ordinem, latinique sermonis, quo haec omnia

p. Monaldinius describit, quamdam puritatem et elegantiam. Ea porro descriptio est, quae praemittitur editioni chalcographicae horum Zampierii operum, Romae 1845.

Pars secunda - *Historia Monasterii S. M. Cryptaeferratae.* Auctor latina item usus oratione narrationem illam attingit de nomine, loco, ritibus, moribus atque etiam redditibus Cœnobii Graeci vetustissimi.

Pars tertia - *Bibliotheca Cryptae ferratae*, ubi praestantiorum Codicum recensionem scriptor aggreditur; sed pauca inde prosequutus est, uti videtur, D. Dominicus Mancinelli, et plura post eum Gregorius Piacentini, qui multa cum cura et studio vetustiores Codices descripsit. Tum denuo P. Monaldinius *senioris* calamo iterum sumpto dissertationi finem imposuit.

Postremo pars quarta, seu potius *Appendix* duplex accedit ad historiam Monasterii perutilis scilicet: tum farrago notarum ad id pertinentium, opera et manu eiusdem Monaldinii, tum *Dissertatio* de eadem *Aede Farnesiana ac de Picturis* ipsius Zampierii, conscripta ab Antonio Rocchi.

CODEX DECIMUS QUARTUS

Z. δ. XIV.

Cod. ms. chartac. italic. saec. XVIII, constans foliis scriptis tribus et triginta, longitud. metri 0, 22, latitud. 0, 16, ad usum D. Alexandri Potier, ab. Basiliani.

Italice scriptus titulum exhibet: « *Regole della Lingua Francese,* » eleganter et nitide exaratus. Desinit liber in folium conscriptum ab ipso p. Potiero, « *Regole per imparare a leggere e scrivere francese.* »

CODEX DECIMUS QUINTUS

Z. δ. XV.

Cod. ms. chartac. saec. XVIII, spissus foliis octoginta sex, long. m. 0, 27, latit. 0, 19. Est veluti informis historia Monasterii Cryptoferratensis de quo Cod. excipit farraginem magnam notarum historicarum, quas e vetustis libris aliisve chartis collegit auctor, quantum videtur, D. Basilius Mancinelli qui opus abrupit ad an. 1785. Auxit id post eum D. Epiphanius Mazio. Qui etiam cum nullo ætatum ordine res

illæ donarentur, subsequentibus foliis appegit schedulas, praescriptis rerum argumentis et annis, quibus illæ singulae, aliae aliis libelli paginis reperiendae essent.

CODEX DECIMUS SEXTUS

Z. δ. XVI.

Cod. ms. chartac. sæc. XIX, spissus foliis permultis longitud. m. 0, 25, latit. 0, 20, excipiens plures Catalogos, ita dispositos.

I. Elenchus Mss. Archivii Cryptoferratensis, redactus an. 1875, jussu cl. Jos. Cozza Cœnobii moderatoris, a D. Antonio Rocchi hieromonacho, sub titulo: « *Catalogo dei Manoscritti della Monumentale Badia di Grottaferrata* » (Confer *Prolegomena*). Citatur dumtaxat alphabetico ordine nomen cuiusque Codicis.

II. Index Codicum maiorum et minorum Cryptæ ferratae, manu D. Epiphanii Mazio conscriptus, quos alteros auctor *fragmenta* appellat, priorum appendens catalogo.

III. Prima informatio *Catalogi novi* Codicum et Mss. Monasterii, quem prior D. Theodorus Toscani aggressus est, et D. Josephus Cozza est deinde prosequutus.

CODEX DECIMUS SEPTIMUS

Z. δ. XVII.

Cod. ms. chartac. græco-latinus sæc. XIX, constans foliis nonaginta quatuor, longit. metri 0, 30, latitud. 0, 22, excipitque exemplar recentius *Catalogi* Codd. et Mss. Cryptae Ferratae, quod primus cogitavit et maxima parte confecit D. Theodorus Toscani bibliothecae præfectus, prosequutus est D. Josephus Cozza, denique auxit ac multa inde quoque mutavit D. Antonius Rocchi, uti novum hunc redigeret, perficeretque catalogum.

CODEX DECIMUS OCTAVUS

Z. δ. XVIII.

Cod. ms. chartac. italicus latinus saec. XVII, constans foliis 42, longit. m. fere 0, 17, 0, 13, pluribus bonisque scriptus, nunc quæ latent,

manibus. Caret titulus, sed inscribi posset *Miscellanea rhetorica.*

I. « *Selectae quaedam ex praecipuis Senecae aliorumque auctorum atque vatum sententiis* (Vid. etiam fol. 26). »

II. Elegia in honorem b. Aloysii, in illud quod illi præceptum est, ut valetudinis causa abstineret a contemplatione rerum divinarum, incipit: *Languebat Gonzaga.*

III. Exercitationes artis oratoriae, easque tironibus compingendi vestigia data (tracce).

IV. SS. Patrum sententiæ *in Deip. Nativitatem*, et res morales.

V. Interpretatio latina illius S. Liturgiae partis quæ dicitur *Prothesis.*

VI. Argumentum Iliadis I, italice scriptum.

CODEX DECIMUS NONUS

z. δ. XIX.

Ms. p. Theodori Toscani, spissum foliis octoginta duo, longitud. metri 0, 37, latitud. 0, 20, excipiens multa de Codicibus excerpta, scilicet ad conficiendum Euchologium graecum.

Igitur folia plurima impenduntur ad citandos nostros Codices pro sacris ritibus consulendos. Tum dantur excerpta quaedam *ex Actis patriarchatus CPolitani editis a Micklosich et Müller.*

Deinde veniunt plurima e Codd. *sacrorum rituum*, transcriptis quo in opere aliquam suam contulit operam etiam alius e nostris.

CODEX VIGESIMUS

z. δ. XX.

Miscellanea chartacea mss. saec. XVIII et XIX, quibus folia sunt omnino 109, longitud. metri fere 0, 27, latitud. 0, 20, a pluribus exarata, quae complectuntur res multas literarias, scilicet:

I. Prosodia graeca, seu *Regulae* versibus datae pro quantitate syllabarum dignoscenda in vocibus græcis. Scripsit Antonius Rocchi, dictante D. Theodoro Toscani ludimagistro.

II. Commentarium perpetuum in libro I *Thebaidis* P. Papinii Statii, erudite conscriptum a D. Antonio Rocchi hieromonacho.

III. Comœdiae italicae duae, quarum prior inscribitur « *I lette-*

rati musici » altera vero exscripta a D. Basilio Mancinelli et inscribitur « *Il trionfo di S. Basilio sopra Valente.* »

IV. Libellus bene exaratus, uti videtur, a D. Philippo Berga et inscriptus: « *Nota di sovrani ed altri Principi, tanto ecclesiastici che secolari, ai quali ciascun Cardinale deve scrivere, subito che è stato promosso alla sagra Porpora, ed ogni anno in occasione del Santo Natale.* »

V. Folia octo ejusdem dimensionis charactere minuto exarata, quae habent excerpta aliquot ex Apollonio Archibii lexicographo in Iliad. et Odysseam Homeri. De eo confer Fabricium ed. Harl. t. I. pag. 505.

CODEX VIGESIMVS PRIMUS

z. δ. XXI.

Cod. ms. chart. saec. XVIII, spissus foliis 302, long. m. 0, 20, latitud. metri 0, 14, et est *Miscellaneorum* liber, quem sibi compegerat D. Benedictus Monaldini, et postea idem, uti credo, aliis libellulis aliunde petitis auxit; duabus praecipue partibus constat.

Fol. 1. Prior pars confingitur hisce titulis: *Ascetica*, *Historica*, *Miscellanea*, *Philosophica*, *Poëtica et Varia*, *Scripturalia et Theologica*, capitque singularum rerum verba, sententias et argumenta.

Fol. 96. Pars vero altera plura habet *de Physica et arte poetica.*

Fol. 123. « *Liturgica, seu Cœremoniæ descriptae a Cœremoniali Basiliano* » de quibus vid. etiam Cod. b. δ. XVI.

Fol. 150. *Poëtica*, inter quae habentur quaedam conscripta ab Apollinario Passarini abbate.

Fol. 173. Versiones aliquot e scriptoribus Graecis.

Fol. 179. *Titulorum* b. Virginis ex graecis hymnis farrago alphabeti literis ordinata.

Fol. 199. Scripta contra *errores Græcorum*, opus plurium auctorum quos inter habes Monaldinium seniorem et Placentinium.

CODEX VIGESIMUS SECUNDUS

z. δ. XXII.

Cod. ms. chartac. saec. XVII, dimensiones praeseferens longit. fere metri 0, 15, latit. 0, 14, frontem auro inscriptus « Bel vedere »

excipiens autem plus quam tres et nonaginta *diagraphas*, calamo ductas viridique colore suffusas, viridariorum cultoribus utiles. In areolas igitur herbarum florumque regendas, pleraque multiformia *sacomata*, quatuor etiam ad labyrinthorum semitas circumducendas ibi elegantissime delineantur.

Adjacent praeterea versis extremis pagellis figurae astronomicae latino explicatae sermone ac teutonico, quo etiam idiomate scripta nonnulla verba duobus foliis a tergo conglutinatis introspiciuntur.

CODEX VIGESIMUS TERTIUS

Z. δ. XXIII.

Cod. ms. chartac. excipiens scripta varia sæculis XVIII et XIX, constansque foliis fere centum, longa quidem metri 0, 27, lata autem metri 0, 20. *Symmicta poëtica* cum carminibus græcis, latinis et italicis plerisque vero bonorum poëtarum bene elaboratis.

Praestant ceteris carmen italicum (terza rima) inscriptum « *Apoteosi* » in tres cantus tributum, opus cuiusdam *Paschasii Pyrgœi*, nec non poëses latinæ p. D. B. Monaldini *senioris* ad Card. Guadagni. Habetur etiam carmen sat longum italicis versibus *martellianis* compositum, in quo illud peculiare ac difficile reperitur, quod litera R nunquam reperiatur, estque ceu concio in *Christum patientem*.

CODEX VIGESIMUS QUARTUS

Z. δ. XXIV.

Cod. ms. chartac. saec. XVIII et XIX, constans foliis fere 142, longit. m. 0, 26, latit, 0, 20, miscellaneus historicus, excipiens primo multa compendia vitarum seu *biographias*, scilicet Card. Laurentii Cozza, de quo quatuor recensentur, tum singulorum unam Card. Nerei Corsini et PP. D. Philippi Moretti, D. Epiphanii Mazio, utriusque ex Ord. S. Basilii, denique Beatorum Pauli, Stephani et Lucae, eiusdem Ordinis monachorum. Habentur narrationes duae historicae Monasterii Cryptaeferratae, quibus duo appinguntur prolixiora excerpta ex Alph. Dantier, « *Les monastéres Benedictins d'Italie* » gallice et italice, et alia italica ex Dictionario Cajet. Moroni (Vol. XXXIII p. 45-72).

Postremo veniunt notae quaedam in historiam civitatis, Romanæ

quibus titulus: « *Selva di notizie rinvenute da Pompeo Frangipane nel* 1790 *per formare la storia di Roma dal* 700 *al* 1740. »

CODEX VIGESIMUS QUINTUS

Z. δ. XXV.

Cod. ms. chart. saec. XVIII, constans plus ducentis exaratis foliis, longitud. m. pl. 0, 25, latitud. 0, 19, cui titulus: « *Panacea de omni genere ad usum Nicolai Olivieri hierom. Cryptæferratæ* » seu potius *Miscellanea*, quae Oliverius idem sibi seu in memoriae subsidium conscripsit propria manu, divisitque, ipse fatetur, in tres partes *Lemmata, Adversaria et Historica.*

Symmictorum, quotquot traduntur in nostro Catalogo saeculis hisce confecta, haec Oliveriana sunt fortasse omnium utiliora. Curiosa enim plura habentur, eaque etiam ut, trifariam tributa, sint sane multiplicia genere et pondere pluris facienda.

Alii etiam suas pro libitu aliquot inseruere notas, potissimum D. Maximus Passamonti hierom. Cryptoferratensis et Josephus Cozza Abbas, qui aliis undecumque petitis scriptis, vel imaginibus ad perpetuam rei memoriam auxit et ornavit.

Denique ad usum sibi et suis Indicem auctor primus ipse compendiarium adiecit.

CODEX VIGESIMUS SEXTUS

Z. δ. XXVI.

Ms. chartac. latin. saec. XVII et XVIII, constans foliis 86, longitud. m. 0, 27, latitud. 0, 20. *Miscella* duobus exarata scriptoribus Cryptoferratensibus.

A fol. 1. ad fol. 62, est autographon D. Romani Vassalli Ab. in quo quid excipiatur, accipe a Philippo Vitali qui mnemosynon libro praefixit: « Loquitur hic de Anno palaeophilus Vassalli, et praesertim « probare intelligit Christum natum fuisse anno a creatione mundi « 5508 iuxta antiquos Codices. Et pro confirmanda sua in hac re as- « sertione, nonnulla mansionis nostræ vetusta Mss. in medium affert, « illa videlicet in quibus annus adnotatur, quo scripti fuerunt. »

ANIMADVERSIONES

Epiphanius Mazio miscellaneum codicem complet, duas primum series Cœnobii nostri abbatum redigens, *claustralium* videlicet et *Commendatariorum*, quarum priorem mehercule bene ducit, non ita sane alteram, quae nimirum difficilior est propter quorumdam ex iis subitam mutationem summo sæc. XVI factam. Rectiore itaque tramite hac super re pergit Monaldinius senior in Cod. Z. δ. XIII, quem sententia quidem mea sequendum esse omnino censeo. Utilius tamen se præbet ms. Mazianum in eo, quem postremo subnectit, catalogo Monasteriorum Ordinis nostri, quotquot intra Italiæ fines universos vel ea aetate supererant, vel ante substiterant.

CODEX VIGESIMUS SEPTIMUS

Z. δ. XXVII.

Mss. plurium scriptorum miscellanea, tribus partibus distincta: quarum prima ast archeologica, quæ praesefert obiectiones P. Zuzzari S. J. qui eo loco statuebat villam Tusculanam M. T. C. quo in praesens est villa Rufiniana, vulgo *la Rufinella* nuncupata, quas D. Nicolaus Olivieri invicte refellit. Adduntur etiam folia quatuor ex autographo Basilii Cardoni qui elucubravit opus de *Tusculano*, quod posthumum a Placentinio pone suum *De siglis Græcorum* editum est Romæ an. 1757.

Altera pars habet *Dissertationes* super tabulam sæc. XV exeunte pictam, uti fertur, a Carolo Crivelli Venetiis, auctoribus Gregorio Casinovi et Epiphanio Cotta aliisque monachis nostris.

Tertia denique pars complectitur scripta de re philosophica ac theologica. Primo scilicet habetur Dialogus, auctore P. Monaldinio, *de origine Philosophiæ*, deinde eiusdem auctoris epistolæ duæ de *magisterio theologico*, postea elucidationes *figurarum scripturalium* B. M. Virginis, opus D. Ant. Rocchi. Postremo datur Epistola *dogmatica* D. Nic. Papadopoli, de quo cl. viro confer Fabricium (Bibl. graec. edit. Harl. t. XI, pag. 550).

CODEX VIGESIMUS OCTAVUS

Z. δ. XXVIII.

Cod. ms. chartac. latinus sæc. XVII, compositus centenis plus foliis, longitud. metri fere 0, 12, latitud. 0, 09, habet *Miscellanea* scripta D. Joannis M. Censorini ab. Cryptoferratensis.

Habentur igitur libri seu cantus quinque Poëmatis in S. *Mauritium*

Mart. Thebanæ legionis ducem. Incipit: « *Thebœas acies pro relligione cadentes.* » Et versus postremus cantus V, profecto inexpleti, est: « *Oppida funereo innocue morientia flatu Succedunt:* » et abrumpitur opus.

Tum, vacuis pagellis relictis, ex eodem tractatus adest *Logicæ*, quem pone subsequitur « *Tractatus compend. de Geometria practica.* »

Paucis inde interiectis foliis, redeunt quaedam de *Logica*.

CODEX VIGESIMUS NONUS

Z. ϑ. XXIX.

Cod. ms. chartac. saec. XVIII ineuntis, constans foliis 390, longitud. m. 0, 41, latitud. 0, 28, bene exaratus a D. Apollinario Passarini ab. Cryptae ferratae. anno 1704.

Platea seu Regestum est omnium bonorum Monasterii Cryptoferratensis, ubique existentium.

Descriptioni huic praecurrit Index rerum maxime spectabilium quæ in decursu libri commemorantur. Tum venit narratio historica Monasterii conditi a b. Nilo Rossanensi, cuius vitae compendium datur, nec non b. Barptolomaei eius discipuli.

Tum recensio *Privilegiorum* quae a Pontificibus RR. concessa sunt eidem Monasterio, nec non *Indulgentiarum*, et *Reliquiarum* quae tunc in Ecclesia asservabantur, denique *Jurisdictionum* praecipuarum.

Catalogus abbatum Commendatariorum pone sequitur, qui novem dumtaxat supputantur.

Deinde passim habetur origo historica et descriptio *bonorum*, prouti in unaquaque civitate vel agro possidebantur, suis adiectis in margine documentis.

Postremo recensio, vulgo *Inventario*, adest rerum omnium quae in Monasterio existebant, confecta a D. Placido Schiappacasse hierom. a secretis D. Epiphanii Stawischi ab. ejusque iussu an. MDCCXXVII. Quae recensio ad historiam Monasterii concinnandam maximo usui esse potest, uti ea omnia quae in hisce codd. relata sunt, quorum gratia liber hic in miscellaneos historicos referri posset.

ANIMADVERSIONES

Adiacet huic libro, vero historiæ nostræ cymelio, imago ære cusa S. Nili Patris, sane pulchra. Inseritur etiam iconographia tabulæ marmoreæ, quæ priorum XIII Abbatum græca nomina præsefert, cum latina interpretatione ipsorum nominum, tum explicatione epochæ Bizantinæ.

Elenchus abb. Commendatariorum desinit in Franc. Barberini *juniorem*, omittitur autem medius quisquam ex eis. Cfr. cod. Z. ϑ. XXVI.

Privilegia Monasterii paullo pauciora sunt, quam recensita in Cod. Z. δ. XII, sed multo copiosior est catalogus *Indulgentiarum*, in quibus memorandis, perpetuo reticetur *diploma* pontificium. Octo igitur actus tantum traduntur huiusmodi indulgentiæ Summorum Pontificum erga Christifideles qui nostram certis anni temporibus visitarent Ecclesiam, ultimus autem, qui *nuperrimus* dicitur, ad id pertinet, quod Clemens XI d. XIX Novemb. an. 1791 concesserit plenariam peccatorum remissionem sacerdotibus sacra facientibus ad altare Ecclesiæ princeps, in ferias II et IV totius anni, nec non in diem et octavarium Commemorationis *omnium fidelium defunctorum*.

CODEX TRIGESIMUS

Z. δ. XXX.

Cod. ms. chart. italic. saec. XVIII, constans foliis 182, longitud. m. 0, 27, latitud. 0, 19, sinistra tantum cuiusque paginae columna bene exaratus jussu, uti videtur, Card. Rezzonico, abbatis Commendatarii Mon. Cryptae Ferratae.

Titulus in dextera margine superiore inscribitur: « *Platea dell' Insigne Badia di Grottaferrata:* » seu bonorum temporalium ac privilegiorum quibus Pontifices RR. Abbatiam ornarunt, recensio. Sed tamen tot, tantique momenti historicis notitiis monumentisque instruitur, ut jure meritoque codex hic ceu compendiosa historia Monasterii prorsus haberi possit. Digeritur per notas numerales usque ad num. 422.

CODEX TRIGESIMUS PRIMUS

Z. δ. XXXI.

Miscellanea chart. saec. XVIII et XIX, spissa foliis plurimis solutis et quaternionibus, longit. metri 0, 28, latitud. 0, 20.

Excipitur magna historicarum rerum Mon. congeries, quæ monasticas aedes, quae Deiparae templum, quae privilegia Pontificum, quae etiam sepulchrum Benedicti PP. IX, atque alia huiusmodi respiciunt.

Conscripta exscriptaque sunt haec diversis manibus, scilicet Petri Menniti, Gregorii Piacentini, Placidi Schiappacasse, Ignatii Barigini, Josephi Cozza et aliorum monachorum Cryptæferratæ, praecipue vero Nicolai Olivieri, qui ex archivio Barberiniano multa decerpsit.

Hæc pone accedit postremo « *Index alphabeticus ecclesiarum, castrorum, Abbatiarum et Prioratuum juris Ven. Monasterii S. M. Cryptæferratæ,* » primum digestus a Jos. Cozza qui, singulas series singulis epigraphis lapidum instar ad parietes Archivii secreti an. 1880 eleganter ornatos inscribi fecit.

CODEX TRIGESIMUS SECUNDUS

z. δ. XXXII.

Mss. plurima, quibus multa excipiuntur excerpta e Codd. nostris vel alienis græcis, etiam latinitate donata.

I. Fragmenta græca, eorumque interpretationes latinæ, ex pervetustis Codd. liturgicis qui olim pertinebant ad S. Nicolaum Politi Messanensem. De his praeclaram memoriam ingerit in vita sancti viri D. Petronius Russus, vol. III, p. 87 et seqq.

II. Hymnus graecus in *S. Apollinarium ep. et m.* perpulchre exaratus, et alius in *S. Petrum ep. Sebastenum.* Cfr. Cod. Δ. δ. XVIII.

III. Parvum *menologium* sive kalendarium Breviarii Cryptoferratensis ad divinum officium persolvendum an. 1744, græce conscriptum, uti videtur, a P. Monaldinio.

IV. Testimonium Abb. Nicolai Olivieri de Codice B. β. III, olim sign. A. 26. Aliud exemplar exscripsit Paulus Fasoli ab. Cryptofer.

V. Apographon duplex cuiusdam *Diplomatis* Rogerii regis, cui accedit interpretatio latina, utriusque auctore Nic. Olivieri, quod græce incipit: Χρεῖ μέντοι, latine vero: *Oportuit certe.*

VI. Apographon graecum cum lat. interpretatione et adnotationibus cuiusdam epistolae Dorothaei abb. Hodegetriae saec. XIV. Inc. Ημεῖς Δωρόθεος. Exstant plura apographa tam graeca quam latina.

VII. Aliud apographon literarum Roperti ep. Euriæ an. 1165 pro monasterio Patiriensi, graecum et latinum, ex lat. Cod. Chisiano sign. 531. p. 63-64.

VIII. Excerpta quædam sacra ex Codd. Vaticanis 816, 817, 818, (inter quos silentio praetermitti non sinit codex sign. 2111, olim Basilianus CL, scriptus a Josepho Melendita. Cfr. Cod. r. α. I.), et ex *Synaxariis* Cryptaeferratae pro recensione Sanctorum Ordinis S. Basilii Magni.

IX. Specimina characterum ex Codd. graecis etiam papyraceis, seu *alphabeta* et *sigla* eruta ab Epiphanio Mazio et Placido Schiappacasse.

CODEX TRIGESIMUS TERTIUS

z. δ. XXXIII.

Ms. chartac. saec. XVIII ineuntis, spissum foliis novem et octoginta, longitud. m. 0, 20, latitud. fere 0, 14, bene ac diligenter exa-

ratum. Excipit recensionem rerum quæ in aliquot præcipuis Codd. Bibliothecæ Cryptæferratae continentur, factam a pluribus monachis.

Fol. 1. « *Index titulorum seu tractatuum qui reperiuntur in Cod. S. Maximi Abb. sign. lit. A. n°. 23,* » nunc autem B. α. IV.

Fol. 7. Recensio Codicis S. Epiphanii ep. Cypri, qui liber coniunctus est cum Cod. S. Jo. Damasceni, nunc sign. B. α. IX.

Fol. 18. « *Liber signatus litera C. n°. 14. S. Joannis Damasceni* » qui nunc habetur sub eodem signo B. α. IX.

Fol. 54. « *Liber signatus lit. A. n°. 31. Cardinalis Bessarionis* » quem in nostro Catalogo reperies sub lit. Γ. β. I.

Fol. 80. Codex signatus littera *A. n°. 29*, nunc autem in Catalog. B. β. I.

Fol. 90. Variationes quæ intercedunt in *Ethicis* S. Basilii Magni inter editionem Parisiensem ex officina Nivellana an. MDCXVIII et Codicem 35 asservatum in Bibl. Mon. SS. Salvatoris Messanensis.

Fol. 100. Collatio inter quatuor editiones *epistolarum* S. Isidori Pelusiotæ, facta a duobus hierom. quorum alter est D. Philippus Vitali, sub an. 1731.

Fol. 105. Recensio Cod. Vatic. 1205, in qua inter plura habentur vitæ SS. Nili et Barptolomæi Abbatum Cryptaefer. nec non quædam enucleatio de auctore Vitae S. Nili; opus Josephi Cozza hierom. scriptoris Vaticani.

Fol. 109. Index Orationum quae in patriarchali Euchologio membran. *C. 20* in Catalog. Monaldini, nunc Γ. β. I, confectus et ordine alphabetico digestus a Philippo Vitali an. 1751.

Fol. 118. Notitiae Codicum Cryptoferratensium conscriptæ ab Epiphanio Mazio e schedis D. Benedicti Monaldini, correctae et auctae a Theodoro Toscani. Brevis est tantum elucidatio codicum praecipuorum, in plerisque vero ætas desideratur.

CODEX TRIGESIMUS QUARTUS

Z. δ. XXXIV.

Plagularum permulta congeries, quibus bis mille fere Codd. græcorum Catalogi Vaticani informatio exhibetur. Catalogum vero hunc paravit et confecit cl. p. Cozza pro lingua Graeca scriptor Bibl. Vaticanae, exhibuitque Leoni XIII Pont. Max. an. MDCCCLXXIX.

Jam vero catalogus hic graecus est, suo ordine *quartus*, excipitque descriptos Codd. a num. millesimo primo ad termillesimum. Tot igitur

tantorumque graecorum operum dilucidata supputatio, notatis interdum epigraphis magis praecipuis, perutilis est, dum quis catalogum ipsum adire non possit.

CODEX TRIGESIMUS QUINTUS

Z. δ. XXXV.

Cod. ms. chartac. saec. XIX, spissus multis foliolis, latitud. metri 0, 25, altitud. 0, 10, qua parte pagellae ligantur. Praecurrit titulus: « *Notitia quorumdam Codicum Mss. Bibliothecæ Vaticanæ Th. T. M. B. Cryptofer. 1863 et seqq.* »

Codices hic descripti sunt omnino 32, plures olim *Basiliani*, aliquot *Palatini*, pauci *Reginenses*, plerique vero *liturgici*. Porro nonnulli pleno catalogo instruuntur etiam a Theodoro Toscani.

CODEX TRIGESIMUS SEXTUS

Z. δ. XXXVI.

Ms. autographon magnum ac valde pretiosum cl. Josephi Cozza, complectens folia et schedas centenas plures, pl. min. long. m. 0, 27, latitud. 0, 20, excipiens descriptiones Codicum plurimorum graecorum ex hisce Bibliothecis scil. *Vaticana*, *Allatiana* et *Vallicelliana*, *Chisiana*, *Sessoriana*, *Angelica*, *Barberiniana* et *Casanatensi*, tum etiam M. Cassini et Sublaci e *Bibl. PP. Benedictinorum*, Neapoli e *Bibl. publica*, Venetiis e *Cancellaria* nationis Graecorum, et ex *Bibl. Mechitaristarum*, Taurinis e *Bibl. regia*, Mediolani e *Bibl. Ambrosiana* et Vindobonae e *Bibl. imperiali*.

ANIMADVERSIONES

Ex his schedis aliquid descriptum habetur calamo Theod. Toscani et Ant. Rocchi. Codices referuntur aliquot, at sane pauci, etiam latini. E græcis autem plerique sunt biblici, patristici, et liturgici. Hos græcos inter conspicitur transcriptus e cod. Vatic. Reginensi—Pii II græc. 52. fol. 1 catalogus Codicum Cryptoferratensium, quem D. Lucas Felix Tiburtinus an. 1575 confecerat, nunc vero iampridem illatus cum Codd. in eam Bibl. præfert titulum: « Index Codicum Græ« corum Mssorum Monasterii Cryptæferratæ « quorum maxima pars in Vaticanam Biblio« thecam postea translata fuit jussu Pauli « V Pont. Max. » At novus iste Catalogus non est absolutus, sed desinit in literam Σ.

CODEX TRIGESIMUS SEPTIMUS

z. ∂. XXXVII.

Cod. ms. chartac. saec. XVIII, pergamenis albis ligatus, folia habens undecim, long. metri 0, 29, latitud. 0, 21, bene scriptus ab Alexandro Potier an. 1773, continens varia, in quibus præstat « *Methodus conficiendi horologia solaria,* » figuris instructa.

CODEX TRIGESIMUS OCTAVUS

z. ∂. XXXVIII.

Mss. varia, uno volumine excepta, quod constat foliis scriptis plus minus centum et viginti in quibus ista continentur:

I. Tractatus de *Armis*, conscriptus autem italice ex opere gallico ed. Amstelodami anno 1608 sub titulo: « *Maniement d'armes, d'arquebuses, mousquetz et piques,* » auctore Jacobo Geinio. Praecedit latina oratio de *artis militaris utilitate*, scripta ab Ambrosio de Maicubis.

II. Ep. apologetica D. Ben. Monaldini pro defendendis literis encyclicis Clem. PP. XII incip. « *In Dominico agro.* »

III. Ep. apologetica D. Nic. Olivieri in laudem vitae eremiticæ.

IV. « *De authenticis sermonibus S. Symeonis stylitae in Monte mirabili animadversiones* D. Antonii Rocchi, editae in tom. VIII *novae Bibl. Patrum* Card. Maii, continuatore D. Josepho Cozza.

V. Oratio funebris Card. Ducis Eboracensis ep. Tusculani, elucubrata a cl. D. Marco Mastrofini, eodemque an. 1807 Romae edita.

VI. Oratio funebris D. Gregorii Casinovi M. Basiliani opus Rmi D. Aloysii Ceci, edita deinde typis abbatiæ nostrae eodem an. 1879.

VII. Orationes de sacris *Novissimis*, vehementiori stylo conscriptae.

VIII. Tractatus *alchymiae* italice scriptus.

IX. Ad populum San-marinensem concio cujusdam civis senioris.

X. Dissertatio italica super *S. Symeone sene*, opus academicum cl. Epiphanii Mazio.

XI. « *Oratio in feria IV Cinerum, habita in Cappella pontificia apud S. Sabinam an.* 1735. »

XII. Encyclica pastoralis ignoti Episcopi nuper electi, composita a D. Nic. Olivieri an. 1752.

XIII. Oratio panegyrica in *S. Raphaël* archangelum.

XIV. Catechesis catholica in forma epistolae italicae datæ die 2.

Aprilis anno 1830, ad puellam nobilem heterodoxam, ut ex erroribus *Protestantium* resipisceret.

CODEX TRIGESIMUS NONUS

Z. δ. XXXIX.

Cod. ms. chartac. latin. saec. XIX, constans foliis 66, longitud. metri 0, 35, latitud. 0, 24, bono charactere exaratus a D. Germano Ciuffa, hierom. Cryptoferratensi. Continet volumen tres Codicum Catalogos quorum primus inscribitur: « *Codices ecclesiastici graeci qui in Bibliotheca Barberina asservantur.* » Iidem porro sunt qui recensentur in Cod. superiore Z. δ. XXXVI juxta ultimam recensionem factam a cl. D. Xanthe Pieralisi, illius biblioth. praefecto.

Alter catalogus titulum praefert: « *Codices graeci Bibliothecae Casanatensis,* » quos item in sup. Cod. Z. δ. XXXVI vidimus.

Tertius denique catalogus italice factus item ita inscribitur: « *Inventario delli libri graeci et latini che si ritrovano nell' Archivio abbatiale di S. Elia di Carbone.* »

CODEX QUADRAGESIMUS

Z. δ. XL.

Ms. epistolarium italicum saec. XIX, permulta complectens literas a clarissimis viris, plerasque quidem datas, paucas tantum acceptas, eruditas quoque multas, cunctas denique autographas.

Vetustiores ac principaliores sunt quinque ac triginta epistolae, quas Barpt. Pacca s. r. e. Cardinalis, auctor clarissimus aurei illius libri « *Le memorie* » ad Tiberium Pacca, fratris filium, mittebat, dum adhuc in castro Fonte-Bellaqueo morabatur.

Pone sequuntur sex epistolae ejusdem Tiberii Pacca ad varios homines missae, aguntque de negotiis etiam publicis scituque dignis.

Tum veniunt novem ac triginta prope epistolae D. Caesaris Montalti poëtæ ac rhetoris praestantissimi Cæsenatis, auctoris multis scriptis editisque operibus clarissimi.

Succedunt his decem et octo epistolae ex infinito pene earum numero, quas viri eruditissimi undique ex Italia mittebant ad cl. Card. Angelum Mai, quasque olim cl. Josephus Cozza noster exscripsit e

Codd. Vat. 9533, 9539, 9589, qui nuper Epistolarii Majani specimen primum protulit, centum tantum literis collectis et publicatis, Bergomi, typis Fr. et Petr. Bolis an. 1883.

Duae quoque optime accedunt, quas cl. C. TRANSMONDI-FRANGIPANI d. 25 Febr. et d. 8 Apr. an. 1859 dabat ad cl. Theod. Toscani nostrum super familia et stemmate Comitum *Tusculanorum* et *Signinorum*. His consilio apponimus notas quasdam exscriptas a Jos. Cozza de iisdem Comitibus.

Denique duae aliae huic syllogae finem faciunt epistolae cl. P. ANGELI SECCHI S. J. autographae.

CODEX QUADRAGESIMUS PRIMUS

Z. δ. XLI.

Cod. ms. chartac. saec. XVIII, spissus foliis fere sexcentis, quorum plus quam quingenta scripta utiliter sunt præsertim ab eo, qui hac epigraphe librum auspicatus est: « *Ms. D. Nicolai Oliverii Cryptoferratensis monachi. Dividitur in Lemmata 1. Adversaria 2. Historica 3. cum Indice nondum concinnato. Ad usum eiusdem pro memoriæ adjumento. Divisionis lex præter intentionem manu præcipiti, inversa sæpe reperitur* « Σφάλματα πράξει φαίνονται. ». Hinc alius quidam definivit opus inscribens: « *Panacea de omni genere ad usum Nicolai Olivieri hierom. Cryptœferratæ.* » Quin pluribus morer, Cod. hic vere *miscellaneus* inter hosce recentiores utilior omnium ac praestantior a nostris semper habitus est. Cum igitur adeo in deliciis esset, plures augere monachi maluerunt hunc unum, quam alios huiusmodi sibi conficere. Itaque auxerunt THEODORUS TOSCANI, JOSEPHUS COZZA, ANTONIUS ROCCHI, MAXIMUS PASSAMONTI et alii. Praeterea pagellis scriptura intactis compactae sunt schedae et imagines, ne pessum irent reliquiæ rerum etiam spectabilium aliunde collectae.

CODEX QUADRAGESIMUS SECUNDUS

Z. δ. XLII.

Cod. ms. chart. saec. XVIII exeuntis vel XIX inceuntis, spissus multis sane foliis scriptis, multis etiam praetermissis, longitud. m. 0, 27, latitud. 0, 22, confectus a D. EPIPHANIO MAZIO ab.

Post aliquot folia quæ res parvi momenti excipiunt, occurrit « *Catalogus veterum Codicum Mss. Biblioth. Cryptoferrat. juxta ordinem quo exstant dispositi,* » scilicet tempore auctoris. Margine dextro exscribuntur numeri, sinistro notantur aetates, et medium spatium indicatio cujusque codicis occupat: citantur omnino mss. quinque et triginta, sed præterea dantur aliquot bina vel trina.

Tum alter adest Catalogus eodem ritu confectus, seu potius idem primus a scriptore continuatur ad centesimum usque et quinquagesimum quintum Codicem; sed hi omnes potiores sunt pretio et vetustate.

Catalogos duos hos pone subsequuntur «*Adnotationes in relatos Codices,* » et primus omnium minuto examine illustratur, qui nobis nunc exstat sign. B. α. XIV, tum vero A. 23, et juxta institutam numerationem dicitur 89. At mox alii multi recensentur, distincti inter se non literis vel numeris, sed signis symbolicis, qualia sunt ex. gr. *genioli, protome Homeri, columna, thuribulum* etc. sed codices ita notati breviore gaudent illustratione.

Demum aliquot alios Codices habes, recensitos alphabeticis literis tantum inscriptos.

CODEX QUADRAGESIMUS TERTIUS

Z. δ. XLIII.

Cod. ms. chartac. italicus saec. XVIII, complectens folia fere centum, longit. metri 0, 28, latitud. 0, 21, conscriptus a D. Philippo Vitali, cuius ms. Epiphanius Mazio in folio primo hoc titulo donavit: « *Memorie della restaurazione della Ven. Chiesa di S. Maria di Grottaferrata, fatte per ordine della ch. mem. il Card. Guadagni, abate Commendatario di questa insigne Abadia, scritte dal quondam M. R. P. D. Filippo Vitali, mon. Basiliano dell' istesso Monastero. E più altre memorie spettanti alla d^a. Chiesa e Mon. descritte dal med. P. Vitali, che tutte in questo volume le ha scritte di sua propria mano.* » Plurimi interest ad historiam Monasterii conficiendam, praesertim quod quisque noscere potest, quomodo sese haberet Ecclesia, antequam ann. 1754 et 1755 cura Card. Ant. Guadagni restitueretur.

CODEX QUADRAGESIMUS QUARTUS

Z. δ. XLIV.

Cod. ms. miscellaneus libellis quinque compositus longit. attingens plus minus m. 0, 24, ac latit. 0, 16, ista continens:

1. Ἐγχειρίδιον ἀναβαθμῶν. *Manuale anavathmorum*, quos reperies in *Horologiis*, admodum correcte exaratum an. 1855.

2. « *Narrazione della morte dei Messori composta dalla Illma Sig*ra. *Marchesa Petronilla Antonia Paolini ne' Massimi,* » opus saec. XVII exeuntis.

3. Dissertatio de Privilegio super *extra tempora* pro societatibus religiosis, italice scriptum a D. Epiphanio Cotta, hierom. Cryptoferratensi.

4. Poëmatium italicum, saec. XIX inscriptum « *La Palingenesia o il Natale cristiano,* » in tres cantus tributum.

5. Poëses latinæ et italicae, quas inter duae habentur opus cl. Mazii in obitum D. Raymundi Cunichii.

CODEX QUADRAGESIMUS QUINTUS

Z. δ. XLV.

Ms. italicum saec. XIX operis cui titulus « *L'economo silvano istrutto* » videlicet: « *Istruzione teorico-pratica pei Capi comunali e pei proprietarii dei boschi in genere, compilata in base al testo tedesco del Sig. Kasthofer da Antonio Krammer imp. reg. Caporiparto forestale montanistico di Greifenburg in Carinzia etc.* » Opus in duas partes dividitur, quarum prima agit de *plantarum natura*, altera vero de *lucuum cultu*, et nitido ac pulchro charactere conscriptum in quatuor volumina chartacea divisum est, longit. m. fere 0, 20, latitud. metri 0, 16, foliis omnino fere centum, quartus enim libellus non multum exaratus desinit cum quinque tabulis ære incisis.

CODEX QUADRAGESIMUS SEXTUS

Z. δ. XLVI.

Libellus ms. chartac. saec. XIX, plurimis spissum foliis longit. metri 0, 16, latitud. plus 0, 13, fronte inscriptus: « *Gran raccolta di Epigrafi che si trovano in questo Ven. Monastero.* » Epigrapharium magnum Cryptoferratense excipiens inscriptiones cuiusque generis ab an. 1879 ad hunc annum 1882, quotquot tam in Cœnobio, quam in Ecclesia et in veteri Sepulcreto aut ubilibet intra Castelli Roveriani septa reperiri potuerunt, latine, italice aut græce exaratae. Verum pri-

mus calligraphus nonnullas temporaneas quoque inseruit, qui quidem nunc alii perficiendum reliquit opus, quod in perpetuam rei memoriam historiæ Cœnobii nostri non parum conferens adservatur.

CODEX QUADRAGESIMUS SEPTIMUS

Z. δ. XLVII.

Cod. ms. chart. miscellaneus, historicus et poeticus, confectus foliis centum et duobus fere longit. metri 0, 31, et latit. 0, 22, in quo ista capiuntur.

I « *Supplica degli Esecutori testamentarii et amministratori del Moltiplico Chiaramonti alla Santità di N. S. Papa Leone XII, onde ottenere una Congne. di Cardinali per decidere sommariamente le vertenze sull' anello, triregno ed altri oggetti in questione* ».

II Compendium (*Ristretto*) causae actae ab Advocatis coram Congregatione Cardinalium pro superioribus rebus Thesauro pontificio rursus vindicandis.

III « *Droits du Saint-Siége pour l' entier recouvrement de ses États tels qu' il les possédoit en Italie et en France avant l' invasion des François* ».

IV Excerpta e Chronico Cassinensi *Petri Diaconi* ad historiam Monasterii Cryptoferratensis conficiendam utilia.

V Dissertationes duae aliae de tabula *Crivelliana* (Cfr. Cod. z. δ. XXVII), auctoribus D. A. Accorimboni et Ph. Berga monachis Cryptaeferratae.

VI Epigrammata multa satyrici generis dialecto Romandiolae vulgari olim bene composita a D. Jo. Cimatti Faventino. Exscripsit D. J-B. Bianchedi poëtae nostro municeps et familiarissimus.

CODEX QUADRAGESIMUS OCTAVUS

Z. δ. XLVIII.

Cod. ms. chartac. exaratus a duobus scriptoribus saeculis XVIII exeunte et XIX ineunte complectens folia 197, longit. m. pl. 0, 24, et latitud. pl. 0, 17, quorum multa alba relicta sunt.

Excipit carmina, italica quidem plura, et pauca gallica, nec non Syllogem sententiarum ac notas historicas, aliaque multa, pleraque certe ex editis scriptis excerpta.

CODEX QUADRAGESIMUS NONUS

Z. δ. XLIX.

Cod. ms. chart. spissus foliis 121, longit. m. 0, 27, lat. 0, 20, quamplurima habens versa et soluta oratione conscripta ab anno fere 1775 ad an. 1829, pleraque carmina scriptoris cuiusdam tum romanam dialectum, tum cynicam artem apprime callentis.

CODEX QUINQUAGESIMUS

Z. δ. L.

Ms. latinum maximum, spissum foliis centenis pluribus fere longit. m. 0, 27, et latitud. 0, 19, in quo continetur prima informatio descriptionis Codicum huius universi catalogi Bibliothecæ manuscriptæ Cryptoferratensis. Autographon editionis est, quod iussu Rmi P. D. Josephi Cozza abbatis cœptum est d. XXX Septembris an. 1878, et favente Rmo P. D. Arsenio Pellegrini item abbate hujus Monasterii, scribi absolutum d. I Aprilis an. 1883. Quae igitur ratio huc usque suasit, ut tot Codices et Mss. quaecumque tandem essent, describerentur, eadem profecto flagitat, ut hoc Ms. omnibus perinde corona subnectatur; quod tum operis memoriæ gratia, tum variantium rerum utilitate (nam sæpe sæpius multa immutari vel augendo vel auferendo contigit) futurum fortasse erit, uti aliquando consulendum volventibus annis appetatur.

FINIS

INDEX

AUCTORUM ET SCRIPTORUM
NEC NON RERUM MEMORABILIUM
QUARUM IN CATALOGO MENTIO HABETUR

A

Aaron Isaacius, p. 509.
Abgarus rex Edessae, 148.
Accorimboni Athan. mon. Crypt. 430, 532.
Actus Apostolorum, 1, 19, 22, 24.
Aesopus Phrygius, 456.
Agresta Apollinarius ab. Basilianus, 157.
Albertus magnus v. Petrus Lombardus.
Alciati Terentius, 465.
Alexander pp. IV, 514.
Alexander Troynensis mon. Bas. 201.
Alexius Comnenus, 469.
Ammonius Alexandrinus, 1, 4-6, 8.
Amphilochius ep. Icon. 87.
Anastasius ep. Antioch. 65.
Anastasius Synaita, 92.
Anastasima et Catanyctica (officia) membran. 369-372. 374, 384, 386, 387, 393.
Andreae ep. Cretensis, 90. 295, 311, 397, 427.
Andronicus melurgus, 437.
Angelus a Critoleone, 261.
Angelucci Andreas, 119.
Anthológia 329, 331, 366, 367, 387, 389, 397-399, 401.
Antonius Magnus ab. 87.
Antonius Ascolitanus, 501.
Antonius Pergamensis, 511.
Apollonius Archibii, 518.
Apophtegmata Patrum, 131, 150.
Aratus, 459.
Arcangeli Philippus, 124.
Aristoteles, 474, 475, 477—483, 506.
Arsenius mon. Cryptofer. 24.
Arsenius hymnograph. 306.
Athanasius, Alex. 31, 68, 89-91, 116, 129, 132.
Austini Fulgentius mon. Cryptof. 117, 174, 175, 279. 340, 341, 344, 360, 365, 380, 383, 403, 429, 431.

B.

Babrius fabulator, p. 456.
Balasius melurgus, 434.
Bardi, ord. Praedicat. 485.
Barigini Ignatius mon. Cryptofer. 523.
Barptolomaeus I abbas Cryptofer. 21, 131, 290, 292-295, 298-301, 304, 308, 310, 312, 327, 398, 405, 503.
Barptolomaeus ab. S. M. Neodegitriae, 320.
Barptolus a Saxoferrato, 488.
Basilius Magnus 8, 64, 183-185, 188, 194, 213, 234, 257.
Basilius Cappadox hymnogr. 144.
Basilius ep. Seleuciensis, 110-112.
Battandier Albertus, 224.
Bechalva Joannes-Sanctes, 10.
Beda Doctor, 206.
Bellengo jurisperitus, 496.
Berga Philip. mon. Cryptofer. 231, 352, 353, 363, 380, 462, 532.
Bevilacqua Paulus mon. Crypt. 285, 335, 365.
Bestarchas Michaël, 479.
Bessarion S. R. E. Card. 244, 501, 511, 513.
Bianchedi, J-B. 532.
Binzecher Hermes, 486.
Blasius mon. 40.
Blasius I ab. Cryptofer. 304, 362.
Bombini Paulus, 465.
Bonaventura S. R. E. Card. 385.
Bonaglia Hieronymus mon. Cryptofer. 363.
Bonifacius pp. VIII, 514.
Bono magister, 511.

C

Cæsarius mon. Cryptofer. p. 392.
Cæsar Rogerius ab. Carbonensis, 315.
Callinicus mon. 40.
Callistus ep. CP. 461.

Cancani Philippus, 466.
Canones apostolici, 498, 489.
Cardamone Agnellus mon. Bas. 123, 521.
Cardoni Basilius mon. Cryptofer. 512, 521.
Cariophylus Joan - Matthæus ep. 109.
Carmina italica antiquiora, 187, 197, 423-425.
Carnaza mon. Bas. 194.
Casinovi Gregorius mon. Cryptofer. 521.
Cassia monialis hymnogr. 254, 255.
Cassiano Christoph. mon. Cryptof. 200, 203.
Ceci Aloysius, 527.
Censorini Joan. Maria ab. Cryptof. 208, 521.
Chronicon Paschale, 502.
Chrysaphius *junior* melurgus, 433.
Ciampelli Alexander, 112.
Cicero M. T. 471, 510.
Cimatti Joannes, 532.
Ciscar Paulus, 476.
Ciuffa Germanus mon. Cryptof. p. 407, 508.
Claudius Tuscus, 506.
Clavaro Januarius mon. 193.
Clemens pp. I, 69.
Clemens pp. V, 513.
Clemens pp. VI, 514.
Clemens pp. XI, 125.
Clemens hymn. 313, 314, 318, 319, 359, 367.
Codices varii. 526. *Carbonenses* 30, 313, 315, 327, 328, 332, 327, 528.
Collaga Bernardus, 465.
Confalonieri Aloysius S. J. 480.
Contieri Nic. ab. Cryptofer. 160, 205, 207, 457, 477.
Coresius Georgius, 109.
Corsini Nereus S. R. E. Card. 519.
Cosmas hymnogr. 311, 395, 427.
Cosmas Vestitor, 123, 132.
Cossa Philippus, 124.
Cotta Epiphanius mon. Cryptofer. 521, 530.
Cozza Joseph ab. Cryptofer. 46, 48-50, 127, 174, 279, 407, 431, 450, 460, 503, 516, 523, 525, 526.
Cozza Laurentius S. R. E. Card. 519.
Cryptæ ferratae Monast. mem. 513-515, 522, 523, 530, 531.
Cyprianus ep. m.
Cyprianus hymnogr. 427, 505.
Cyriacus Capuanus mon. 505.
Cyriacus hymnogr. 290.
Cyrillus ep. Alexandrinus, 96.
Cyrillus presb. mon. 372.
Cyrillus mon. Scythopol. 154.

D

Damiani Athan. mon. Crypt. p. 308, 347, 397.
Damiani Placidus mon. Cryptofer. 223.
Daniel mon. 280.
Dante Augustinus, 423, 424.
Dantier Alph. 519.
Dazi Petrus mon. 139.
De Bechalva Joan. 10.
De Benalles Petrus-Paulus, 193.
De Cañavera y Mendoza, 476.
Del Frate Julius, 491.
De Gregori Josephus, 504.
De Laurentiis J-B. 497.
De Lignano Joannes, 488.
Democrates, 506.
Demosthenes, 509, 510.
De Paula Jo. Andreas, 496.
Diadochus ep. Photicensis 100.
Diplomata pontificia, 513, 514, 522.
Dionysius Thrax, 441.
Dorotheus ab. Hodegitr. 524.
Durante Franciscus, 436.

E

Emmanuel Gazaeus, melurgus p. 433.
Ephraem Syrius, 67, 85, 90, 91, 94, 131, 150.
Epigrapharium Mon. Cryptaefer. 5.
Epiphanius ep. Cypri. 87, 88, 90, 91, 106.
Epiphanius mon. 147.
Epistolae App. 1, 15, 17, 19, 21 - 26.
Euchologia, 235, 350, 251, 253, 256, 257. 259, 261 - 265, 267 - 269.
Eudocimus hymnogr. 254, 259.
Eulogius ep. Alexandrinus, 130.
Euthalius Sulcensis, 1, 22.
Euphrasius mon. 330, 345.
Eusebius ep. 494.
Eusebius Cæsariensis, 1, 4-6.
Eustratius mart. 64.
Eustratius Nicænus, 506.
Euthymius Zigabenus, 84.
Euthymius mon. 359.
Evagrius mon. 145.
Evangelia 1 - 10, 12, 14, 50 - 53, 393.

F

Fabiani Henricus, p. 49.
Falasca Basil. ab. Cryptofer. 234, 251, 273, 285, 313, 335, 341.
Fasoli Paulus ab. Cryptofer. 524.
Fattorino Philaretus mon. Cryptofer. 177, 353, 409.
Fazzari, 119.
Felix Luca praepositus Cryptofer. 234, 270, 271, 274, 283, 331, 360, 361, 374, 375, 397.
Franciscus Assis. 511.
Frattini Petrus, 124.

Frigano Nicolaus mon. Cryptofer. 35.

G

Galenus, p. 492.
Galluzzi Tarquinius, 465.
Gardthausen V. 62, 101.
Gatta Thomas ab. Cryptofer. 361, 422.
Geinius Jacobus, 527.
Georgius chartophylax, 108.
Georgius Coressius, 109.
Georgius hagiopolita, 95.
Georgius mon. hymnogr. 143, 328, 329, 396.
Gerasimus mon. 57.
Germanus I ep. CP. 116, 183, 250.
Germanus hymnogr. 301, 306, 312.
Giovannucci Ferdinandus, 124.
Gonyclisia 246, 260, 267, 436.
Graux Charles, 101.
Gregorius ab. hymnogr. 314.
Gregorius archiep. Tauromin, 107.
Gregorius Diaconus, 153.
Gregorius Nazianz. 68, 88, 91, 116, 132, 442.
Gregorius Nyssenus, 59, 91, 129, 152.
Gregorius pp. I, 504.
Gregorius pp. IX, 513, 514.
Gregorius Thaumaturgus, 114.
Grimaldus ep. Veronensis, 445.
Grossi Augustus *junior*, 446.
Grossi Augustus *senior*, 491.
Guadagni Ant. S. R. E. Card. 530.

H

Heliae Petrus jurisconsultus p. 488.
Helias patr. Jerosolym. 427.
Hermes Trismegistus, 473.
Hesychius presb. 89, 117.
Hieronymus? ep. melurgus, 434.
Homerus, 455.
Honorius pp. III, 531.

I

Ignatius diac. CP. p. 442.
Ignatius mon. Cryptofer. 307.
Innocentius pp. III, 514.
Isaac Syrus, 71.
Isaacius mon. 416.
Isidorus Pelusiota, 35, 69, 70, 494.
Joannes calligraphus, 322.
Joannes Carpathius, 150.
Joannes Chrysost. 67, 68, 87-93, 115, 116, 129, 135, 213.
Joannes Climacus, 75, 205.
Joannes *clericus*, 253.
Joannes Damascenus, 76, 85, 110, 111, 154.
Joannes Eubœensis, 89.
Joannes Euchaita hymnogr. 461.
Joannes Glyces melurgus, 433.
Joannes Lemovicensis, 206.
Joannes Malala, 462.
Joannes Moschus, 164.
Joannes Philoponus, 458, 459.
Joannes Rhosus, 10, 76, 235, 367, 412.
Joannes Rossanensis mon. Cryptof. 40, 45, 53, 141, 142, 355, 362, 373, 504.
Joseph ep. Thessalon. 394.
Joseph hymnograph. 144, 290, 292, 354, 367, 372, et pluries in Serie *hymnica*.
Joseph Melendita mon. Cryptofer. 211, 524.
Justinianus I imp. 489, 494, 498.

K

Kasthofer, p. 531.
Krammer Antonius, 531.

L

Lambros Spyridion p. 255, 470.
Lancia Dominicus O. S. B. ep. 108.
Leo et Constantinus impp. 489, 494.
Leo imp. hymnogr. 435.
Leontius presb. Jerosol. 90.
Libri V. T. Historici, 26, 30, 38, 40 - 42, 44, 45, 47, 49, 52.
Prophetici, 36-38, et fere ut supra.
Lippomani ep. Veron. 203.
Liturgia S. Basilii M. 10, 245, 250, 252, 260, 264, 265, 268.
S. Joannis Crysost. 10, 245, 250, 252, 257, 260, 261, 265, 268, 269-273, 275, 276, 278, 279, 282, 284, 502, 504.
S. Gregorii pp. I *Praesanctificatorum*, 10, 245, 250, 259, 262, 265, 267, 272, 273.
S. Petri Ap. 259.
Lodolini Michaël mon. Cryptofer. 214, 283, 336, 375, 430.
Lucas I ab. Cryptofer. hymnogr. 141, 331.

M

Macarius ep. Philadelph. pag. 461.
Macarius Rheginus mon. 292, 297, 356, 384.
Magalli Raphaël mon. Crypt. 276, 281, 450.
Maggiorani Carolus, 491.
Mai Angelus S. R. E. Card. 462, 528.
Mancinelli Basilius mon. Cryptofer. 515, 518.
Mancinelli Domin. mon. Cryptofer. 188, 391, 461, 512.
Manuel Palaeologus imp. 461, 490.
Marchesi Franc. Oratorianus, 203, 204.
Marcus mon. 98, 131.
Martelli Epiphanius mon. 452.
Massimi March^sa. Petronilla. 530.
Mastrofini Marcus, 527.
Maximus ab. Doctor, 60-63, 67, 69.
Mazio Epiphanius ab. Cryptofer. 117, 125, 126, 161, 180, 184, 233, 409, 472, 507, 515, 519, 524, 525, 529, 531.

Mazzucchelli Antonius, 484.
Menaea membran. 289, 291, 293, 295, 297, 300, 301, 303, 305, 306, 309, 310, 312, 315, 317-323, 325-329, 331, 333.
Menghi Nilus mon. Cryptofer. 226.
Menniti Petrus ab. Basil. 475, 509, 523.
Menologia et *Synaxaria*, 2, 3, 6, 9-12, 14, 19, 20, 23-26, 28, 50, 165-169, 171, 173-181, 219, 231, 250.
Merluzzi Marianus, 122.
Merluzzi Theodorus mon. Cryptof. 123, 126.
Methodius ep. CP. 184.
Methodius hymnogr. 314.
Methodius mon. 434.
Mieczyslawska Macrina ab^ta. Bas. 188, 504.
Monaldini Bened. mon. Cryptof. *senior*, 189, 198, 277, 351, 391, 399, 429, 453, 507, 514, 518, 519, 527.
Montalti Cæsar, 528.
Moretti Philippus mon. Cryptofer. 519.
Moroni Cajetanus, 519.
Müller Joseph, 469.
Muscari Josephus-Maria ab. Basil. 498.

N

Natta Thomas Ord. Prædic. 484.
Naucratius ab. Studita, 127.
Neophytus mon. 62, 85.
Nerli Franc. S. R. E. Card. 495.
Nicephorus Basilacas, 108.
Nicephorus ep. CP. Doctor, 183.
Nicetas lector, 44.
Nicetas Mytilenæus, 185.
Nicetas mon. Studita, 185.
Nicolaus ep. 99.
Nicolaus presb. 262.
Nilus I, conditor et ab. Monasterii Cryptofer. 19, 27, 64, 98, 101, 107, 137, 377, 525.
Nilus II ab. Cryptofer. 292, 294, 302.
Nilus Synaita, 107, 111.
Nypho ab. Cryptofer. 419.
Nypho mon. 32.

O

Ocellus Leucanus p. 506.
Officium magni Canonis, 216, 359, 361, 434.
Olivieri Nicol. ab. Cryptof. 117, 159, 162, 192, 198, 199, 449, 478, 520, 521, 524, 527, 529.
Orationes post-ambonem (ὀπισθάμβωνοι) 239, 252, 256, 262, 270, 273, 275.

P

Pacca Barptol. *senior* S. R. E. Card. p. 528.
Pacca Tiberius, 528.
Pachomius (mon.) 259.
Palimpsesta, 11, 29, 36, 49, 50 bis, 51, 52 ter, 53 sexies, 105, 113, 128 quater, 131 bis, 132 ter, 162, 204, 234, 256, 257, 260, 269, 277 bis, 282, 333, 354, 386 bis, 443.
Palladius Galata, 137.
Pancratius (mon.) 149.
Pancratius mon. Cryptofer. 140.
Panuntius mon. 153.
Papadopoli Nicolaus, 521.
Paracletice membran. 368 bis, 385.
Passamonti Maximus mon. Cryptof. 520, 529.
Passarini Apollinarius ab. Cryptof. 339, 392, 477, 518, 522.
Paulus I ab. Cryptofer. 56, 104.
Paulus ab. alius, 445.
Paulus a S. Agatha mon. Cryptofer. 339.
Paulus Dyrrachiensis mon. 76.
Pecci Joachim S. R. E. Card. 486.
Pellegrini Arsenius ab. Cryptofer. 206, 504.
Pellegrini Athanasius mon. Cryptof. 348-351, 381-383.
Perotti Nicol. ep. Sipontinus, 513.
Petrus Diac. Cassinensis, 532.
Petrus Lombardus, 123 (Cd. B. α. XLII).
Petrus mon. 288.
Philaretus mon. Bas. 407, 432.
Photius ep. CP. 105.
Piacentini Gregorius mon. Cryptofer. 120, 283, 391, 409, 485, 512, 518, 523.
Pitra J-B. S. R. E. Card. 116, 183, 224, 226, 255, 411.
Pontius Cyriacus mon. 29.
Portarello Franciscus-Ant. 497.
Potier Alexander ab. Bas. 197, 515.
Proclus ep. CP. 88, 116, 130.
Procopius hymnogr. 290, 311, 330, 333.
Provenzali Virginius S. J. 471.
Psalteria, 27, 28, 30-35, 124.
Psellus *junior* Michaël-Costant. 507.

Q

Quaestor melurgus, 427.
Quæstiones Amphilochianae, 104.
—— *Anastasianae*, 92.

R

Raymundus (fr.) a S. Praxede, 472.
Randi Laurentius S. R. E. Card. 497.
Rayé Nic. S. J. 227.
Rhodius jurisperitus, 489, 492, 493.
Rocchi Antonius mon. Cryptofer. 32, 127, 155, 159, 174, 175, 180, 181, 284, 329, 394, 398, 400, 409, 447, 448, 453, 464, 504, 513, 515-517, 521, 529.
Rodinò Neophytus mon. Bas. 109.
Rodriguez Alphonsus S. J. 201.

Rogerius I rex Siciliæ, 514, 524.
Romanus mon. melodus, 233.
Romolini Jo. Chrysost. mon. Cryptofer. 456.
Ropertus ep. Euriæ, 524.
Rosa Lucas mon. Cryptofer. 229, 398.
Rossi Athan. mon. Cryptofer. 178, 335.
Rossi Joan. ab. Patiriensis, 368.
Rufus jurisperitus, 493.
Russo Petronius, 524.

S

Sabas mon. Cryptofer. p. 179.
Santori Camillus ep. 123.
Santoro Julius Ant. S. R. E. Card. 186.
Santoro Ragusius mon. 375.
Scarfò Basilius mon. 124, 476, 508.
Schiappacasse Placidus mon. Cryptofer. 159, 278, 333, 337, 342, 349, 363, 374, 399, 400, 404, 425, 426, 522-524.
Schirò Jos. ep. Dyrrach. 3.
Scholia in Iliadem, 454.
Sciommari Jac. ab. Cryptofer. 159, 343, 483.
Scirman Macarius mon. Cryptofer. 475.
Secchi Angelus S. J. 529.
Senecas philos. 517.
Sergio Cajetanus Barnab. 49.
Sophronius ep. Jerosol. 128, 163.
Sophronius mon. Cryptofer. 291, 299, 303, 305, 309, 310, 327, 331, 456, 505.
Soffredi Joseph S. J. 449.
Spagnuolo Dionysius mon. Bas. 125.
Stephanus a Taranto, Ord. Præd. 185.
Stephanus mon. hymnogr. 144.
Stefoni Bernardinus S. J. 465.
Strabon geograph. 468.
Symeon *hyrmologus*, 432.
Symeon mon. 8, 373, 389, 440.
Symeon Stylita a M. Mirabili, 68.

T

Theodorus Studita, p. 105, 127, 131, 150, 427.
Theodoretus ab. Cryptofer. 505.
Theodosius ep. Dyrrach. 104.
Theodotus hymnogr. 309.
Theodulus mon. melurgus, 434.
Theophanes ab. hymnogr. 146, 291.
Theophanes Cerameus ep. Taurom. 107, 108.
Theophylactus hymnogr. 254.
Theophylactus lector, 427.
Thomas Doctor Aquinas, 121, 484-487.
Thomas mon. Bas. 312.
Timotheus ep. Alex. 183.
Titi Demetrius ab. Cryptofer. 118-121, 177, 344, 345, 398, 481.
Tommasi J - M. S. R. E. Card. 208.
Toscani Theodorus mon. Cryptofer. 125, 407, 447, 450, 467, 504, 516, 517, 525, 526, 529.
Toscano Nilus mon. Cryptofer. 220.
Transmondi — Frangipani Car. 529.
Tusculum vetus, 168, 303, 529.
Typica varia, 232, 233.
Typicum Cryptoferratense, 209.
—— *Sabaticum*, 86, 211.
Tzetzes Joannes, 428, 433, 437.

U

Ubaldi Ubaldus, p. 4.
Ulpianus, 505.
Urbanus pp. IV, 514.
Urbanus pp. VI, 467.

V

Valerius Maximus, p. 510.
Varcari Domin. mon. Cryptofer. 392.
Vassalli Romanus ab. Cryptofer. 178, 198, 208, 283, 385, 396, 480, 503, 520.
Vercellone Carolus Barnabita, 49.
Vitæ Sanctorum, Ord. S. Bas. Magni, 87, 98, 113, 128, 137, 138, 140, 144 - 147, 149, 151 - 162, 164, 503, 519, 522, 525.
Vitali Petrus, 266.
Vitali Philippus mon. Cryptofer. 162, 167, 173, 174, 281, 333, 336 - 338, 342, 346, 349, 352, 353, 374, 376 - 379, 383, 393, 398, 400, 466, 505, 507, 525, 530.

Z

Zampieri Dominicus, 514, 515.

Ecclesiastica Auctoritate approbante.

CODICES CRYPTENSES

SEU

ABBATIAE CRYPTAE FERRATAE

IN TUSCULANO

DIGESTI ET ILLUSTRATI

CURA ET STUDIO

D. ANTONII ROCCHI

HIEROMONACHI BASILIANI BIBLIOTHECAE CUSTODIS

BODL: LIBR.
FOREIGN
PROGRESS

LIBRERIA SPITHÖVER. ROMA

1882.

MONITUM

Quo M. Tullius Cicero extremo Romanae Reipublicæ tempore, in agro Tusculano rus sibi magno sumptu ædificaverat, et libris tum multis pecunia coëmptis, et per Atticum e Græcia advectis, tum pluribus a se ipso conscriptis Academiæ, Lycæique sui ædes instruxerat, nova Domus, novus librorum thesaurus sive Bibliotheca, nova ætate, scilicet sæculo XI Christiano ineunte, exorta est. Auctor et conditor utriusque præcipuus extitit NILUS ROSSANENSIS Juniorque, ne cum Nilo Sinaitico confunderetur, appellatus, bonis artibus literisque imbutus et sanctimonia vitæ clarissimus. Qui primum e Calabris terris propter Agarenorum incursus in Campanas egressus, tum postea effugiens in Latium advenit, ac postremo an. reparatæ Salutis MIV in Tusculi partes sese contulit. Ibi a Gregorio Comite, principe civitatis, bene exceptus, colendisque terris donatus, Monasterium discipulis condere aggressus est in ea ipsa regione, quæ olim Tusculanum, tum postea, sed, uti creditur jam ante Nilum, Crypta Ferrata nomine dicebatur.

Ex Nili igitur et ejus monachorum adventu Cryptoferratensis Bibliothecæ primordia facta sunt; quandoquidem novi hospites libris græcis sane multis instructi, huc primum ipsos congesserunt. Hi porro plures sæculo superiore mox elapso a possessoribus suis exarati erant, nonnulli etiam quadringentos pene ante annos conscripti vel monasticæ hæreditatis quodam jure, vel dono collati, aliquot etiam ab Oriente et a Constantinopolitana urbe deducti in eorum manus devenerant. In iis autem membranis divinæ scripturæ multæ, sacræ hymnologiæ sylloge copiosissima, plura quoque SS. Ecclesiæ Patrum et Historicorum opera, nonnulla etiam prophana scripta, poetarum, philosophorum et historicorum continebantur, iis omnibus plena doctrinis a quibus asceticæ vitæ ratio minus abhorreret. Interea græcorum voluminum congeries succrevit in dies, tum novo monachorum studio et industria, cum exterorum hominum munificentia, qui grati animi sensu vel religione moti, uti sæpe sæpius res suas, ita etiam libros huic monasterio tradebant; optimo divinæ providentiæ consilio, ut in sacris ærariis docta volumina servarentur, quæ secus turbarum bellorumque veluti gurgite rapta, nunc literatorum hominum cœtus frustra defleret.

Postremo ad augendam Bibliothecam Cryptoferratensem plurimum etiam contulit, quod sæc. XVII labente, cum monasterium hoc nostrum in suburbano civitatis Romanae positum, Italicæ Basiliensium congregationis et studiorum ceu insigne caput haberetur, huius præcipui Moderatores ex aliis Cœnobiis codices præstantiores in nostrum cumularunt, ita ut ea ætate Codicum græcorum numero et pretio plurimis Italiæ Bibliothecis Cryptensis hæc præstaret, vel potius una e præstantissimarum numero esset. Atque adhuc ita se haberet, si librorum copia nimis non esset imminuta. Nam cum nonnulli Codices subrepti in privatas Bibliothecas invecti sunt, tum vero sane plurimi superioribus sæculis in Vaticanam devenerunt; ita tamen uti nunc Monasterium reliquias Codicum potius, sane nobiles, quam confertam bibliothecam adservare dicendum sit.

Igitur omni ætate Bibliotheca Cryptoferratensis existimatione gavisa est apud plurimos, eruditos quoque doctosque viros, qui vel admirationis impulsu, vel etiam studiorum causa illam conveniunt. Ex hoc numero extitere, ne in brevi Monito plura nomina congerantur, Traversarius Camaldulensis, Mabillonius, Papebrochius, Zaccagnius, Ciampinius, Montefalconius, Assemanius, Mauromatius atque etiam aliquot S. R. E. Cardd. tum veteres, uti Sirletus, Quirinus, Albanus, tum recentiores, uti Maius et Pitra, cl. viri, operumque præclarissimorum auctores, qui de hac literaria suppellectili multum sibi adiuverunt, multum etiam in sua scripta contulere. Denique ad honorem Bibliothecae aliquid etiam ex eo accessisse videtur, quod Abbatiam Cryptoferratensem in nobiliora Italicæ Nationis *Monumenta* accenseri placuit, nimirum etiam propter Codicum græcorum copiam, cui, nisi quæ habeatur in maximis Italiae Bibliothecis, alia præterea nulla facile sit comparanda.

Quamvis enim hi a prisca aetate numero imminuti sint, paucitatem profecto tamen PALIMPSESTIS compensant. Nam, ut e cl. Maio ipso verba mutuer, « *Illud peculiare Cryptensium Codicum est, quod pene omnes in palimpsestis scripti fuerunt. Etenim hoc in more apud illos monachos positum fuisse videtur, ut nunquam fere novus codex* (intellige tamen a saec. XIII, eodemque Abbatiae sæc. III) *exararetur, quin alicuius prisci et obsoleti membranae huic usui accomodarentur. Magna est igitur in iis codicibus sepultarum scripturarum seges, quae primo quidem aspectu curiositatem legentis prolicit, mox tamen notæ, ut plurimum, rei satietate studium infringit* (Spicileg. Rom. t. II. part. 1. pag. 28.). Ac porro testimonio Viri tanti præter illa multa quae ex eisdem ipse sibi reperit, maxime adstipulantur tum editiones palimpsestorum semel et iterum curatae a cl. viro D. Josepho Cozza, Monasterii Abbate, in successivo op. « *Sacrorum Bibliorum fragmenta vetustissima* » (an. 1867 - 1878.), et in fragmentis *Strabonianis* (an. 1875 - 1881), tum etiam magis opus hoc ipsum nobis vulgandum, in quo multo plura palimpsesta de re Biblica, Patrologica, Hymnistica, Diplomatica, nonnulla vero etiam plus mille ante annos exarata, se prodent.

Cum igitur tanta adhuc vigeat Bibliothecæ existimatio apud literatos viros, omnesque praeterea, qui hisce de rebus judicium aliquod ferre possint, nos operis pretium esse duximus, si, ut bonis literis et disciplinis melius consuleretur, typis ederemus universam singulorum Codicum descriptionem, exemplo eorum permoti, qui hoc ipso saeculo alias Bibliothecas literis illustrare atque ornare aggressi sunt.

Horum interea describendi methodum nos adhibituri erimus, illam praesertim, qua cl. Cyrillus usus est in sua Bibliotheca graeca Regia Neapolitana. Codices quingentos vel plures, quotquot e vetustis atque e recentioribus supputari possunt, cunctos in certas series dividimus, ita proinde ut, qui Codices sub uno ordine et nomine recenseantur, Biblici scilicet, Patristici, Liturgici, Historici tam sacri quam prophani, necnon Canonici, Legales, Diplomatici et reliqui, praetextis literis notisque numericis singuli designentur.

Postremo Editioni procemium facient *Prolegomena* de universæ Bibliothecæ historia, quæ, Codicum descriptione absoluta, in lucem proferentur; finem vero imponent tum Catalogi codicum olim nostrorum, qui in Vaticanam, quique alio concesserint, tum etiam syllabus Calligraphorum et Auctorum atque Index rerum maxime spectabilium quae universa descriptione contineantur.

Interea tamen ne literatorum hominum cœtus nimis longo diutinae *Illustrationis* desiderio teneretur, nos jure prospeximus, ut haec successivis fasciculis vulgaretur, quorum quisque folia quinque, seu pagellas quadraginta prorsus huic exemplari dimensione similes capiat; dum vero opus universum *duodecim* plus minus fasciculis absolutum iri arbitramur.

Pro singulis fasciculis libellæ ternae (Lire 3) solvendæ erunt, quæ deponi possunt etiam apud Diribitorium epistolarum (*vaglia postale*) transmittendæ « ALLA TIPOGRAFIA DI GROTTAFERRATA presso ROMA. »

Ecclesiastica Auctoritate approbante.

CODICES CRYPTENSES

SEU

ABBATIAE CRYPTAE FERRATAE

IN TUSCULANO

DIGESTI ET ILLUSTRATI

CURA ET STUDIO

D. ANTONII ROCCHI

HIEROMONACHI BASILIANI BIBLIOTHECAE CUSTODIS

fasc. VIII - IX

TUSCULANI

TYPIS ABBATIAE CRYPTAE FERRATAE

1882.